Ara
939.4
Eyp/His
56301

00056301

00056301

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016

HISTORIA SARACENICA,

Arabicè & Latinè.

EX BIBLIOTHECA J. RICHARD D.M.

تاريخ المسلمين

من

صاحب شريعة الاسلام ابي القاسم محمد الي الدولة الاتابكية *

تاليف

شيخ المكين جرجس بن العميد ابو الياسر بن ابي المكارم بن ابي الطيب

IDEST,

HISTORIA SARACENICA,

QVA

RES GESTAE MVSLIMORVM,

INDE

a MVHAMMEDE primo Imperij & Religionis Muſlimicæ auctore, uſque ad initium Imperij ATABACAEI, per XLIX Imperatorum ſucceſſionem fideliſſimè explicantur.

Inſertis etiam paſſim Chriſtianorum rebus in Orientis potiſſimum Eccleſijs eodem tempore geſtis.

Arabicè olim exarata

à GEORGIO ELMACINO fil. ABVLJASERI ELAMIDI f. ABVLMACAREMI f. ABVLTIBI.

Et Latinè reddita operâ ac ſtudio

THOMAE ERPENII.

Accedit & Roderici Ximenez, Archiepiſcopi Toletani, Hiſtoria Arabum, longè accuratius, quam antè, è Manuſcripto codice expreſſa.

EX BIBLIOTHECA J. RICHARD D.M.



EX BIBLIOTHECA J. RICHARD D.M.

ORL :a939.4 - Erp.l.His

Lugduni Batavorum,

Ex Typographia ERPENIANA Linguarum Orientalium. 1625.

Proſtant apud

IOHANNEM MAIRE, & ELZEVIRIOS.

ERRATA.

Benevole Lector, ne quid in Arabico textu, aut ipſa verſione te remorari poſſet, errata, quæ Hiſtoriam mihi percurrenti obvia facta ſunt, corrigenda eſſe duxi: teque commonendum, verba quædam ſine punctis orthographicis relicta fuiſſe, prout in autographo erant; perpauca etiam ambigua & incertæ lectionis non verſa: uti tuo de illis omnibus judicio & arbitrio utereris.

ARABICA.

Pagina 4. lin. 37. pro مى lege من. pag. 5. lin. 34. pro شقته lege شقه. 8. 3. الا dele. 11. 28. اكبر leg. اكابر. 12. 33. رحل l. رجل. 13. 34. ليخرج l. ليخرج. 14. 1. تاجية l. ناحية. 16. 20. احل l. احد. 17. 30. جهر l. جهز. 19. 12. كالازهار l. كالازهار. 21. 14. خلافة l. خلافة. 23. 7. اقصت l. اقصت. 23. 30. فازلوا l. فارلوا. 26. 36. واستجلب l. واستجلت. 38. 16. صفين l. بصفين. 39. 2. وبينهم l. وبينكم. 41. 1. فولاها l. ولاها. 47. 38. مرات leg. مرات. 50. 22. يحتاجونه adde وكان كثير الرحمة والصدقة. 57. 38. صاحبه l. حاجبه. 58. 5. بانية l. بانية. 71. lin antepen. وحسين l. وحسين. 65. 10. لا بد ان l. لا يدون. 72. 26. ضبرا l. صبرا. 75. 33. اقصت l. اقصت. 77. 29. لا تخرب l. ولا تخرب. 80. ثلاثين. 81. 37. قبض l. قبض. 96. 37. اوله l. وليس له. 97. 32. ومائة l. ومائة. اقنا الانف l. اقنا والانف. 97. 35. واشهر l. وتسعة اشهر. 97. 39. ست وثلاثين l. عبد الله رحمن. 98. 15. الاخذ l. الاحد. 98. 21. ملكهم l. ملكهم. 101. 10. معوية l. معوية. ويعرفه. 102. 9. l. 116. pen. عالية l. غالية. 120. 3. مرفة l. صرفه. 133. 1. بن معوية l. ويعرفه. 137. 19. من l. الي. 142. antep. جانب l. جانب. 145. 19. نوقيل l. توفيل. 146. 24. وجعل l. وجعل. 159. 16. وقيل dele. 162. 6. وقيل dele. 163. 37. يصقعون l. يصقعون. 166. 32. من l. بن. 174. 12. ليقتله l. ليقتلة. 174. 73. فلما l. فلم. 75. 13. كثيرا l. اكل كثيرا. 175. 22. استعل l. اشعل. 175. ult. وعطبغيره l. وعط بغيره. 176. ult. عقبت l. بقيت. 178. 11. دينار adde وخمس مائة الف دينار. 183. 30. مرأة l. امرة. 184. وكان يعيش اول امره من صيد adde ديلم. سنة l. شنة. 169. 6. واد خلوهم l. واد حلوهم. 4. 213. 26. حيوس l. بيوش. 236. 29. طشت l. طست. 236. 27. ييرم l. يبسارم. 250. 20. ايضا l. ايضا. 253. 4. وشاريا l. شاريا. 266. 14. يوية l. بوية. 266. 25. ما يريد l. ما بريد. 267. 26. وسبغ l. وسبع. 269. penult. السياسة l. السياسة. 284. 26. يستدنه l. يستادنه. 285. 27. اباحها l. اباخها *aut ſi prius velis, verte.* quàm exercitui in ſpoliũ dedit. 286. 32. واوصى l. واومي. ut & lin. ſequent. 287. 19. توجوه l. توجوه. 288. 26. وزارته. قتناوله l. فتناوله. 289. 12. غيرة l. غيرة. 290. 23. الجلبة l. الجلبة. 291. 3. وزارته l. 291. 7. علي نهب بغداد l. علي بغداد. 291. 11. يوسف l. يوسف. 291. 30. طعبلين l. طغتكين. ibid. 31. خطي l. *potius* حظي. ac tum in verſione pag. 291. 40. pro *parumque*, l. *multumque*. & 291. 11. pro *donec*, l. *ita ut*. ibid. 38. طعبلين l. طغتكين. 292. 8. مكانة l. مكانه. ibid. 10. طعبلين l. طغتكين. 293. 26. فاقطعه برسكيارق l. فاقطعه برسكيارق. 295. 5. وحامرها l. وحامرة بها. 296. 13. كهيك. ibid. 38. تغريت l. تقريت. 297. 24. بيروت l. بيروت. 298. 21. المحلي l. المحلي. l. كبهك. idem lin. 36. ibid. 36 النخور l. النحور. 300. 19. استخدم l. استخدم. ibid. 22. الرهبان l. الرهان. ibid. 28. شاهد l. وشاهد. ibid. 35. فسان l. فسان.

LATINA.

EX BIBLIOTHECA J. RICHARD D. M.

LATINA.

Pagina 8. lin. 18. pro acceſſitque lege adduxitque. 40.43. dies 82. leg. dies 182. pa. 46.24. patrui ſui leg. Abnæ. 48.31. Iuſſli l. Iuſti. 51.11. Nepoti ſuo. l. Abnæ. pa. 73. lin. 37. pro 79. leg. 179. p. 77.49. factus eſt. leg. fuit per ſeſquiannum. 78.14. man. l. Suleiman. 85.43. Infeſtare leg. non deſijt infeſtare. 86. 32. partis. l. portis. 87. 45. 106. leg. 160. p. 101.13. Muavias leg. Abdalrahmanus f. Muaviæ. 109.36. 22. ſc. leg. ſcil. die Mercurij, 22. pag. 120. lin. 35. Iudices, docti. leg. judices, Hiſtorici, docti. 131.31. Huſeini l. Haſeni. 132.6. bello. l. bellum. 140. pen. Chalifa, adde Tarſi. 151. 18. Macilentus, adde raris myſtacijs. 173. 14. trecenta l. tria. 180. 43. cælo adde quatuor. 184.2. Ibrahimi adde præfectus Ardenæ. 209. 23. Mairæ l. Mariæ. 236.10. comprehendat adde poſt mortem. 246. antep. potus, adde & Aromatum. 247. 28. compeſcunt, leg. compeſcit: 281.41. dixit, adde Naſrus. 284.6. Acaleus, l. Ocalliter. 284.44. filij Mucledi, l. filius Mucledi. 284. 10. cum l. quod cum. 286.25. Masbaci l. Masbahi. 287.31. ejus l. ſuis. 287.41. frater l. frater meus. 287. 43. precata l. benè precata. 287. 36. rata aſſertaque, l. rataque aſſerta. 37. audivit, adde animatus. 288.23. Muctadæus. l. Muctadis. ibid. 38. Sol die, leg. Soli diei. 289. 5. & quod. l. quod ad. 290. 23. ſexennium. l. ſexaginta annos. 291. 39. Tabelinus. l. Tagtekinus. ibid. 48. habitationis. leg. potius dignitatis. penult. Tabelinus. leg. Tagtekinus. 296. 13. dele viſum. ibid. 29. Tripoli. leg. Tripolitanæ. pag. 297. 9. Fecharmuluci l. Fecharmulucus. ibid. 34. idque Isfehanæ. l. Et quidem Isfehanæ. 298.23. Cabyli, l. Kihaci. item lin. 36. pag. 298.43. ſacrificio l. Sacrifico. 299.1. at l. &. ibid. 2. fieret l. hoc fieret. ibid. 18. Elcahira adde quam tuetur Deus. 300.12. valedixit & l. valedicens. ibid. 19. Macarimus ille, l. Abulmacarimus ille f. Abultybi. ibid. 22. mortuâ autem. l. at mortuâ. ibid. 35. f. Iobi. adde ſub ejuſdem favore atque protectione.

EX BIBLIOTHECA J. RICHARD D.M.

AD

ILLVSTRISSIMOS ET POTENTISSIMOS

DOMINOS,

BELGICAE FOEDERATAE

ORDINES.

ILLVSTRISS. ET INVICTISS. PROCERES,

NON potuit, neque debuit mitatis noſtræ pudor nos bere hoc officio juſtæ pare nis, quo dum extrema c ſtri THOMAE ERPENII, piæ memoriæ, vota excelſo Ordini veſtro, & ſplendidiſsimo, ſolvimus, Vxor quidem chariſsimi ſui Mariti, liberi verò optimi Parentis, memoriam cohoneſtamus, in ſolatium graviſsimi mœroris noſtri. Debebatur excellentiſsimo nomini veſtro hęc poſthumi fœtus oblatio, ex Antiquorum ritu, qui ut exequias amicorum auguſtius terminarent, Dijs litabant ſuis; qui quidem haud fuerunt alij, quàm illuſtres in terris Heroës. Liceat autem pietati noſtræ apud Celſitudinem veſtram exſequi hæc munia, loco ejus, qui è terris jàm exceſſurus, cùm præſtare officium Patriæ amplius non poſſet, ultimos ſuos conatus ſaltem devovere ei voluit atque offerre. Quid enim civi bono juſtius, & in ipſa illa neceſsitate jucundius, poterat videri, quàm relicto monumento teſtari poſteris, laborem omnem, quo diu ſperatam Chriſtiano orbi utilitatem, & ævo ſuo claritatem moliebatur, potiſsimum fuiſſe ſuſceptum ad augendam celebritatem Patriæ ſuę? Siquidem ea à no-

 minis

minis ſui ſplendore per omnes mundi plagas diffuſo hanc inſuper Palmam exigere videbatur, ut, quēadmodum de omnium gentium opulentia ipſa potentiam ornabat ſuam; ita literis earum & ſcientijs huc importatis ſapientiâ lætius floreret, ne quid inter mortales ornamenti effulgeret, quod non participaret luculente. Ad hujus quidem gloriæ aditum, licet arduum, ut patefaceret viam, ille quaſi Tiphys veſter omnes ingenij & fortunæ nervos intendit, ruptâque glacie primus ſulcavit Orientalium omnium Linguarum Oceanum. Quantum autem pro vitæ brevitate induſtriâ ſuâ promoverit, ab alijs malumus prædicari; illud quidem etiam nobis dicere fas ſit, deſudaſſe ſaltem, ut quamplurimum prodeſſet, animumque ejus ad tolerandos hoſce labores mirificè fuiſſe confirmatum, cum perſpiceret eximię illuſtris Ordinis veſtri prudentiæ ſtudia, quæ tractabat, complacuiſſe, ſummoque ea emolumento huic fuiſſe Reipublicæ. Sed multum intereſſe tum ſua, tum poſteritatis exiſtimabat, ut hoc inſtitutum ſuum, & tantæ ſollicitudinis votum palam profiteretur. Hoc autem non alia melius ratione potuit præſtare, quam ſi potentiſsimum nomen veſtrum præſcriberetur tot tantiſque Aſiæ Imperatoribus, quorum Hiſtoriam ab exotici idiomatis caligine vindicavit, atque in hanc lucem demum produxit. Tantoque juſtius Amplitudini veſtræ hoc opus conſecratur, quod ei tot regiones recens inventæ ceſſerint, & excuſsâ barbarie lubentes pareant. Eum quidem in finem hunc ſtudiorum ſuorum partum dudum adornaverat: ſed coronam cum illi imponere, & ſacrâ hac vittâ religare fron-

tem

tem pararet, ſpes ejus & rationes univerſas prꝗceps neceſsitas incidit: ita ut hanc nobis curam trader[illegible] & demandare cogeretur. Fretus autem ſingula[illegible] Clementiæ veſtræ benignitate, quæ viventem ſe[illegible] per complexa fuit, ſperabat haudquaquam for[illegible] ob impotentiam & luctum vicaria hæc qualiſ[illegible] que opera ſperneretur. Nihil enim obſtare ſci[illegible] quo minus, Ampliſsimi Patriꝗ Patres, poſtr[illegible] hoc obſervantiæ ſuꝗ teſtimonium, velut o[illegible] ſtudiorum & votorum ſummam, à nobis [illegible] ſuſciperetis: quin futurum potius judicab[illegible] trocinium, quod importuna calamitas huic [illegible] eripuit, ſacra favoris veſtri auctoritas reddere dignaretur; eaque hac pietate illius, & noſtrâ, moveretur ad familiam hanc felicitate ſuâ & tutelâ orbatam ſalutari prꝗſidio fovendam atq; protegendam. Quæ familia viciſsim exemplum illius imitata, licet pro communi bono ab infirmitate ſua operam repetere nullam poſsit; quod tamen cunctis æque licet, & plurimum valet, præſtare nitetur ſupplicis illud & aſsiduæ precationis officium, ut Deus Opt. Max. collatam Reipublicꝗ veſtrꝗ dignitatem atque ſalutem ſartam tectam tueatur, & triumphis exaugeat ad nominis ſui ſanctiſsimi gloriam, & propagationem Eccleſiæ ſuæ.

Lugd. Batavorum VI Kal. *April.* CIↃ IↃ XXV.

ILLVSTRISS. & POTENTISS.

Amplitudinis veſtræ

Humillimi & ſubjectiſſimi clientes

Vidua & Orphani ERPENIANI.

AD

BENEVOLUM LECTOREM

IACOBI GOLII Haghienſis

PRAEFATIO.

MVLTÒ magis mihi dolet, benigne Lector, quod hoc officium præſtare debeam, quam tibi proculdubio diſplicebit, quod non melius queam. Difficillimum enim, atque adeo temerarium videtur, præceptoris ſui, præſertim qui in arte ſua parem habeat neminem, explere vicem velle. Quod ſi idem amicus ſit incomparabilis, ſanè tum & acerbiſſimum fuerit. Sed pietas tua, confido, propitia pietati favebit meæ, ut cum omnia clariſſimi Erpenij illius chara ſemper habueris, extrema jam morientis vota haud deſpicias: at neque eum aſperneris, qui, morem ijs gerere juſſus, neutiquam id detrectârit. Equidem mihi conſcius ſatis ſum imbecillitatis meæ: verum tot tantiſque nominibus obſtrictus Erpenio τῷ μακαρίτῃ eram, ut haud ullum obſervantiæ aut obſequij genus, quia vires excederet meas, declinare fas putarem. Quamobrem æqui bonique conſule; quod ex teſtamento illius audeam foras producere hanc diu exſpectatam ejus prolem, non eo quidem apparatu, quem ipſe meditatus fuerat; ſed ſimplici & inculto, prout in tanto luctu decet. Inſignia quidem decreta illi ornamenta erant: ſed ea, ut lethali morbo quaſi de cœlo tactus ipſe fuit, cum florentiſſima ingenij meſſe univerſa derepente conflagrârunt. Non debet tamen calamitas illa hoc monumentum fraudare honore, quem promeretur, ſed eo commendatius eſſe convenit, quod unicum ex tanta jactura ſervatum fuit. Adde quod per ſe facile hoc opus nomen decuſque ſuum tueatur. Quippe & exacta in eo Arabici imperij lineamenta habes, cujus hactenus notitia Europam fugit, & magnum ſimul Arabicæ linguæ adjumentum, cujus veluti admiratio, ita intelligendæ cupido, multorum animos inceſſit. Nobilis adeo operis poteſtatem vetus Heidelbergenſis Bibliothecæ liberalitas fecit. Vt vero uſui tibi fructuique ſit, ſumma effecit induſtria doctiſſimi interpretis: cui Muſæ Orientales, ut, hiſce in oris, quam habent, vitam acceptam ferunt; ita, ſi quam habituræ ſint, gloriam debebunt. Ad Auctorem quidem ipſum Arabem quod attinet, Chronologiam ille potius Muhammedici Imperij, quam Hiſtoriam contexuit. Nam à prima Muhammedis factione, tanquam Aera exorſus, quid ſingulis deinceps annis acciderit, aut geſtum ſit; præſertim in

Arabia,

Arabia, Syria, Aegypto & Perſide, paucis perſtringit; ita ut ſingulares rerum occaſiones, conſilia, variaſque fortunas, extremis digitis attingat verius, quam pertractet. Accuratius vero τῆς πραγματικῆς ἱστορίας ſtudium innumeri ferè ex Arabibus conſectati fuerunt. Nulla quippe fuit regio, nulla civitas, nullus princeps factis clarior, nulla denique proſapia illuſtrior, quæ nacta non ſit ſuos hiſtoricos, eóſque percelebres. Videntur enim Muhammeticæ ſectæ Antiſtites, ut imperium conſervarent, legeſque ac religio mutationi minus obnoxiæ forent, ſedulo operam hanc dediſſe, ne extraneæ Hiſtoriæ illicio eruditi caperentur; ſed in domeſticas potius omne ſtudium conferrent. Quippe in illo regno multum expedit, ut in ejus inſtitutis & commodis populus ſibi totus placeat, neque alia perſpecta habeat, ad quæ impotens illius & curioſa libido ferri poſſit. Patriam verò Auctoris, ut ad eum revertar, ſi fortè ſciſcitaris, ea Aegyptus fuit, ubi annis ab hinc CCCCXX vitam ipſe primam agere cœpit. Eam ſanè laudabiliter adeo inſtituit, ut Imperij etiam Principes eandem probarent. Nam ipſo velut Notario uſi fuere ad ſecretiora conſilia: ad quem dignitatis gradum ſub Muhammetico jugo, non niſi per ſummas virtutes, via patet homini Chriſtiano. Qualem fuiſſe noſtrum Georgium, liquidò conſtat, tam ex ipſo nomine, quàm etiam quòd ſolenni præfatione abſtineat, quâ religionem Muhammedani ſuam profiteri ſuperſtitioſè ſolent. Huc accedit, quod res Chriſtianorum, Eccleſiaſticas præſertim, & multas quidem ad ipſorum laudem, in Annales ſuos tam diligenter referat. At hoc piaculum haberetur apud Pſeudoprophetæ aſſeclas. Nec obſtat, quod horum nomina & memoriam reverentiâ quadam dignari videatur. Quippe hoc illi dictabat prudentia & circumſpectio, cum qua in iſta illi tyrannide vivendum erat: atque his virtutum inſignibus, tanquam familiæ ejus hæreditarijs, majores etiam nullo non tempore excelluerant; quorum hiſtoriâ, Epiphonematis loco, hoc illius Chronicon clauditur. Eo quidem concinnando multum gloriæ ſibi Auctor, & majoribus, addidit: ſed tantundem ſibi maximus Erpenius ex ſtudio ſuo vindicat, qui nitorem hiſce illius Annalibus ademptum in ſolidum reddidit. Nam licet Niloticus hunc Codicem calamus exaraverit, nimium tamen feſtinantis incuria eundem peſſimè deformarat, crebrâ imprimis omiſſione orthographicæ punctationis: quod quidem vitium, omnia mirum in modum luxat, & incerta reddit: ita ut ſæpenumero vatem prius agere debuerit, quam interpretem poſſet. & quo fœlices conjecturas autoritas etiam certiores redderet, non multifariam tantum, atque ſedulò locorum collationem adhibuit: ſed alijs etiam innixus fuit, ijſque præclaris rerum Orientalium ſcriptoribus: quales ſunt Abulfeda Geographus, Abugja-

farus

[illegible] s Tabarita, ex quo Chronologus ipſe noſter pleraque decerpſit [illegible] & Mircondus, Perſicus auctor celeberrimus; ſine quibus haud poſſibile fuiſſet tot vada ſuperare: ſæpiuſque animum abjeciſſet, niſi ad promovenda hæc ſtudia ita fuiſſet accenſus, ut quovis facilè [illegible] aret: præſertim quia compertum ipſe habebat, plus eſſe in [illegible] is Chronologiæ, quam in fronte appareat; eamque æſti- [illegible] eluti lumen noctu accenſum, non ob ſpeciem, ſed ob [illegible] Artium magiſtros ſi excipias, vix in Arabicum auctorem [illegible] intelligendo, in multis ipſa non alluceat.

[illegible] ſtat de verſione ipſâ, in qua Interpres non tam ornatè di- [illegible] quam ut Arabicæ linguæ phraſis, atque ἐνέργεια, diſtin- [illegible] atur. Quamobrem & media incedit viâ inter paraphraſin eorumdem ſenſus pleniore oratione æmulantem, & ſimplicem, anxiamq; nimis vocum tranſlationem; quæ linguæ ſtudioſos parum docet; alijs vero aut ridicula apparet; aut faſtidium movet. Nam quod omnibus linguis cõmune eſt, id primitivis illis, & Arabicæ præſertim, velut proprium videtur, ut certam quandam elocutionis vim, ac legem habeat, ita alienam ab ea, quæ in cęteris obtinet, ut quaſi ἀσύμβολος verbatim commutari cum illis nullo modo poſſit: haud magis ſanè, quam in Oriente Arabi decorum foret, habitu noſtrate, moribuſque uti. Quod ſi verſio ſubinde carminibus adſcripta genio tuo allubeſcat minus, ſcito, nec Interpretem in ea ſatisfeciſſe ſibi, deſtitutum poëticis illis monumentis, ſine quibus depravatæ aut neglectæ ſcriptionis vitia *curari non poterant.* Palmarium ipſi fuit, emendationis limâ, ubi opus erat, ipſam Hiſtoriam expolire; ejuſque metaphraſin Philarabũ ſtudijs promovendis adaptare. Ita ut ſtyli cultum in ea requirere nemo debeat; neque etiam offendi, ſi quædam non minus prodigioſa appareant, quam inaudita ſunt: qualia imprimis cenſeas propria virorum nomina: quæ in ipſo idiomate, ut antiquiſſimam; ita & concinnam rationẽ, & inſignem vim ſignificandi habent; Latinè tamen redditis nihil abſurdius inveniri queat. Quicunque porrò ſcrupulus alius hærere poſſet, exemptus tibi, benevole Lector, is penitus fuiſſet, ſi vir ille ſummus Colophonẽ huic operi addere ex voto potuiſſet. Nam & curioſas in Arabicum contextũ, propriamque verſionem notas conceperat; multa etiam ad terrarũ imperij Arabici deſcriptionem pertinentia; multa de Principum genealogia, deque horum Annalium ad Ottomannum uſque continuatione, accuratè expenderat: Sed ea ferè omnia in mentis theſauro recondita, unde, velut è copiæ cornu, currenti prelo cuncta ſolebat promptè ſuppeditare, unà cum tam illuſtri anima, fata- [illegible] r nobis erepta ſunt. Non poſſunt quidem non ab omnibus deſi- [illegible] rari illa; ſed cum votis hujuſmodi nihil proficiamus, gratulari potius

tius nobis debemus, quod reliqua habemus; quibus haſce litter[illegible] in iſta vitæ brevitate, expeditiores, atque excultiores reddidit, quàm multis retro ſeculis evadere potuerant.

Pro corollario autem huic operi additam invenies, compe[illegible] ſam Arabum Hiſtoriam, ab Archiepiſcopò Toletano, R[illegible] Ximenez, conſcriptam; & ex Arabicis procul dubio monum[illegible] promptam: quâ eorum res geſtæ in expugnanda Hiſ[illegible] mum recenſentur; quarum Chronologus noſter nu[illegible]. Edita quidem illa antea fuit, ſed mendosè admodum [illegible] nunc emendatiùs, ac nitidiùs prodit, Erpeniana præſtitit i[illegible] ope codicis manuſcripti vehementer adjuta fuit. Atque [illegible]m partem decreverat Erpenius exornare cultu ferè iſtiuſmodi, [illegible]n reliquo corpori deſtinaſſe diximus. Sed neque id commun[illegible]a calamitas permiſit. Hæc quidem ſunt, humaniſſime Lector, quę ut intelligeres & tua videbatur referre, & memoriæ præceptoris mei; cujus ego autoritate compulſus, quam defugere nefas ducebam, hoc officij ſuſcepi: quod vero haud dignius eo functus ſim, ne indignè feras etiam atque etiam rogo; præſertim ſi in duobus poſtremis Hiſtoriæ capitibus, ad quæ, proximè ab meta, Interpretis abrupta eſt opera omnis, quædam reperias non Erpeniana. Pro ingenij modulo hoc conatus fui, ut præceptoris veſtigijs, uti in reliqua verſione expreſſa ſunt, quam maximè inſiſterem: ſi vero hallucinatus alicubi fuerim, hoc diſcipulo condonare velis in gratiam magiſtri. Iniquiſſimum enim videatur, ut imperitiæ alienæ nævi reliqui corporis nitori noceant. Vale; & hæc ſtudia, quo ſoles, amore proſequere.

SERIES

SERIES CHALIFARVM,

Quorum res geſtæ hac Hiſtoria referuntur.

Pagina.

1 MVhammed Abulcaſimus. 2
2 Abubecrus Iuſtus. 18
3 Omar fil. Alchittabi. 24
4 Otſman f. Affani. 36
5 Alis f. Abutalibis. 42
6 Haſenus f. Alis. 51
7 Muavias f. Abuſofiani. 54
8 Iezidus f. Muaviæ. 59
9 Muavias f. Iezidi. 65
10 Abdalla f. Zubeiri. 66
11 Mervvan f. Hakemi. 67
12 Abulmelicus f. Mervvanis. 69
13 Walid f. Abulmelici. 84
14 Suleiman f. Abulmelici. 87
15 Omar f. Abdulazizi. 90
16 Iezidus f. Abdulmelici. 93
17 Hisjamus f. Abdulmelici. 95
18 Walid f. Iezidi. 100
19 Iezidus f. Walidis. 103
20 Ibrahimis f. Walidis. 104
21 Mervvan f. Muhammedis. 106
22 Abdalla Saffahus Abulabbas f. Muhammedis. 113
23 Abugjafar Almanſor f. Muhammedis. 120
24 Muhammed Mahadis f. Almanſoris. 127
25 Muſa Alhadis f. Mahadis. 140
26 Abugjafar Haron Raſjidus. 143
27 Abdalla Elamimis. 157
28 Abulabbas Almamon. 166
29 Muhammed Mutaſimus Billa. 178
30 Haron Wacicus Billa Abugjafar. 184
31 Gjafar Abulfadlus. 186
32 Muhammed Abugjafar Muſtanſirus Billa. 196
33 Ahmed Abulabbas Muſtaïmus Billa. 199
34 Muhammed Abuabdalla Mutazzus Billa. 203
35 Muhammed Abuabdalla Muhtadis Billa. 207
36 Ahmed Abulabbas Mutamidus Alalla. 210
37 Ahmed Abulabbas Mutadidus Billa. 222
38 Abu-Muhammed Muctafis Billa. 228
39 Gjarfar Abulfadlus Muctadirus Billa. 233
40 Muhammed Abulmanſor Kahirus Billa. 249
41 Ahmed Abulabbas Azzadis Billa. 252
42 Ibrahimus Abu-Iſhacus Moctafis Billa. 262
43 Abdalla Abulcaſimus Muſtacfis Billa. 268
44 Fadlus Abulcaſimus Mutius Billa. 273
45 Abdulkerimus Abubecrus Taius Lilla. 288
46 Ahmed Abulabbas Cadirus Billa. 316
47 Abdalla Abugjafar Caijmus Biamrilla. 330
48 Abdalla Abulcaſimus Muctadis Billa. 347
49 Ahmedus Abulabaſus Muſtadirus Billa. 359

FINIS.

SARACENICÆ HISTORIAE

Liber Primus,

DE

Imperij Saracenici origine & incrementis.

EX BIBLIOTHECA J. RICHARD D.M.

EX BIBLIOTHECA J. RICHARD D.M.

AVCTORIS PRAEFATIO.

In nomine Dei miſericordis miſeratoris: in quo & auxilium meum.

Dei Laus. LAVDETVR *omnibus linguis Deus ſanctus; glorificatus in celſitudine throni ſui, ab omnibus creaturis; diſtinctus neceſsitate exiſtentiæ ab omni ente; ſeparatus nominum admirabilitate, & attributorum nobilitate; excellens ſupra potentiam virtutis ſuæ, & majeſtatem magnitudinis ſuæ; ſupra omne ſimile robore ſuo, magnitudine, & immenſitate. Laudabo eum cum gratiarum actione, pro datis beneficijs, & quæ abundè largitus eſt donis.*

بسم الله الرحمن الرحيم
وبه توفيقي *

الحمد لله المقدس بجميع اللغات الممجد في سمو عرشه من ساير المخلوقات المتميز بوجوب الوجود عن جميع الكاينات المنفرد ببديع الاسماء وشريف الصفات المتعالي عن عز عزه وجلال كبريايه عن الاشباه والنظاير بما له من الجبروت والعظمة والكبرياء احمده حمدا شاكرا على ما اولى من النعماء واجزل من العطاء ۞

Auctoris propoſitio. VT Hiſtoriam legi Clariſsimi & Doctiſsimi Viri Muhammedis Abugjafaris filij Gjariri Tabaritæ, felicis memoriæ, eamque vidi prolixam admodum eſſe in narrationibus, ac allegationibus, & commemoratione caſuum, & cauſarum eorum, quæque ad ea comprobanda adducit teſtimonijs: nec non ſelectum ex illa opus Doctiſsimi Domini Kemaluddini Armunæi, & complura alia compendia; Operis ratio. ſelegi ex ijs Hiſtoriam; in compendium contrahens ſermonem, res autem ipſas & ordinem retinens, nec ullũ prætermittens

وبعد فاني لما وقفت على تاريخ الامام العالم ابي جعفر محمد بن جرير الطبري رحمه الله ورايت فيه من التطويل في الشروح والاسنادات وذكر الوقايع واسبابها وما اورد عليها من الاستشهادات ثم على المنتخب منه للشيخ العالم كمال الدين الارموني ثم على عدة مختصرات اخترت منها تاريخا اوجزت فيه الكلام وحفظت المعني والنظام ولم اخل بشي

من الوقايع المشهورة والحوادث المذكورة وابتدات فيه باخبار صاحب شريعة الاسلام عليه افضل الصلاة والسلام وذكرت مولده ونسبته الى ان هاجر الى المدينة ثم ذكرت غزواته وفتوحاته وما جرت عليه حاله الى ان انتقل الى رحمة الله ورضوانه ثم من بعده من الخلفا الراشدين على ترتيبهم في الامر ان والسنين ومن بعدهم من الملوك في سائر الاقاليم والحوادث الكائنات في ايامهم في كل سنة على ترتيب

سني الهجرة الى ان ملك السلطان الملك الظاهر ركن الدين بيبرس رحمه الله ۞

caſum nobilem, aut rem geſtam memoratu dignam. Initium autem ſumpſi ab hiſtoria Auctoris Iſlamiſmi †, glorioſæ memoriæ, commemorans nativitatem ejus, genealogiam, & res geſtas, donec fugit Medinam: deinde autem bella ejus, & victorias, omnemque fortunam, donec è vita exceſsit. Hinc de orthodoxis Chalifis ordine egi, obſervata temporum, & annorum ſerie. Poſt hos autem de cæterarum provinciarum Regibus, iiſque rebus quæ tempore eorum acciderunt, ſecundum ſeriem annorum Hegiræ †: donec regnavit Sultan Rucnuddinus Rex Sanctus, felicis memoriæ †.

CAPVT PRIMVM.

الاول من امراء المسلمين ابو القاسم محمد صلى الله عليه وسلم ۞

Primus Muſlimorum Imperator fuit Muhammed Abulcaſimus, *glorioſæ memoriæ.*

قال الشيخ الامام ابو جعفر محمد بن جرير الطبري رحمه الله اول من اظهر دين الاسلام وقام بامره ابو القاسم محمد بن عبد الله بن عبد المطلب بن هاشم بن عبد مناف واسم امه امنة بنت وهب بن عبد مناف ۞

قال انه صلى الله عليه ولد ببطحا مكة في الليلة المسفرة عن صباح يوم الاثنين لثمان خلون من ربيع الاول يوافقه من شهور الروم الثاني والعشرون من نيسان سنة اثنين وثمانين وثمان ماية للاسكندر ذي القرنين ۞

قال وتوفي والده قبل مولده بشهرين وتوفيت والدته وعمره ستة سنين وكفله جده عبد المطلب الى ان بلغ ثماني سنين وتوفي جده وعمره ماية وعشر سنين وكفله عمه ابو طالب واحسن كفالته ۞

قال ولما تكامل له اربعون سنة دعي وذلك في يوم الاثنين للثلثين خلتا من شهر ربيع الاول سنة اثنتي وعشرين وتسع ماية للاسكندر ذي القرنين وهي سنة عشرون من ملك

R*ELIGIONEM Iſlamiſmi (ait Muhammed Abujaſar filius Gjariri Tabarita) primus manifeſtavit, & obſervavit Muhammed Abulcaſimus, filius Abdallæ, filij Abdulmutalibis, filij Hasjemi, filij Abdumenaſi. Nomen matris ejus erat Emina, quæ filia erat Wahebi, filij Abdumenaſi.* Muhammedis genealogia.

Natus autem eſt Muhammed, glorioſæ memoriæ, in Valle lapidoſa urbis Meccæ, circa auroram diei Lunæ, qui octavus erat menſis Rabij prioris: cui reſpondet è menſibus Romanorum † 22 dies menſis Niſani, anni octingenteſimi octogeſimi ſecundi Alexandri Magni. Patria. Nativitas.

Obijt autem pater ejus duobus menſibus antè, quàm naſceretur: mater verò, cum ſex annorum eſſet. Educavitque eum avus ſuus Abdulmutalib, donec annum attigit octavum: nam & hic tunc obijt, annos natus 110: ac educavit eum optimè patruus ſuus Abutalib. Educatio.

Vt autē annos implevit 40, vocatus fuit (ad munus propheticum) die Lunæ, qui ſecundus erat menſis Rabij prioris; anno 922 Alexādri Magni; qui erat vigeſimus regni Vocatio.

Coſroæ,

Aſſeclæ.

Coſroæ, f. Hormiſdæ, f. Nausjerwani. Prima in prophetiam ejus credidit Chadigja filia patrui ejus; hinc ejus ſervus Zeidus filius Haritha; deinde Alis filius Abutalibis, felicis omnes memoriæ. Poſtea acceſſit quoque Abubecrus, cum quinque alijs: qui omnes ad Iſlamiſmum ab eo vocati obtemperaverunt: ſuntque Otſman filius Affani, Zubeirus filius Awami, Abdurrahman filius Auſi, Saadus filius Abuwacaſi, & Obeidalla filius Algjarahi. Atque hi novem præiverunt ad Iſlamiſmum.

Doctrina.

Anno autem ætatis ſuæ 44 manifeſtavit vocationem: ante enim clanculum tantum invitabat ad Iſlamiſmum. Publicata autem vocatione, juſſit credere in ſolum Deum, eumque colere, & adorare; deſtruxitque idolorum cultum; præcepit circumciſionẽ: ſancivit jejunium menſis Ramadani; quinq; orationes; munditiem; peregrinationẽ ad Templum Meccanum; & ne comederetur ſanguis, morticinium, aut caro porcina, atq; eos qui hæc non obſervabant bello vexabat, & oppugnabat.

Acceſſerunt autem ad eum Chriſtiani, tum Arabes, tum alij, eoſque in fidem ſuam recepit, ſcripto illis ſecuritatis ſymbolo. Ita & Iudæi, Magi, & Pagani, aliiq; qui fidelitatis ei juramentum præſtiterunt, fidem ab eo liberam ſunt conſequuti: eâ tamen lege, ut tributum & cenſum penderent. Iuſſit quoq; credere veritatem Prophetarum, & Apoſtolorum, quiq; ad eos demiſſi ſunt librorum. Item Chriſtum filium Mariæ Spiritum Dei eſſe, & Verbum ejus, atque Apoſtolum: approbavitque Euangelium, & legem Moſaicam.

Adverſarij.

De hiſce conſentire noluerunt Coraiſitæ; qui ei fortiter reſtiterunt, atque inimicitias denunciaverunt. At ſtrenuè eum juvit patruus ſuus Abutalib, vetuitque, ne quis cum gladio ad eum accederet.

Converſio Omaris.

Anno autem quinto credidit Omar f. Alchittabi, fel. mem. fideque ſua reliquos Muſlimos confirmavit: crediderantque jam tum 39: ita ut ipſe fuerit quadrageſimus. Anno 8 diploma ſcripſerunt Coraiſitæ, Ne filij Hasjemi cum filijs Almutalibis fœdus inirent, aut miſcerentur: idque in templo Meccano ſuſpenderunt.

كسري بن هرمز بن نوشروان فاول
من امن بنبوته خديجة بنت عمه ثم مولاه
زيد بن حارثة ثم علي بن ابي طالب
رضي الله عنهم اجمعين ثم جاء ابو بكر
بخمسة نفر دعا جميعهم الي الاسلام
فاجابوه وهم عثمان بن عفان والزبير
بن العوام وعبد الرحمن بن عوف
وسعيد بن ابي وقاص وعبيد الله
بن الجراح هولاء التسعة سبقوا الي
الاسلام ۞

قال وفي السنة الرابعة والاربعين
من عمره اظهر الدعوة فانه كان
قبل ذلك يدعو الي الاسلام سرا
فلما اظهر الدعوة امر بالايمان بالله
وحده وعبادته والسجود له ورفض
عبادة الاصنام وامر بالختان وفرض
عليهم صوم شهر رمضان والصلوات
الخمس والزكاة والحج الي بيت الله
الحرام وان لا يوكل الدم والميتة ولحم
الخنزير فمن امتنع من ذلك قاتله
وحاربه ۞

قال واتاه النصاري من العرب
وغيرهم فامنهم وكتب لهم كتبا
وكذلك اليهود والمجوس والصابة
وغيرهم فبايعوا له واخذوا منه الامان
علي ان يودوا الجزية والخراج وامر
امته بتصديق الانبياء والرسل وما
انزل عليهم وان المسيح ابن مريم
روح الله وكلمته ورسوله وصدق
الانجيل والتوراة * فلم يوافق قريش
علي ذلك وردوه اشد رد ونصبوا له
العداوة فقام بنصرته عمه ابو طالب
احسن قيام ومنع ان يصل اليه احد
بمكروه ۞

وفي السنة الخامسة اسلم عمر بن
الخطاب رضي الله عنه فقوي المسلمين
باسلامه وكانوا يوم اسلموا تسعة
وثلثون وتكملوا به اربعون * وفي
السنة الثامنة كتبت قريش صحيفة
الا يعاملوا بني هاشم بني المطلب ولا
يخالطوهم وعلقوها في الكعبة ۞

وفي السنة العاشرة توفي ابو طالب
علي دين قومه وعمره نيف وثمانون سنة
فاشتد قريش وقويت شوكتهم
وطمعهم ۞
قال وفي هذه السنة خرج صلي الله
عليه وسلم الي الطايف فدعا اهلها الي
الاسلام فلم يجيبوه فاقام بها شهرا وعاد
الي مكة * قال وفيها تزوج بنت
ابي بكر الصديق وسودة بنت زمعة
قال وفي السنة الثانية عشر كان
المسري ۞
وفي السنة الثالثة عشر جاء اليه
جماعة من الاوس والخزرج وعدتهم ثلثة
وسبعون رجلا وامراتان وبايعوه علي
الاسلام وجعل منهم اثني عشر نقيبا
ثم رجعوا الي المدينة وفشا الاسلام في
اهلها وصاروا له في المدينة انصارا *
وفيها امر اصحابه بالهجرة الي المدينة
فخرجوا اليها ولم يتخلف معه الا ابا بكر
وعلي رضي الله عنهما ۞
ذكر الهجرة الي المدينة *
قال ابو جعفر الطبري رحمه الله
وفي السنة الرابعة عشر هاجر صلي الله
عليه الي المدينة ومعه ابو بكر الصديق
وعامر بن فهيرة مولا ابي بكر ودليلهم
عبد الله بن ارتقط وتخلف علي عنه ثلثة
ايام باذنه في قضي اشغاله ثم لحق به
وكان دخوله الي المدينة يوم الاثنين
نصف النهار وقيل يوم الخميس لاثني
عشر ليلة خلت من شهر ربيع الاول
واقام نازلا علي ابي ايوب خالد بن زيد
حتي بنا مسجده ومساكنه ثم تحول
اليها وعلي هذه السنة التاريخ يسمي
الهجرة وهي السنة الرابعة والخمسون من
عمره صلي الله عليه وسلم ۞
قال ابو جعفر الطبري رحمه الله
وفي اول سنة من الهجرة تزوج علي بن
ابي طالب فاطمة *. وفيها عقد صلي
الله عليه لعمه حمزة لوا ابيض وهو اول
لوا عقده وبعث معه ثلثين من المسلمين
ولم يلق كثيرا ۞

Anno autem 10 vita defunctus eſt Abutalib; religioni ſuorum addictus, annos aliquot natus ſupra 80. & Coraiſitæ confirmati ſunt; crevitque potentia, & ſpes eorum. Mors Abutalibis.

Eodem hoc anno excurrit Propheta glorioſæ memoriæ Tajifam, incolaſque ejus ad Iſlamiſmum invitavit, ſed non paruerunt ei: cumque illic menſem ſubſtitiſſet, reverſus eſt Meccam. Duxit quoque hoc anno uxores, Abubecri Iuſti filiam, & Sewdam f. Zamaæ. Anno autem 12 accidit Meſra†. Muhammedis iter. Duplex matrimonium.

Anno verò 13 venerunt ad eum quidam Awaſi & Charrazi, viri nempe 73, & mulieres duæ, qui ſuper Iſlamiſmo fidelitatis ei juramentum præſtiterunt. atque ex his duodecim conſtituit doctores: qui ut Medinam ſunt reverſi, diffuſus eſt in incolis ejus Iſlamiſmus; & extiterunt ejus adjutores. Eodem anno juſſit ſuos migrare Medinam: qui omnes eò egreſſi ſunt, præter Abubecrum, & Alim, qui cum eo remanſerunt. Medinenſium converſio.

Hiſtoria Migrationis Medinam.

ANno (ait Abugjafar Tabarita felicis memoriæ) decimo quarto migravit Muhammed, glorioſæ memoriæ, Medinam, habens apud ſe Abubecrum Iuſtum, & Amarum f. Kamræ ſervum Abubecri, Duxitque eos Abdalla f. Artacati. Alis autem triduum, cum venia ejus, adhuc remanſit, ut res ſuas diſponeret: at deinde ſe ei adjunxit. Ingreſſus autem eſt Medinam ipſa meridie diei lunæ (ſecundum alios, Iouis) qui 12 erat menſis Rabij prioris: & diverſatus eſt apud Chalidem Abiobium f. Zeidi; donec templum ſuum extruxit, & ædes, in quas deinde commigravit. Atque ab hoc anno æra ducitur Hegiræ†: eſtque annus ætatis Muhammedis glorioſæ memoriæ 54. Migratio ſeu fuga Muhammedis Medinam. Incidit Hegira ſeu fuga Muhammedis in 16 Iulij anni æræ Chriſtianæ 622.

Primo Hegiræ anno (ait Abugjafar f. memoriæ) duxit Alis filius Abutalibis Fatimam. Eodem anno Muhammed g. m. patruo ſuo Hamzæ vexillum dedit candidum, (atque hoc primum fuit vexillum quod cuiquam dedit) miſitque cum eo 30 Muſlimos: at is non multū præſtitit. Primum Muhammedis vexillum.

Anno

Annus ſecundus Hegiræ cœpit die 5 Iulij, Anno Christi 623.

Anno ſecundo commiſſum eſt prælium Badrenſe primum; & prælium Badrenſe maximum, in quo Coraiſitarum duces aliquot fortiſſimi ſunt occiſi. Dieſque erat Veneris, 17 menſis Ramadani. Audiverat enim Abuſofianum f. Harithi in Syriam contendere, cum multis ſarcinis, in quibus pecuniæ erant Coraiſitarum, quas direptum exivit. At Abuſofianus cum ſuis Meccam ſe recepit. Muſlimi numero erant 319, Infideles verò inter 900 & mille. Viceruntque Muſlimi, & Infidelium 70 viros occiderunt, totidemque ceperunt. Muſlimorum autem 14 tantum viri occubuerunt. Facta & plura alia hoc anno ſunt prælia.

Annus tertius cœpit 24 Iunij. A.C. 624.

Anno autem tertio Iudæos in arcibus eorum obſedit, 15 dierum obſidione, ita ut in arbitrium ejus ſe darent, eoſque abduceret, & opes eorum diriperent Muſlimi.

Caabus hoſtis Muhammedis.

Eodem anno cohortem miſit ad occidendum Caabum fil. Alaſrafi, Iudæum, cui erat infenſiſſimus. Commiſſum & hoc anno certamen eſt, die Sabbathi, circa medium menſis Sjewali, & occupatus mons prope Medinam.

Prælium.

Numerus Infidelium erat 3000 peditum, cum quibus 200 erant equites, 3000 cameli, & 15 mulieres. Horum dux erat Abuſofianus, filius Harithi. Muſlimi autem numero erant 1000. Et primum quidem vicerunt Muſlimi; deinde verò Infideles, qui Muſlimos occiderunt ſeptuaginta; inter quos & Hamza erat filius Abdulmutalibis. Dies autem hic infauſtus fuit: quo & ipſe Muhammed, glorioſæ memoriæ, prælio interfuit: petivitque eum telo Ocbas filius Abumægidi, ac fregit dentium inciſorum ejus dexterum, & vulneravit labrum ejus inferius. Abdalla quoq; filius Sjehabi frontem ejus læſit. ſauciata etiam eſt maxilla ejus ſuperior, duoque dentes ejus primores exciderunt. Infidelium autem occiſi ſunt viginti duo.

Muhammed vulneratus.

Cœpit 13 Iunij. A.C. 625.

Anno quarto commiſſum eſt prælium filiorum Nadiri, Iudæorum: qui, munimentis ſuis relictis, finibus ſuis ſtatuerant egredi, & profecti ſunt Chaibaram: quidam tamen eorũ in Syriam conceſſerunt. Perſequutus autem eos eſt Mundirus

قال وفي السنة الثانية كانت غزوة بدر الاولي وغزوة بدر الكبري قتل فيها صناديد قريش وكانت ليلة الجمع لسبع عشر ليلة خلت من شهر رمضان لانه سمع ان ابا سفيان بن حرث مقبل الي الشام في غر عظيم فيه اموال قريش فخرج لاخذها فلجا ابو سفيان بالغر الي مكة وكانت عدة المسلمين ثلثماية وتسع عشر وكانت عدة المشركين ما بين التسع ماية والالف فانتصر المسلمون وقتلوا من المشركين سبعين رجلا فاسروا مثلهم واستشهد من المسلمين اربعة عشر رجلا * قال وفيها كانت غزوات عدة ۞

قال وفي السنة الثالثة حاصر اليهود في حصونهم خمسة عشر ليلة حتي نزلوا علي حكمه واجلاهم واغنم المسلمون اموالهم * وفيها سير سرية لقتل كعب بن الاشرف اليهودي وكان شديد العداوة له صلي الله عليه وسلم * قال وفيها كان غزوة احدي في يوم السبت النصف من شوال منها واخذ جبل قريب من المدينة وكانت عدة المشركين ثلثة الف رجل ومعهم مايتا فارس وثلثة الف بعير وخمس عشرة امراة وقايدهم ابو سفيان بن حرث وعدة المسلمين الف فكانت الكسرة اولا للمسلمين ثم كانت للمشركين فقتل من المسلمين سبعون رجلا منهم حمزة بن عبد المطلب وكان يوم بلا باشر فيه صلي الله عليه القتال بنفسه فرماه عقبة ابن ابي معيط فكسر رباعيته اليمني وجرح شفته السفلي وشجه عبد الله بن شهاب في جبهته وجرح في وجنته وسقطت ثنيتاه وقتل من المشركين اثنان وعشرون رجلا ۞

قال وفي السنة الرابعة كانت غزوة بني النظير اليهود ونزلوا من حصونهم علي الجلاء من بلادهم فخرجوا الي خيبر ومنهم من سار الي الشام وتبعهم المنذر

f. Omaris

بن عمر الساعدي في بير معاوية
وسبعون رجلا من الانصار فقتلوا جميعهم
الا كعب بن زيد فانه افلت *
وفيها كانت غزوة بدر الاخيرة ۞
قال وفي السنة الخامسة كانت
غزوة الخندق فاجتمعت الاحزاب وهم
قريش وبنو قريظة والنظير وغطفان
وسليم وكان مقدمهم حبيب بن
احطب وسلام بن ابي الحقيق وغيرها
من اليهود وجاء يوسف بن حارث يقود
قريش واتباعهم في عشرة الف وجاء
بنو غطفان وعليهم عتيبه بن حصن
الفزاري وغيره فاشار سلمان الفارسي رحمة
الله بحفر الخندق ونازلهم المشركون
نيف وعشرين ليلة ثم ان نعيم بن
مسعود الغطفاني اسلم وسعي في تخذيل
الاحزاب وافسد فيما بينهم وبين اليهود
فانهزموا وكانت عدة من قتل من
المسلمين ستة ومن المشركين ثلاثة *
قال وفيها كانت غزوة بني قريظة
خرج اليهم صلي الله عليه فحاصرهم خمس
وعشرين ليلة واشتد عليهم البلاء فنزلوا
علي حكم سعد بن معاذ وكان
عليلا من الجرح الذي اصابه يوم
الخندق فحكم بقتال الرجال وسبي
الذراري والنساء فضربت اعناقهم
وكانوا ما بين الستماية والسبع ماية
منهم حبيب بن احطب وجعلوا في
خنادق حفرت لهم بسوق المدينة
واقسمت نسوانهم واولادهم واموالهم
بين المسلمين وانتقض علي سعد جرحه
فمات ۞
قال وفي السنة السادسة كانت
صلاة الاستسقاء بالحديبية * وكانت
فيها غزوات منها غزوة بني المصطلق
التقاهم في سفان وهزمهم وقتلهم وابتاح
نسوانهم واولادهم وكان فيهم جويرة
بنت الحرث تزوجها صلي الله عليه
وجعل صداقها عتق من استرقه
من قومها * قال وفي هذه السنة
كانت غزوة الحديبية وهي موضع

f. Omaris Saadæus, ad Puteum uſque Muaviæ, cum 70 Medinenſibus, atque omnes interfecerunt, præter Caabum filium Zeidi, qui evaſit. Commiſſum & hoc anno eſt prælium Badrenſe ultimum.

Prælium.

Anno autem quinto geſtum eſt bellum Foſſæ. Congregatæ erant nationes multæ, Coraiſitæ nempe, & Filij Coraidæ, Nadiri, Gatfani, & Selimi: quorum duces erant, Habibus filius Ahtabi, Salamius filius Abulhakiki, aliique Iudæi. Veneratque Ioſephus f. Harithi ut Coraiſitas quique eos ſequebantur duceret, cum decem hominum millibus: Gatfanitis præerat Atibas fil. Haſani Kararæus, & alij. Selmanus autem Perſa auctor fuit, ut foderetur foſſa. obſiderunt autem eos Infideles dies aliquot & viginti: Deinde Iſlamiſmum amplexus Naïmus f. Maſudæ Gatfanites magno ſtudio hoc effecit, ut nationes illæ à mutuo auxilio deſiſterent, fœduſque amicitiæ inter eas & Iudæos deſtruxit. Inde aufugerunt: occiſis Muſlimis ſex, & tribus Infidelibus. Geſtum & hoc anno eſt bellum Filiorum Coraidæ; contra quos egreſſus eſt Muhammed, eoſque obſedit dies 25: cumque miſeria eorum invaluiſſet, dederunt ſe in arbitrium Saadi f. Maadi, qui debilis erat è vulnere quod acceperat tempore prælij Foſſæ. Is autē ſuaſit viros omnes interfici, pueros verò & fœminas in captivitatē abduci. Decollati itaque ſunt inter ſexcentos & ſeptingentos, inter quos & Habibus erat f. Ahtabi, & poſiti ſunt in foſſis factis in foro Medinæ: ac partiti inter ſe ſunt Muſlimi uxores eorum, liberos, & facultates. Saadus autem ex vulnere illo incrudeſcente obijt.

Cœpit 2 Iunij. A. C 266.

Prælium.

Anno ſexto inſtituta oratio eſt, pro ſanitate obtinenda†, in Haditia: & plura commiſſa ſunt prælia: inter cætera prælium filiorum Muſtalaki; quibus occurrit in Safana: fugavitque & occîdit eos, ac abduxit uxores & liberos eorum: eratque in ijs Gjuweira, filia Harithi, quam duxit Muhammed glor. mem. loco dotis ei dandæ, captos ejus conſanguineos dimittens. Commiſſum quoque hoc anno eſt prælium Haditiacum: eſt autem Haditia

Cœpit 23 Maij. A. C 627.

Prælium.

Matrimonium Muhammedis.

Prælium.

locus

Induciæ inter Muhammedē & Coraiſitas.

Conditiones induciarum.

locus prope Meccam, in via qua itur Gjuddam. Deinde pax facta eſt inter ipſum & Coraiſitas; vt ad decennium liceret arare. Quicunque autem voluit ſub fœdere & pacto Muhammedis eſſe, id eſt ingreſſus: ut & qui à Coraiſitis ſtare voluit, ijs ſe adjunxit. Eaque lege ut, ſiquis Coraiſitarum ſine venia Præfecti ſui ad Muhammedem transfugeret, is remitteretur ad eum. at qui ex Muhammedanis ad Coraiſitas deficeret, abſque licentia ejus; non remitteretur ad ipſum. Muhammed autem ſi cum militibus ſuis rediret, eo anno, & ad eos ingrederetur triduum manſurus, non ingrederetur cum armis alijs ab armis iter facientis, in vaginis†. Initum autem hoc fœdus induciarum eſt per Sahlum filium Omaris Amiræum: & ſcripto mandatum ab Ali filio Abutalibis f. m. Eodem anno, benevolentiam adeptus, inauguratus eſt, ſub arbore, quæ poſtea perijt, ſublata, ut ajunt, aquarum fluxione.

Inauguratio Muhammedis

Cœpit 11 Maij. A. C. 628.

Suggeſtum Muhammedis.

Anno ſeptimo ſuggeſtum ſibi ſumpſit Muhammed gl. m. Diciturque uxor ejus dixiſſe ei. Filium habeo fabrum: Anne præcipiam ut ſuggeſtum tibi faciat? Reſpondit: Etiam. Fecitque ei ſuggeſtum è thamariſco ſilveſtri, ſecundū alios, è thamariſco alba. Conſtititque gradibus duobus, ac ſedili. Ante autem quam hoc ſuggeſtum fieret, orationem habens in templo, innitebatur ſuſtentaculo ligneo. Duravit hoc ſuggeſtum donec regnavit Muavias filius Abuſofiani; qui ſex ei gradus adjecit: atque poſtea immutatum non fuit. Tapetis id primus obtendit Othman filius Affani.

Prælium.

Commiſſum & hoc anno eſt prælium Chaibarenſe: Et cepit Muhammed complura propugnacula; dominuſque eſt factus divitiarum quæ in ijs erant. Arctiſſimè autem obſedit duo caſtella Watiham nempe & Selalimam; ita ut parum abeſſent ab interitu, peterentque ab ipſo, ut impediret ne ſanguis eorum funderetur, utque in terris ſuis relinquerentur; & acciperet (annuatim) alteram dactylorum eorum partem: id quod ijs conceſſit; addita tamen conditione, ut, cum vellet eos ejiceret. His auditis, in eundem modum agere cum illo voluerunt incolæ Badræ

quibu

قريب من مكة في طريق جدة ثم وقع الصلح بينه وبين قريش على وضع الحرث عشر سنين فمن احب الدخول في عقد محمد وعهده دخل فيه ومن احب الدخول في عقد قريش وعهدهم دخل فيه ومن اتي محمدا من قريش بغير اذن وليه رد اليه ومن اتي قريشا من اصحاب محمد بغير اذنه ولم يرد اليه وان يرجع محمد باصحابه عامهم هذا ويدخل عليهم في اصحابه فيقيم ثلاثا لا يدخل عليهم بسلاح الا بسلاح المسافر في القرب وكان عقد الصلح سهل بن وكاتب الكتاب علي بن ابي طالب رضي الله عنه ❊

قال وفي هذه السنة بيعة الرضوان وكانت البيعة تحت الشجرة وفقدت بعد ذلك وقيل ان السيول ذهبت بها ۞

قال وفي السنة السابعة اتخذ صلي الله عليه وسلم المنبر قيل ان امراته قالت له ان لي غلاما نجارا افلا امره ان يتخذ لك منبرا قال بلا فاتخذه منبرا من طرفا الغابة وقيل كان من اثل وكان المنبر درجتين ومجلسا وكان قبل المنبر يستند الي جذع في المسجد اذا خطب وبقي المنبر الي ان ولي معاوية بن ابي سفيان فزاد فيه ست درجات ولم يغير بعد ذلك واول من كساه القباطي عثمان بن عفان ۞

قال وفي هذه السنة كانت غزوة خيبر وفيها فتح الحصون واستولي علي ما كان فيها من الاموال واشتد الحصار علي حصنين هما الوطيح والسلالم حتي ايقنوا بالهلكة فسالوا ان يحقن دماءهم ويبقيهم ببلادهم وياخذ من نخيلهم النصف فاجابهم الي ذلك وشرط انه متي يشاء اخرجهم وبلغ اهل بدر

ذلك فسالوا ان يعاملوا بمثله فاجابهم
ولم تزل اليهود على هذه المعاملة
الا الى ان مضى مقدار من خلافة
عمر بن الخطاب فبلغه ما قال صلى الله
عليه وسلم في مرضه انه لا يجتمع في
جزيرة العرب دينان فاجلاهم عنها
وكانت غزوة خيبر في المحرم *
قال وفي هذه السنة اهدت اليه زينب
ابنة الحارث اليهودية شاة مسمومة
فاخذ منها لياكل ثم قال ان هذا
العضو ليخبرني انه مسموم ۞

قال وفي السنة الثامنة للهجرة
فتح مكة وذلك ان قريشا نقضت
العهد فسار اليهم في عشرة الف من
المسلمين حتى نزل مر الظهران فاتاه
عمه العباس بن عبد المطلب بابي
سفيان بن حرب فاسلم فقال
من دخل دار ابي سفيان فهو امن
ومن غلق بابه فهو امن ومن دخل
المسجد فهو امن ودخل الى مكة من
غير قتال وامن جميع اهلها الا نفرا
قليلا اهدر دماءهم فقتلوا وكان
فتح مكة لعشر بقين من شهر رمضان
وكان فتحها صلحا وقيل عنوة *
قال وفيها كانت غزوة حنين وهو
واد معروف قال ولما سمعت هوازن
بفتح مكة اجتمعت الى مالك بن عوف
فاجتمعت معهم بنوا ثقيف وساروا
بالنساء والاموال فسار اليهم في
اثني عشر الف رجل فالتقا الفريقان
بحنين فكانت الكسرة الاولى
للمشركين ثم بعد ذلك كرت المسلمون
عليهم فانهزموا وغنموا غنائمهم جميعا
وكانت ستة الف من البقر واربعة
وعشرين الفا من المعز واربعين الف
شاة واربعة الف اوقية فضة وقتل من
بني ثقيف في هذه الدفعة تسعون رجلا
ولم يقتل من المسلمين سوى اربعة نفر
وجمعت السبايا والاموال بالجعرانة
ومضى الى الطايف وحصرها ثم رحل عنها
ونزل بالجعرانة وفيها سبايا هوازن

quibus quoque annuit. & Iudæi etiam manſerunt ſub hoc fœdere, donec aliquamdiu imperavit Omar filius Alchittabi, qui ut intellexit Muhammedem gl. m. in morbo ſuo dixiſſe, Ne duæ in Arabia concurrant religiones, *eos inde ejecit.* Vna in Arabia religio. *Factum autem prælium hoc Chaibarenſe eſt menſe Muharramo. Eodem anno oblata eſt Zainaba filia Alharitz Iudæa ovem veneno infectam: de qua cum eſurus aliquid ſumpſiſſet, dixit, Vtique hoc membrum indicat mihi, veneno ſe infectum eſſe.* Muhammed divinat.

Anno autem octavo Hegiræ cepit Meccam, violaverant enim Coraiſitæ fœdus; profectuſque contra eos eſt Muhammed cum 10 millibus Muſlimorum, donec venit Marwun[illegible]hranam: acceſſitque ad eum patruus ejus Abbas f. Abdulmutalibis Abuſofianum filiũ Harithi, qui & credidit. Dixitque. Qui ingreditur domum Abuſofiani, is ſecurus erit: qui januam ſuam claudet, is ſecurus erit: & qui ingredietur templum, ſecurus erit. Ingreſſuſque eſt Meccam ſine certamine: & credidit omnis populus ejus, exceptis paucis, quos, fuſo eorum ſanguine, interfecit. Capta autem eſt Mecca die 21 menſis Ramadani: & quidem pacificè, ante adhibitam violentiam. Factum quoque hoc anno eſt prælium Honainicum, eſtque Honaina vallis notiſſima. cum enim intellexiſſent Hawazini Meccam captam eſſe, convenerunt ad Melicum filium Auſi: & adjunxerunt ſe iis Tſakifii, cum uxoribus quoque ſuis, & opibus. At profectus contra eos eſt Muhammed cum 12 virorum millibus: & concurrerunt hi duo exercitus in valle Honainæ: fuitque prima victoria Infidelibus: ſed his deinde prævaluerũt Muſlimi, qui eos in fugam verterunt, atque omnes eorum opes diripuerunt: quæ erant 6000 boves, 24000 capræ, & 40000 oves, & 4000 unciæ argenti: atque occiſi hac vice ſunt è Tſakifiis 90 viri: Muſlimorum vero quatuor tantũ homines ceciderant. Congregatæ a. ſunt captivæ omnes & ſpolia Giaranæ: abiitque contra Tajifam, quam & obſedit: ſed ea deinde relicta, venit Giaranã, ubi captivæ erãt Hawazinorum, quorum

Cœpit 30 Aprilis. A.C. 629.

Mecca capitur.

Prælium.

quorum legati eum adierunt, rogantes ut gratioſe ijs uxores eorum reſtitueret, & dicentes eas amitas ejus eſſe, & materteras: unde optionem ijs dedit uxorum, & liberorum, atque opum. At ipſi uxores elegerunt, & liberos, quos & ijs tradidit: diſtribuitque opes eorum Muſlimis. Eodem anno venit ad eum Gjaranam Melicus filius Auſi, & credidit: unde & bona ejus ei reſtituit. Præfecit autem Meccæ Gajatum filium Aſedi.

Cœpit 20 Aprilis. A.C.630. *Anno autem nono geſtum eſt bellum Tebucenſe: pacemque fecit (Muhammed) cum Principe Daumæ, & Principe Eilæ, ea lege, ut tributum penderent. cumque Tebuci decem ferè dies ſubſtitiſſet, diſceſſit Medinam menſe Regjebo. Atque illud ultimum ejus fuit bellum, in quo Oiſman filius Affani in exercitum erogavit mille aureos. Eodem hoc anno Iſlamiſmum amplexi ſunt Tajifij: quibus præfecit Oiſmanem filium Abulaſi. miſitque Abuſofianum filium Harithi, filij Sjuabæ deſtructum inſtrumenta eorum bellica.*

Cœpit 9 Aprilis. A.C.631. *Anno decimo frequentes eum convenerunt Arabes: atque Iſlamiſmum homines amplexi ſunt; & verbum ejus eſt confirmatum. Eodem anno defecit pſeudopropheta Muſeilema: dicens ſe ſocium ejus eſſe, in munere prophetico: & ſequuti eum ſunt ſui, ex filijs Hanifæ, Iamamæ. Eodem anno Muhammed glor. mem. peregrinatus eſt Meccam eamque ingreſſus die 10 Dulhiggiæ, cumque erudiviſſet homines, & inſtruxiſſet eos in religione, reverſus eſt Medinam.*

Aſwad pſeudopropheta. *Anno autem undecimo apparuit pſeudopropheta Aſwad Abſites, in Arabia felici, dixitque ſe prophetam eſſe, cepit Sanaam, Nazranam, & Tajifæ ditionem: cumque jam celebris fieret, occidit eum Firus Dailamus in domicilio ejus.*

Muhāmedis mors. *Eodem hoc anno Muhammed glorioſæ memoriæ mortem obijt: cum enim à peregrinatione Meccana rediiſſet, & Medinæ ſubſtitiſſet ad diem 28 menſis Safari, ægrotare cœpit: & præcepit Abubecro ut cum populo oraret: ac orarunt orationes*
Ætas. *ſeptemdecim. Obijt autem die Lunæ, qui duodecimus erat menſis Rabij prioris:*

قاتي وفدهم اليه وسالوه ان يمن عليهم بها وقالوا انما هن عماتك وخالاتك فخيرهم بين النسا والابنا والاموال فاختاروا النسا والابنا فسلمها اليهم ثم فرق الغنايم علي المسلمين * قال وفيها اتاه مالك بن عوف بالجعرانة فاسلم فرد عليه ماله واستخلف علي مكة غيات بن اسد ۞

قال وفي السنة التاسعة كانت غزوة تبوك فنزل عليها وصالح صاحب دومه وصاحب ايله علي ادا الجزية واقام بتبوك دون عشرة ليال ثم انتقل الي المدينة في شهر رجب * قال وهي اخر غزواته * وفي هذه الغزوة انفق عثمان بن عفان في الجيش الف دينار * قال وفي هذه السنة اسلم اهل الطايف وامر عليهم عثمان بن ابي العاص وبعث ابا سفيان بن حرث بن شعبه هدما الالات التي كانت عندهم ۞

قال وفي السنة العاشرة كثر قدوم العرب عليه ودخل الناس في دين الاسلام وقويت كلمته * وفيها ارتد مسيلمه الكذاب وادعي انه شريكه في النبوه وتبعه قومه من بني حنيفه باليمامه *. قال وفيها حج صلي الله عليه حجة الوداع وكان دخوله مكة في عشر ذي الحجة ووعض الناس وعرفهم مناسكهم ورجع الي المدينة ۞

وفي السنه الحاديه عشر ظهر الاسود العبسي الكذاب باليمن وادعى النبوة وغلب علي صنعا ونجران وعمل الطايف واستطار ذكره فقتله فيروز الديلمي في منزله ۞

قال وفي هذه السنة كانت وفاته الي رحمة الله تعالي ورضوانه وذالك انه لما عاد من حجة الوداع اقام بالمدينة الي ليلتين بقيتا من صفر فابتدا مرضه وامر ابا بكر ان يصلي بالناس فصلا بهم سبعه عشر صلاة وتوفي يوم الاثنين الثاني عشر من شهر ربيع الاول

وكان عمره صلي الله عليه وسلم ثلاث
وستين سنة وقيل خمس وستين سنه
وكان صلي الله عليه حسن الاخلاق
لين الكلام يعود اصحابه كما
يعودونه ويقبل وجوههم كما يقبلونه
ويواسي الضعيف ويعظم الكبير ويرفق
بالصغير ومن ساله في حاجة لا يرده الا
بحاجته او بميسور من القول ۞
قال وكان كاتبه عثمان ابن
عفان وعلي ابن ابي طالب فان غابا
كتب له ابي ابن كعب وزيد
بن ثابت فان غابا كتب له من
حضر من الكتاب وهم معاوية ابن ابي
سفيان وخالد بن سعيد
والعلا ابن الحضرمي وحنظلة بن الربيع
وكان يكتب له ايضا عبد الله
ابن ابي شرح فارتد عن الاسلام ولحق
بالمشركين واستامن له عثمان يوم
الفتح فامنه بعد كان قد هدر دمه
وكان الزبير ابن العوام وجهم ابن
صفوان يكتبان اموال الصدقات
وحذيفة ابن اليمان يكتب خرص
النخل والمغيره بن شعبه والحسين ابن نمير
يكتبان المداينات والمعاملات وعبد الله
العرب وابو موسى الاشعري اميا فخدع
عمرو بن العاص ابا موسى الاشعري وقال
نتفق على خلعهما ونقلدها عبد الله بن
عمر بن الخطاب وكان ابو موسى مائلا
الى ذلك وقيل انهما اتفقا على خلعهما

ويجعلاها سورا بين المسلمين فلما اجتمع الناس قال ابو موسي الاشعري يا عمرا قم فاخلع صاحبك فابي عمرو ان يتقدمه واوهمه انه يفعل ذلك اجلالا له فقام ابو موسي فخلع علي فقام عمرو فوافقه على خلعه علي عليه السلام واثبتها لمعويه فشتمه ابو موسي فرد عليه عمرو وتفرق الناس واما عمرو واصحاب معوية فانهم عادوا الى معوية وسلموا عليه بالخلافة ۞

وفي تواريخ النصاري ان قسطنطين بن قسطنطين ملك الروم مات في هذه السنة وهي السابعة والثلثون للهجرة وملك ابنه يوسطنيانوس بعده على الروم اثني عشر سنة ومات ۞

قال وفي سنة ثمان وثلثين التقي علي وعبد الله بن وهب البراشي واصحابه الخوارج فقتلوا الجميع ولم يفلت منهم احد * وفي هذه السنة فتح معوية بن ابي سفيان مصر وعاملها لعلي محمد بن ابي بكر الصديق ومن حديث ذلك ان محمدا بن حنيفة بن عتبة كان قد تغلب في ايام عثمان على مصر وخلع عثمان وذكرنا ذلك اولا وسار معويه بن ابي سفيان الى مصر في سنة ست وثلاثين فساعد محمدا بن حنيفه وهو ابن خاله وجماعة ممن كان سار الى عثمان في قتاله رهينه وسيرهم معويه الي الشام فحبسهم في بلد فلسطين ثم هربوا فلحقهم صاحب فلسطين فقتلهم في ذي الحجه سنة ست وثلاثين وسير علي عليه السلام قيس بن سعيد بن عباد الانصاري اميرا على مصر وكان داهي ودها فاجتهد معاويه في اخراجه من مصر فتوصل واوهم على بان قيس يكاتب معاويه ويرتشا مال اليه فعزله وولى مصر الاشتر مالك بن الحارث النجعي فلما بلغ القلزم دس عليه معاويه من اطعمه عسلا مسموما فمات منه

atque ita efficiendo è Chaliſatu interregnum Muſlimis. Cumque jam homines conveniſſent, dixit Abumuſa, Surge Amre & depone Dominum tuum: ſed noluit ei Amrus praire, opinionem ei injiciens, ſe reverentiæ ei exhibendæ gratia id facere, unde ſurrexit Abumuſa, & Alim depoſuit: mox & Amrus ſurrexit, atq; aſſenſus Abumuſæ eſt, de Alis depoſitione; relinquens Chaliſatum Muaviæ: unde maledixit ei Abumuſa, ſed Amrus ei reſpondit: & homines diſperſi ſunt. Amrus autem & Muaviæ milites ad Muaviam reverſi, ſalutarunt eum Chaliſam.

Narrant autem Chriſtianorum Hiſtoriæ, Conſtantinum fil. Conſtantini, Rom. Imp. hoc anno, qui 37 eſt Hegiræ, obijſſe, & poſt eum imperaſſe Iuſtinianum annos 11, qui & vita tunc quoque exceſſit.

Conſtantinus obit.
Iuſtinianus.

Anno 38 occurrerunt Alis & Abdalla f. Wehabi, Albaraſio cum ſocijs ejus Charigijs, atque omnes occiderunt, ita ut ne unus quidem evaderet. Occupavit & hoc anno Muavias f. Abuſoſiani Aegyptum, cui Alis nomine præerat Muhammed f. Abubecri Iuſti. Huc pertinet quod ſupra diximus Muhammedem fil. Haniſæ filij Atbæ jam ante invaſiſſe Aegyptum, tempore Otſmanis, quem & imperio depoſuit. Venitque in Aegyptum Muavias f. Abuſoſiani anno 36, & cepit Muhammedem fil. Haniſæ, qui & cognatus ejus erat, cum multis eorum qui ad Otſmanem profecti erant, eum occiſuri, conjecitque eos in carcerem, in Palæſtina: unde cum deinde aufugiſſent, perſequutus eos eſt Palæſtinæ Gubernator; atque occidit eos, menſe Dulhiggia anni 37. Miſit autem Alis f. m. Caiſum, f. Saïdi, f. Abadi Medinenſem, ut Gubernator Aegypti eſſet; eratque prudens & ingenioſus: at Muavias ſtuduit eum inde amovere, & muneribus corrumpere: verum cum ſuſpicaretur Alis Caiſum ad Muaviam ſcribere, animoque in eum propenſo eſſe, Imperium ei abrogavit, Aegypto præficiens Vſturmelicum fil. Harithi, Nagjaæum. Hic ut Colzumam venit, ſubornavit Muavias quendam, qui guſtandum ei dedit mel veneno infectum, unde obijt.

Cœpit 8 Iunij. A.C. 658.
Muavias Aegyptum capit.
Caiſus præfectus Aegypti.
Melicus f. Harithi veneno tollitur.

Hinc

Hinc Alis Aegypto præfecit Muhammedem fil. Abubecri Iuſti, qui ut in eam venit, ejecit Harithæos, qui è nigerrimis Arabum ſunt. Hi profecti ad Muaviam, aſſumpſſerunt Amrum f. Alaſi; & ingreſſi ſunt Aegyptum: unde fugerunt Aegyptij; & abſcondidit ſe Muhammed fil. Abubecri: at invenit eum Muavias f. Chodbagi, atque eductum necavit, & aſini cadaveri impoſitum igne combuſſit. Occiſus autem eſt ut Aegypto præfuerat 5 menſes: dicitur tamen etiam anno 40 interfectus eſſe. Atque ita Aegypto præfuit, nomine Muaviæ f. Abuſofiani, Amrus f. Alaſi.

Muhammed filius Abubecri necatur.

Cœpit 29 Maij. A.C. 659.

Muavias bellum infert Ali.

Anno 39 diſtribuit Muavias f. Abuſofiani copias ſuas per fines Alis f.m. miſitque exercitum unum Ainuttarmum, duce Nuamano fil. Baſjiri: unum Bunitum: unum Teimaam, direptum eleemoſynas. Miſit & hoc anno Muavias Dahacum fil. Caiſi cum tribus millibus, qui, ut Iracam diripuerunt, in Higjazæ abiere Provinciam, ſpoliaque multa ſunt conſequuti; atq; occiderunt quos invenerunt Arabes; & homines à peregrinatione deterruerũt, in Thalabia. Vnde Alis contra eum miſit Hagjarum f. Adis cũ 4 virorum millibus, qui aſſequuti eum ſunt Tadmuri, in ditione Emiſſæ: ubi conflixerunt, & in fugam verſus eſt Dahacus, nocte eos dirimente.

Cœpit 17 Maij. A.C. 660

Anno Hegiræ 40 miſit Muavias f. Abuſofiani Baſjerum fil. Artahi cum tribus millibus Medinam, cui Alis nomine præerat Abiobius Medinenſis: qui ut Cufam aufugit, ingreſſus eſt Baſjerus urbem: atque incolæ ejus Muaviæ juramentum fidelitatis præſtiterunt: & ille muros ejus deſtruxit. Deinde abijt Meccam: hinc in Aljamanam, cui Alis nomine præerat Abdalla fil. Abbaſi. qui Cufam aufugit. at invenit Baſjerus in via duos ejus filios, eoſque interfecit; ac plurimos Sanaæ, & in Aljamana mortales, qui partes Alis, f. m. tenebant, occîdit. Hinc reverſus eſt Meccã, atque ibidem, Tajifæ, Iamamæ, & Medinæ 30 millia interemit. Sed miſit contra eum Alis quatuor millia, quæ cum appropinquarent Medinæ, recepit ſe Baſjerus Meccam. Deinde pax facta eſt inter Alim & Muaviam: ut, poſitis armis, Alis Iracam

ولاها علي محمدا بن ابي بكر الصديق فلما دخل اليها اخرج خريثا وكانت من اسود العرب فضوا الي معاويه واخذوا عمرا بن العاص ودخلوا الي مصر وانهزم اهل مصر فاستتر محمد بن ابي بكر فوجده معويه بن خديج فاخرجه وقتله وجعله في جيفة حمار واحرقه بالنار فكانت ولايته خمسة اشهر وقيل ان مقتل محمد بن ابي بكر سنة اربعين وولي عمرو بن العاص مصر من جهة معاويه ابن ابي سفيان ۞

فصل وفي سنة تسع وثلثين فرق معاويه بن ابي سفيان جيوشه في اطراف علي عليه السلام فبعث جيشا الي الانبار وجيشا الي عين التمر ومقدمه النعمان بن بشير وجيشا الي بنيت وجيشا الي تيما لجباية الصدقات * وفيها بعث معاوية الضحاك بن قيس في ثلثة الف فاغار علي ارض العراق ومضي الي ارض الحجاز واخذوا اموالا جزيلة وقتلوا من صادفوا من الاعراب وحبسوا الناس عن الحج بالثعلبية فسير اليهم علي حجر بن عدي في اربعة الف فادركوه بتدمر من ارض حمص فاقتتلوا فانهزم الضحاك واصحابه وحجز بينهم الليل ۞

وفي سنة اربعين للهجرة سير معويه بن ابي سفيان بشر بن ارطاه في ثلثة الف الي المدينة وعامل علي عليها ابو ايوب الانصاري فانهزم الي الكوفه ودخل بشر الي المدينة وبايع اهلها لمعويه وهدم دورانهم ثم مضي الي مكة ثم الي اليمن وعاملها لعلي عبد الله بن العباس الذي هرب الي الكوفة وصادف بشر في الطريق ابنين له فقتلهما وقتل بصنعا وبلاد اليمن خلقا كثيرا من شيعة علي عليه السلام ثم عاد الي مكه وقتل بها وبالطايف واليمامه والمدينة ثلاثين الفا فندب اليه علي اربعة الف فلما قربوا الي المدينة سار بشر واصحابه الي مكة * ثم جرت مهادنة بين علي ومعويه علي ترك الحراب بينهم ويكون لعلي العراق

والمعويه الشام ولا يدخل احدها في عمل الاخر بجيش ولا غارة ۞

قال ابو جعفر الطبري رحمه الله في هذه السنة كان مقتل علي عليه السلام وذلك ان ثلاثه من الخوارج اجتمعوا وهو عبد الرحمن بن ملجم والمبارك بن عبد الله الملقب بالترك وعمرو بن بكر التميمي علي ان عبد الرحمن بن ملجم يقتل علي عليه السلام والترك معويه بن ابي سفيان وعمر التميمي عمرا بن العاص وتواعدوا لذلك ليلة سابعة عشر رمضان ومضي كل واحد منهم الي بلد مقصده * فاما الترك فوثب علي معويه وقد خرج لصلاة الصبح فضربه بسيف مسموم فاصاب اليته فجرحه وقبض علي الترك فقتل وسلم معويه * واما عمرو بن بكر فوثب علي خارجة صاحب شرطة عمرو بن العاص ظنا منه انه عمرو فقتله فقبض عليه واتي به الي عمرو بن العاص فقتله قال اردت عمرا واراد الله خارجا * واما عبد الرحمن فانه ضرب علي علي جبهته وقد خرج لصلاة الصبح فلما ضربه قال قتلته ورب الكعبة وخرج بن ملجم هاربا فادركوه واحاطوا به * وحمل علي الي منزله واقام جريحا ثلاثة ايام ثم قضي الي رحمه الله وكان ضرب بن ملجم ليلة الجمعة لسبع عشرة ليلة خلت من شهر رمضان ولما توفي دفن بالنجف وهو موضع قبره الان وقيل دفن في الكوفه في قصر الامارة وقيل دفن ليلا وغيب قبره * وقيل ان علي قال اطيبوا طعام عبد الرحمن والينوا فراشه فان اعش فعفوا عنه وان امت فالحقوه بي اخاصمه بين يدي الله فلما مات اخذه عبد الله بن جعفر بن ابي طالب والحسن بن علي فقطع عبد الله يديه ورجليه واكحله بمسمار محمي وقطع لسانه ثم احرق بالنار وقيل ضرب عنقه وجعلوه في قوصره واحرقوه بالنار * وكان مدة خلافة علي عليه السلام خمسة سنين الا ثلثة اشهر

Muavias autem Syriam obtineret, neque alter alterius ditionem cum exercitu, aut prædatione ingrederetur.

Atque hoc ipſo anno, ait Abugjafar Tabarita, occiſus eſt Alis fel. mem. Cum enim conveniſſet inter tres Chavariſios, Abdurrahmanem ſcil. filium Melgjemi, Hagjagjum fil. Abdallæ, cognomine Turcam, & Amrum f. Becri Temimæum, ut Abdurrahman fil. Melgjemi occideret Alim, fel. mem. Turca Muaviam f. Abuſofiani, & Amrus Temimæus Amrum fil. Abulaſi; atq; ei rei diem conſtituiſſent 17 Ramadani, abiiſſentque ſinguli in urbem intentionis ſuæ; Turca irruit in Muaviam, qui egreſſus erat ad orationem matutinam, & gladio eum percutiens venenato tetigit nates ejus, & vulneravit eum; ſed prehenſus eſt Turca, & occiſus: ſalvatus vero Muavias. Amrus autem filius Becri irruit in Charigjam Præfectum militum Amri f. Alaſi, ratus eum Amrum eſſe, atque occidit eum: unde prehenſus eſt, & adductus ad Amrum, qui interfecit eum dicentem, Ego Amrum volui, at Deus voluit Charigjam. Abdurrahman autem f. Melgjemi ferijt Alim in fronte ejus, ut exiverat ad orationem matutinam, eoq; percuſſo, Occidi eum, ait, per dominum Caabæ †: atq; egreſſus, aufugit; ſed prehenderunt eum & cuſtodiverunt. Alis autem domum ſuam portatus, ut triduum vulneratus ſupervixit, è vita migravit. ferijt autem eum filius Melgjemi die Veneris, qui 17 erat menſis Ramadani. Vtq; obijt, ſepultus eſt in Tahafa, ubi nunc eſt locus ſepulturæ ejus. Sunt tamen qui dicunt eum Cufæ ſepultum eſſe, in arce imperiali. Alij ajunt noctu ſepultum, & ſepulchrum ejus ignorari. Dicitur quoque Alis dixiſſe, Cibum date Abdurrahmani bonum, ac lectum mollem, & ſi convaleſcā, parcite ei; ſi vero moriar, adjungite eum mihi, ut accuſem eum coram Deo. Vtque obijt Alis, ceperunt eum Abdalla f. Gjafaris fil. Abutalibis, & Haſenus fil. Alis. Atque Abdalla manibus & pedibus eum truncavit, & clavo candente denigravit: & tandem, abſciſſâ linguâ, igne eſt combuſtus. Sunt qui dicunt decollatū eum eſſe, & corbi impoſitum combuſtum. Regnavit autem Alis f. m. annos 5 demptis 3 menſibus,

Alis cædes.

Sepulchrum.

Supplicium ſicarij.

atque

atque annos natus erat 63, aut ſecundum Forma. *alios, 57, vel 58 etiam. Eratque fuſcus valde; & ſtatura brevior; magno ventre; prolixa barba, neque ſine canitie; & calvus. Sunt & qui cirros eum habuiſſe* Natura. *dicunt. Averſabatur mundana, ac Deum valde timebat: multus erat in dandis eleemoſynis: juſtus, atq; humilis: defenſor veræ religionis; acutus valde, & multũ pollens eruditione, quippe ſpeculativis ſcientiis & practicis inſtructus: audax, & audaciâ celebris; liberalis; optimæ indolis & naturæ.* Officiales. *Scriba ejus fuit Abdalla f. Rafii, famulus Prophetæ glor. mem. Dicitur quoq; ei ſcripſiſſe Saïdus f. Nemrani Hamadanæus. Iudex Sjarihus f. Harithi: Ianitor Basjirus, famulus ejus. Symbolum ſigilli ejus erat,* Symbolũ. Soli Deo forti dominium. *Chalifatum* Imperium. *obtinuit annos 4, & dies 262: quorum initium dies fuit Sabbathi, finis, Solis: ſive annos ſolares 4, & dies 219: lapſis annis Hegiræ 39, menſibus 8, & diebus 20: annis autem ſolaribus mundi 6152, men*Res Chriſtianæ. *ſibus 4, & diebus 17. Quod autem ad ea attinet, ait Hiſtoricus, quæ Chriſtianorum* Benjamin Patriarcha Alexandrinus, *narrant Hiſtoriæ: Benjaminus Patriarcha Alexandrinus Aegyptiorum Iacobitarum, obiit anno Hegiræ 39: factus autem fuerat anno undecimo Heraclii, Imperatoris Romanorum; ita ut duraverit Patriarchatus ejus ab anno Hegiræ primo, ad annum 39 (poſſidebantque Perſæ Miſram, & Alexandriam: quod eorum dominium annos duravit 10: cum ſcilicet obſideretur Conſtantinopolis, tempore Heraclii †) abfuit autem à ſede ſua annos 13; 10 ſcilicet ſub Imperio Perſarum, & tres ſub initium imperii Muſlimorum: tunc enim ei ſcripſit Amrus ſecuritatis libellum, & reverſus eſt ad ſedem ſuam, cum gaudio magno. Obiit autem die 8 menſis Tubæ: & ſubſtitutus in locum ejus eſt Agatus, ſuper Alexandria. Habent Vitæ Patriarcharum eum ſediſſe annos 17, & obiiſſe 10 Babæ. Dicitur & propoſitus anno 23 regni Conſtantis, fil. Conſtantini, f. Heraclii, Imp. Rom.*

وكان عمره ثلاث وستين سنه وقيل سبع وخمسين سنة وقيل ثمان وخمسين سنه * قال ابو جعفر الطبري رحمه الله وكان شديد الادمة اقرب الى القصر عظيم البطن وافر اللحية لا بغير شيبة اصلع ويقال انه الانزع * قال وكان زاهدا في الدنيا شديد الخشيه من الله كثير الصدقات والبر موثرا علي نفسه مجاهدا في سبيل الله كثير الفهم عزيز العلم وقد حاز العلوم العلمية والعملية وكان شجاعا وشجاعته مشهورة وكان سخيا حسن الاخلاق والسيرة * قال وكاتبه عبد الله بن رافع مولي النبي صلي الله عليه وسلم وقيل كتب له ايضا سعيد بن نمران الهمداني وقاضيه شريح بن الحارث وحاجبه بشر مولاه نقش خاتمه الملك لله الواحد القهار وكانت خلافته اربع سنين ومايتين اثنين وستين يوما اولها يوم السبت واخرها يوم الاحد سنون شمسية اربع سنين ومايتين وتسعة عشر يوما وذلك لتكملة تسع وثلثين سنة وثمانية اشهر وعشرين يوما للهجرة سنة ستة الف ومائة اثنتين وخمسين سنة واربعة شهور وسبعة عشر يوما شمشية للعالم * قال المورخ والذي ورد تواريخ النصاري ان البطريرك بنيامين بطريرك الاسكندرية للقبط اليعاقبة توفي في السنة التاسعة والثلثين للهجرة وكان قدم في السنة الحادية عشر لهرقل ملك الروم واستمرت بطريركته من اول الهجرة والي السنة التاسعة والثلاثين وملك الفرس مصر والاسكندرية في رياستهم استمرت مملكتهم عشر سنين وذلك عند حصار القسطنطينية في ايام هرقل واقام عن كرسيه غايبا ثلاث عشرة سنة منها عشر سنين في مملكة الفرس وثلاث سنين في اول مملكة المسلمين ثم كتب له عمرو بن العاص امانا فعاد الي كرسيه بفرح عظيم وتنيح في الثامن من طوبة وقدم عوضه اغاتو علي الاسكندرية * قصة سير البطاركة انه اقام سبع عشرة سنة ومات في السادس عشر من بابه وقيل انه قدم في السنة الثالثة وعشرين من مملكة قسطنس بن قسطنطين بن هرقل ملك الروم

CAPVT SEXTVM.

السادس الحسن بن علي بن ابي طالب
رضي الله عنه

الشيخ ابو جعفر الطبري
قال رحمه الله تعالي بويع له
بالخلافة بالكوفة
يوم توفي والده

وفي سنة احدي واربعين سار
معاويه بن ابي سفيان الي الكوفه فالتقا
هو والحسن عليه السلام بمسكن من
الكوفه فاصطلحا وسلم الحسن الامر الي
معاويه بن ابي سفيان * وذلك انه لما بايع
اهل العراق الحسن ابن علي رضي الله
عنه علي الخلافة طفق يشرط عليهم انكم
سامعون مطيعون تسالمون من سالمت
وتحاربون من حاربت فارتاب اهل
العراق الحسن ابن علي رضي الله عنه
وقالوا ما هذا لكم بصاحب فلم يلبث
الحسن الا قليلا حتي طعن طعنة اسوته
فازداد بغضا لهم وذعر منهم فكاتب
معويه وارسل اليه بشروط وقال ان
اعطيتني هذا فانا سامع مطيع وعليك
ان تفي لي به ووقعت صحيفة الحسن في
يد معويه وقد ارسل معويه قبل ذلك
الي الحسن بصحيفة بيضي مختومة علي
اسفلها وكتب اليه ان اشترط في هذه
الصحيفة التي ختمت اسفلها ما احببت
وشيت فهو لك فلما اتت الحسن
اشترط اضعاف الشروط التي كان
كتب بها الي معويه قبل ذلك
وامسكها عنده وامسك معويه صحيفة
الحسن التي كان ارسلها اليه وسالة ما
فيها وخرج الحسن بالناس حتي نزل
المداين وبعث قيس بن سعيد علي
مقدمته في اثني عشر الفا واقبل معويه
من اهل الشام فبينا الحسن في المداين
اذ نادي مناوي في العسكر الا ان
قيس بن سعيد قد قتل فانفروا وافتقروا
بسرادق الحسن حتي نازعوه بساطا
كان تحته * فلما التقا الحسين ومعويه

Sextus, HASENVS filius ALIS filij ABVTALIBIS; felicis memoriæ

AIT *Abugjafar Tabarita creatum eum eſſe Chalifam Cufæ, eo die quo obijt pater ejus.*

Anno autem quadrageſimo primo, abijt Muavias f. Abuſofiani Cufam, conveneruntque ipſe & Haſenus Meskini prope Cufam, & pacem fecerunt; tradiditque Haſenus Imperium Muaviæ filio Abuſofiani: id quod factum eſt in hunc modum. Vt Iraci Haſeno f. Alis fel. mem. fidelitatis juramentum præſtiterant, cæpit ille leges ijs præſcribere, dicens, Eſtote auſcultantes mihi, & morem gerentes: pacem cum ijs colite, cum quibus ego: & bello vexate eos, quos ego vexo. unde Iraci offenſi ſunt Haſeno f. Alis, dixeruntque, Non erit hic vobis Dominus. Et ilico turpiſſimis Haſenus oneratus eſt calumnijs: unde magis magiſque odiſſe eos cæpit, & timere: ſcripſitque ad Muaviam, conditiones aliquot ei mittens, & dicens, Si dederis mihi hoc; utique ego auſcultans tibi ero, & morem gerens: at tuum foret in hiſce mihi ſatisfacere. Cum autem Muaviæ Haſeni literæ traderentur, miſerat jam ille ad Haſenum epiſtolam candidam, infernè ſignatam, ſcripſeratque ad eum. Propone in hac epiſtola infernè à me ſignata, quam cupias & velis conditionē; & ea concedetur tibi. Quas literas ut Haſenus accepit, conditiones ante ad Muaviam miſſas duplicavit, atque eam epiſtolam ſibi ſervavit. At Muavias epiſtolam ab Haſeno ſibi miſſam, qua ea contentum petebat, cuſtodivit. Et egreſſus Haſenus profectus eſt Medajinam, atque ablegavit Caiſum f. Saïdi ducem conſtitutum duodecim millium. Muavias vero contendit in Syriam. Dum autem Haſenus Medajinæ eſſet clamavit quidam in exercitu, An non Caiſus f. Saïdi occiſus eſt, & expulſus? Et diripuerunt tentorium Haſeni, ita ut etiā auferrent ei ſtragulam ſub qua erat: Cumq; conveniſſent Haſenus & Muavias,

Haſenus imperio ſeſe abdicat.

petijt

petijt ab eo Haſenus, ut eas ſibi præſtaret conditiones quas in charta ab ipſo ſubſignata propoſuerat: id quod recuſavit ei Muavias; dicens, Tibi erit quod epiſtola tua petiviſti: hoc enim dedi tibi, cum tuæ mihi eſſent traditæ. Atque de eo inter illos convenit. Amrus autem fil. Alaſi Muaviæ, cum una eſſent Cufæ, dixerat, ut juberet Haſenum ſurgere, & orationem ad populum inſtituere: quod improbavit Muavias; ſed ille non deſijt Muaviā hortari, donec ei auſcultavit. Itaque egreſſus Muavias populum eſt alloquutus, & dixit deinde Haſeno. Surge Haſene, & alloquere populum. unde Haſenus ſurrexit; & ut Deum laudavit ac celebravit, dixit, Porro autem, ô homines, direxit vos Deus in principio, & ſanguinem veſtrum effundi noluit in fine imperij noſtri. eſtque huic imperio temporis portio; & mundus caducus eſt. Deus utique Prophetæ ſuo dixit: Monticulus meus experimentum vobis erit; & utilitas, ad tempus. Vtque hoc dixit, ait ei Muavias, Sede. neque deſtitit arguere Amrum, dicendo: Hoc ex conſilio tuo eſt. Haſenus autem Medinæ conſedit, & Cufam Muaviæ tradidit, qui ingreſſus eam eſt die 26 menſis Rabij prioris, aut; ut alij tradunt, Gjumadæ prioris, anni 41.

Atque hoc anno Haſenus & Huſeinus transmutati ingreſſi ſunt Medajinam. Et facta jam inter Haſenum & Muaviam pace, ſurrexit Haſenus, & orationem inſtituens, ait: O Iraci, animum meum à vobis averterunt tria: Quod patrem meū occideritis: Quod me calumniati ſitis: Et quod denique ſupellectilem meam mihi eripueritis. Dicuntur autem pacem inter ſe feciſſe ea conditione, ut Haſenus ex ærario Cufenſi acciperet quinquies mille millia ſtaterum. Chalifatu functus eſt menſes ſex, & dies 5. aut, ſecundū alios, dies 82. Ac primus Imperij ejus dies fuit Lunæ, & ultimus Veneris. Similis fuit avo ſuo glorioſæ memoriæ. Scriba ejus & Iudex fuerunt Scriba, & Iudex patris ejus. Symbolū ſigilli ejus, Non eſt Deus ullus, præter Deum, Regem verū, & manifeſtum.

Cauſæ abdicationis imperij ejus.

Tempus. Imperij.

Symbolū.

سالة الحسن ان يعطيه الشروط التي شرطها في السجل الذي ختم في اسفله فابا معويه ان يعطيه ذلك وقال لك ما كتبت الي تسالني فيه فاني اعطيتكه حين جاءني كتابك فاتفقا على ذلك وكان عمرو بن العاص حين اجتمعوا بالكوفه قد كلم معويه ان يامر الحسن ان يقوم فيخطب الناس فكره معويه ذلك فلم يزل عمرو بمعويه حتي اطاعه * قال وخرج معويه فخطب الناس ثم قال للحسن قم يا حسن فكلم الناس فقام الحسن فحمد الله واثني عليه ثم قال اما بعد ايها الناس ان الله عز وجل هداكم باولنا وحقن دماءكم باخرنا وان لهذا الامر مدة والدنيا دول وان الله تعالي قال لنبيه وان ادري لعله فتنة لكم ومتاع الي حين * فلما قالها قال معويه اجلس ولم يزل ضربا علي عمرو وقال هذا من رايك * ولحق الحسن رضي الله عنه بالمدينة وكان سلم الكوفه لمعويه ودخول معاويه اليها لخمس بقين من شهر ربيع الاول ويقال جمادي الاولي سنة احدي واربعين ۞

وفي هذه السنة دخل الحسن والحسين منصرفين الى المداين وذلك انه لما وقع الصلح بين الحسن ومعويه قام خطيبا قال يا اهل العراق انه سخي بنفسي عنكم ثلاث قتلكم ابي وطعنكم اياي وانتهابكم متاعي * وقيل ان الصلح وقع بينهم على خمسة الف الف درهم اخذها الحسن من بيت مال الكوفه وكانت مدة خلافته ستة اشهر وخمسة ايام وقيل ماية اثنين وثمانين يوما وكان اولها يوم الاحد واخرها يوم الجمعة * قال انه كان يشبه جده صلوات الله عليه كاتبه وقاضيه هما كاتب ابيه وقاضيه خاتمه لا اله الا الله الملك الحق المبين ۞

Caput Septimum.

السابع معويه بن ابي سفيان
اول خلفاء بني
اميه . ۞

قال ابو جعفر الطبري رحمه الله واسم ابي سفيان صخر بن حرب بن اميه
بن عبد شمس بن عبد مناف بن قصي *
وامه هند ابنة عتبه بن ربيعه بن عبد
شمس بويع له بالخلافه لما خلع الحسن
نفسه من الخلافة روي الشعبي قال
شهدت خطبة الحسن حين سلم الامر
الي معويه فقام فحمد الله واثني عليه
ثم قال اما بعد فان اكيس الكيس
التقي واحمق الحمق الفجور وان هذا
الامر الذي اختلفت فيه انا ومعويه
انما هو حق لامري كان احق بحقه
مني او حق لي تركته لمعويه ارادة
لصلاح الامة وحقنا لدمايهم وان ادري
لعله فتنة لكم ومتاع الي حين * قال
وكان زياد ابن ابيه عاملا لعلي عليه
السلام علي فارس واقام باصطخر وابتنا
هناك قلعة حصينة وتحصن بها فلما
اجتمع الناس علي معويه طلب منه بيعته
فامتنع وخاف معويه ان يدعو لاحد
من بني هاشم فبعث اليه المغيره فاصلح
بينهما واقدمه علي معويه طايعا فالحقه
معويه بابي سفيان واكرمه وانزله
بالكوفه * قال بعض المورخين
السبب ان معويه الحقه بابي سفيان ان ابا
سفيان قال لعلي عليه السلام في خلافة
عمر عن زياد انه ولدي قال له علي فلما
لا تعترف به قال اخاف من هذا ان
يخرق شاني واشار الي عمر فشهد له علي
بذلك فبلغ معويه هذا الكلام فالحقه
بنسبه * قال وفي هذه السنة ولي معويه
عمرا بن العاص امرة مصر ۞

Septimus, MUAVIAS filius ABUSOFIANI, primus Chalifa è filijs OMMIAE.

NOMEN *Abuſofiani, ait Abugjafar Tabarita, erat Sahabus f. Halebi f. Ommiæ f. Abdusjamſi, f. Abdumenafi, f. Cudæ. Mater ejus erat Hinda filia Atbæ, f. Rebiæ, f. Abdusjamſi. Creatus eſt Chalifa cum populus eum inauguraret Cufæ, poſtquā Chalifatu ſeſe abdicavit Haſenus: quod manifeſtum eſt ex Saabia, dicente, Interfui ego orationi Haſeni, quum Imperium traderet Muaviæ. Cum Deum laudaſſet ac celebraſſet, dixit, Sapientiſſima ſapientia eſt pietas, & ſtultitia ſtultiſſima impietas. Imperio hoc, de quo inter Muaviam & me controverſia eſt, cum ille me ſit dignior, an non jure id relinquo ei, qui id cupit ad incolumitatē populi, & ad impediendum ne ſanguis ejus effundatur? Monticulus enim meus experimentum vobis erit, & utilitas ad tempus. Fuerat autem Ziadus filius patris* Ziadus fil. Abuſofiani.
ejus, Alis nomine Præfectus Perſidis, & commorabatur Iſtacharæ, ubi & arcem munitiſſimam extruxerat in qua ſeſe muniverat. Cum autē jam populus ſe adjunxiſſet Muaviæ, petijt ab eo Muavias juramentū fidelitatis, quod ille recuſavit: unde timens Muavias ne forte ex Hasjemitis aliquem advocaret, miſit ad eum Mugiram; qui eos conciliavit, & Ziadum coram Muavia ſtitit morigerum. Hinc Muavias eum adjunxit Abuſofiano, atque honoravit; & manſionem Cufæ ei aſſignavit. Hiſtorici quidam tradunt cauſam cur eum Muavias Abuſofiano adjunxerit, hanc eſſe; quod Abuſofianus, Omare imperante, Ali fel. mem. aliquando dixiſſet, Ziadum filium ſuum eſſe. ad quod ei dixit Alis, Cur igitur eum non agnoſcis? Reſpondit, Quia timeo ne hic, oſtendens Omarem, ſtatum meum evertat: atque adſtipulatus ei eſt Alis. Hunc ſermonem ut intellexit Muavias, generi ſuo illum adjunxit. Præfecit & Muavias hoc anno Aegypto Amrum f. Alaſi.

Anno

Amrus f. Alaſi obiit.

Anno autem quadrageſimo tertio obijt Amrus fil. Alaſi, die Paſchatis; præfecitque Muavias Aegypto fratrem ſuum Atbam f. Abuſofiani, ſed & Atbas obijt, anno quadrageſimo quarto; unde Ocbam f. Amiri Gjehanæum ei præfecit. Sed hoc depoſito, anno 45, Aegypto præfecit Muſeilemam f. Muchalledis, Medinenſem, Hazrahæum; qui ad obitum uſque Muaviæ manſit.

Eodem hoc anno præfecit Muavias filium patris ſui Ziadum Baſræ: qui educto gladio, avare accepit, & rigide punivit: ita ut populus ſub dominio ejus valde timeret. Complanavit Imperium Muaviæ; & homines ſub obedientiam ejus redegit: tantuſque erat populi timor, ut alij alijs non fiderent; malum certe proſterneret eum qui id ferebat, nec vituperaret eum niſi amicus ejus. Gubernatione adeo bona ſuos gubernabat, ut meliorem nunquam viderint: ſed & timor eorum tantus fuit, ut majori neminem timuerint. Deinde Muavias eum præfecit Cufæ, quam & morigeram ei reddidit.

Muſlimi Mauritaniam & Hiſpaniã invadunt.

Anno 46 impugnavit Muavias fil. Amiri & Baſjerus f. Artahi Occidentem. ceperuntq; urbes multas; inter quas Carana, Caphſa, & Caſtilia †, donec venerunt Kairawanam, ſed eam jam ante ceperat Muavias f. Chodbagi, atq; ibi urbem condidit, ſed cujus ædificatio eis non placuit. Civitatem autem illam quæ hodie Kairawana vocatur muro cinxit.

Haſeni mors.

Anno 49 Medinæ obijt Haſenus f. Alis f. Abutalibis felicis memoriæ menſe Rabio priori: diciturque uxor ejus veneno eum ſuſtuliſſe, juſſu Muaviæ. Sunt tamen qui dicunt Muaviam aſtute egiſſe cum miniſtro quodam Haſeni, qui bibendum ei dedit venenum. Fuit autem Haſenus beneficus, humanus, mitis, & pius: peregrinationes pedibus ſuis confecit 25; equis etiã ſecum adductis. Bis quoque opes ſuas reliquit: & ter cum Deo Opt. Max. partitionem fecit, ut calceos etiam & ſoccos dederit, & tantundem ſibi reſervaverit. Vt autẽ vita exceſſit ſepultus eſt Iambuæ. Muavias ei mortem exprobravit; qua de re ſic Poeta quidam.

قال وفي سنة ثلاث واربعين توفي عمرو بن العاص ليلة عيد الفطر فولي معويه مصر لخاه عتبه بن ابي سفيان قال وتوفي عتبه في سنه اربع واربعين فولي معويه عقبه بن عامر الجهني امرة مصر * قال وصرفه عن امره مصر سنه خمس واربعين وولي عليها مسلمه بن مخلد الانصاري الخزرجي فبقي عليها الي ان توفي معويه ۞

وفي هذه السنة ولي معويه زياد ابن ابيه البصره وجرد السيف واخذ بالضنه وعاقب بالشبهه حتي خافه الناس في سلطانه خوفا شديدا ومهد الملك لمعويه والزم الناس الطاعة له واشتد خوف الناس منه حتي لا امن الناس بعضهم من بعض فكان الشي يسقط من حامله فلا يعرضه غير صاحبه وساس الناس سياسة حسنة لم يروا مثلها وهابوه هيبة عظيمة لم يهابوا مثلها ثم ولاه ايضا معويه الكوفه بعد ذلك فدوخها له ۞

قال وفي سنة ست واربعين غزا معويه بن عامر وبشر بن ارطاة المغرب ففتحوا مدنا كثيرة من جملتها مدينة قران وقفصه وقصطيليه حتي اتوا القيروان وكان قد فتحها معويه بن خديج وبنا قبلها مدينه لم يعجبهم بناوها فاحيط المدينه المعروفه بالقيروان اليوم ۞

قال وفي سنة تسع واربعين توفي الحسن ابن علي بن ابي طالب رضي الله عنه بالمدينه في شهر ربيع الاول قيل سمته زوجته بامر معويه وقيل ان معويه تلطف الي بعض خدم الحسن فسقاه السم * وكان الحسن رضي الله عنه جوادا كريما حليما زاهدا حج خمسة وعشرين حجة ماشيا والجنايب تقاد معه ثم انه خرج من ماله مرتين وقاسم الله تعالي ثلاث مرات حتي كان يعطي نعلا وخفا ويمسك لنفسه مثلها ولما مات دفن في البنبع * وشمت به معويه فقال في ذلك بعض الشعرا *

Meridies

اصبح اليوم بن هند سامعا *
طاهر البجوه اد مات الحسن *
يا ابن هند ان تدق كاس الرد
لست بالباقي فلا شمت به *
كل حي للمنايا مرتهن *

قال وفي سنة خمسين اخذ معويه بن
ابي سفيان البيعة لابنه يزيد بولاية عهده
وفرق على ذلك اموالا جزيلة فاجاب
الناس كلهم الي بيعته الا الحسين بن
علي عليهما السلام وعبد الرحمن بن ابي
بكر الصديق وعبد الله بن عمر بن
الخطاب وعبد الله بن الزبير بن العوام
رضي الله عنهم اجمعين ۞

قال وفي سنة اثنتين وخمسين غزا يزيد
بن معويه بن ابي سفيان الصايفة ومعه
جماعة من اصحابه منهم ابو ايوب الانصاري
فتعدا الي القسطنطينية وتوفي ابو ايوب
الانصاري في هذه الغزاة ودفن في اصل
سورها فلما دفن قالت الروم لقد دفن
عظيم فيكم قال يزيد قولوا هذا رجل من
الصحابة من اقدمهم اسلاما وقد دفناه
حيث رايتم والله لن يضرب ناقوس
بارض المغرب ما كانت لنا مملكة ۞

قال وفي السنة الثامنة والخمسين
توفيت عايشة رضي الله عنها في سابع
رمضان وقيل توفي عبد الرحمن بن ابي
بكر الصديق قبلها ۞

وفي سنة ستين توفي معويه بن ابي
سفيان في مستهل رجب وقيل نصف
رجب وصلي عليه يزيد ولده وكانت
مدة خلافته منذ خاص له الامر تسع
عشرة سنة وثلاثة اشهر وخمسة ايام وقيل
كان اميرا وخليفة اربعين سنة اربع
سنين في خلافة عمر بن الخطاب واثني
عشرة في خلافة عثمان وقاتل علي عليه
السلام خمس سنين وتولي الخلافة تسع
عشرة سنة وكان عمره ثمان وسبعين
سنة وقيل ثلاثة وسبعين سنة وقيل خمس
وثمانين وتوفي بدمشق ودفن بها * صفته
كان ابيض طويلا جاحظ العينين وافر
اللحية عريض الصدر كثير العجرة اذا ضحك انقلبت شفته العليا يخضب بالحنا والكتم

Meridies inſtar dilieuli fuit, ô fili Hindæ,
Et nubem oſtendit, cum moreretur Haſenus.
O fili Hindæ, cum calicem illum interitus gu-
ſtaveris,
Superſtes non eris. Ne deride eum.
Omne vivens morti oppignoratum eſt.

Anno 50 procuravit Muavias f. Abu- ſofiani ut filio ſuo Iezido tanquam Socio fœderis juramentũ fidelitatis præſtaretur. atque in eum finem multum pecuniæ di- ſtribuit: & præſtiterunt omnes id jura- mentum, præter Huſeinum fil. Alis f. m. Abdurrahmanem f. Abubecri Iuſti, Ab- dallam f. Omaris, f. Alchittabi, & Abdal- lam f. Zubeiri f. Awami, felicis memoriæ. Cœpit 29 Ianuarij. A.C. 670. Iezidus inauguratur vivo adhuc patre.

Anno 52 oppugnavit Iezidus f. Mua- viæ fil. Abuſofiani Romanos cum multis è ſuis, inter quos Abiobius Medinenſis. Deinde profecti ſunt ad Conſtantinopolin, ubi mortuus eſt Abiobius in oppugnatio- ne; & ſepultus ad radicem muri: cumque humo mandatus eſſet, dixerunt Romani, Magnus aliquis inter vos ſepultus eſt. Reſpondit Iezidus, Dicite; Vnus è Socijs Muhammedis, qui eos anteceſſit fide: eum utique ſepelivimus, ubi videtis: &, per Deũ, non pulſabitur campana in terra Oc- cidentis, quamdiu nobis erit dominium. Abiobij mors.

Anno 58 obijt Ajisja fel. mem. die 7 Ramadani: Abdurrahman autem f. Abu- becri Iuſti dicitur ante eam mortuus eſſe. Cœpit 3 Novemb. A.C. 677. Ajisja Muhammedis uxor moritur.

Anno 60 vita exceſſit Muavias fi- lius Abuſofiani, ſub initium menſis Ragje- bi, aut, ut alijs placet, ſub medium ejus. Oravitque pro eo Iezidus filius ejus. Obti- nuit autem Chaliſatum, ex quo nempe Imperium ei fuit ſtabilitum, annos 19, menſes 3 & dies 5. Dicitur Imperator & Chaliſa fuiſſe annos 40: 5 nempe ſub Cha- liſatu Omaris f. Alchittabi; & 12 ſub Cha- liſatu Otſmanis; bellum autẽ cum Ali f. m. geſſit annos 5; & Chaliſatum ipſe obti- nuit 19 annos. Natus erat annos 78, aut ſe- cundum alios 73, vel, ut quidã ajunt, 85. Obijt autem Damaſci: atque ibidem ſepul- tus eſt. Quod ad formam ejus: Candidus erat, procerus, extantibus oculis, prolixa barba, lato pectore, & multa pinguedine. Ipſo ridente invertebat ſe labrum ejus ſuperius: tingebat ſe alhana & alketemo. Cœpit 12 Octobris. A.C. 679. Muaviæ mors. Imperium. Aetas.

Scriba

Officiales. *Scriba ejus fuit Abdalla f. Auſi Alæus; Index, Fadalas fil. Abdallæ Medinenſis; Ianitor, Iezidus ſervus ejus; deinde Safwanus ſervus ejus. Symbolum Sigilli ejus erat,*

Symbolum. Omni operi ſua eſt remuneratio, *aut, ut alij ajunt,* Non eſt robur, niſi in Deo.

Imperium. *Chronologus ait Muaviam Chalifatū obtinuiſſe 19 annos, & dies 94, quorum primus fuit Sabbathi, & ultimus Veneris; elapſis annis Hegiræ 59, & diebus 178, id eſt annis ſolaribus mundi 6171, menſibus 7, & dieb. 11.*

Inveni, ait Hiſtoricus, in hiſtoria quadam in Chalifatu Muaviæ f. Abuſofiani narratiunculam, quam lubet commemorare. Cum Obeidus, inquit, f. Saribæ trecentos habens annos ingreſſus eſſet ad Muaviam in Syria, dixit ei Muavias, Quid quæſo Obeide vidiſti in hac longa tua vita? Reſpondit, O fidelium Imperator, cum tranſiſſem quoſdam ſepelientes mortuum, lachrymarunt oculi mei, & verſus quoſdam pronuntiavi, neſcio cujus auctoris.

O cor tu à nominibus es ſeparatum:
Mentionem faciam (tui;) & an levis
tui hodie ſit mentio?
Amore marceſcis, non celas id quemquam.
Res devenit ſimpliciter in occulta,
Quorum nec tu ſcis, nec nos ſcimus
rationes.
Accede ad rectitudinem tuam ab eo in
quo eſt dilatio
Et pete à Deo poſſe bonum, atque
aſcende cum eo.
Interea autem dum difficultas ambit
facilia, (eum,
Deflet eum extraneus, qui non novit
Et propinquus ejus in cœtu eſt lætus.

Dixit quidam aſtantium: Cujus ſunt hi verſus ò Domine? Reſpondi, Neſcio. Ille ait, Verſus hi in hunc mortuum ſunt: hic enim qui ſepelivit eum, & ex ſepulchro ejus aſcendit, unus è proximis conſanguineis ejus eſt, hilaris tamen ob mortem ejus: tu autem, qui extraneus es, ecce defles eum. Et ego, Quis, inquam, eſt hic mortuus. Reſpondit, Azirus f. Aſadi Adræus.

Res Chriſtianæ. *Quod autem ad ea attinet, ait Hiſtoricus, quæ Chriſtianorum Hiſtoriæ dicunt accidiſſe Imperante Muavia f. Abuſofiani.*

كاتبه عبد الله بن اوس العالي وقاضيه فضاله بن عبد الله الانصاري حاجبه يزيد مولاه ثم صفوان مولاه نقش خاتمه لكل عمل ثواب وقيل لا قوه الا بالله ۞

قال المورخ ان مدة خلافة معويه تسع عشرة سنة واربعة وتسعون يوما اولها يوم السبت واخرها يوم الجمعة وذلك لتتمة تسع وخمسين سنة ومائة ثمانية وسبعين يوما للهجرة ولتمام سنة الف ومائة احدي وسبعين سنة وسبعة شهور واحد عشر يوما شمسية للعالم *

قال المورخ وجدت في بعض التواريخ في خلافة معويه بن ابي سفيان حكايه انا ذاكرها * قال دخل عبيد بن سريه علي معويه بالشام وقد بلغ من العمر ثلثماية سنة قال معويه يا عبيد ما الذي رايت في عمرك الطويل قال يا امير المومنين اجتزت باقوام يدفنون ميتا فدمعت عيناي وتمثلت بابيات ما ادري من قالها *

انك يا قلب من اسما مغرور *
فاذكر وهل ينفعنك اليوم
تذكير *
قد بحت بالحب ما تخفيه من احد *
شي جري اطلاقا محاصير *
فلست تدري وما تدري اعاجلها *
ادني لرشدك مما فيه تاخير *
فاستقدر من الله خيرا وارتقين به *
فبينما العسر اذ دارت مياسير *
تبكي الغريب عليه ليس يعرفه *
وذو قرابته في الحي مسرور *

قال بعض الحاضرين لمن هذه الابيات يا شيخ فقلت لا ادري فقال هذه الابيات لهذا الميت وهذا الذي لحده وطلع من قبره من اقرب الناس اليه رحما وهو مسرور بموته وها انت الغريب تبكي عليه فقلت من هو هذا الميت فقال عزير بن اسد العذري * قال المورخ والذي ورد تواريخ النصاري من الحوادث في خلافة معويه بن ابي سفيان

ان في سنة خمسين للهجرة انكسفت
الشمس حتي ظهور النجوم بالنهار ۞
قال وفي سنة ثمان و خمسين للهجرة
مات اغاثو بطريرك اسكندرية للقبط
اليعاقبة وقدم يوحنا عوضه بطريركا علي
اسكندرية اقام ثمان سنين وتنيح اول
يوم من كيهك وهو البطريرك الذي
بني كنيسة مرقس الانجيلي بالاسكندرية
في مدة ثلاث سنين وتعرف بالقمحا
وهدمت في ايام الملك العادل ابي بكر
بن ايوب وكان في ايام هذا البطريرك
غلاء عظيم بمصر مدة ثلاث سنين وكان
البطريرك يهتم بالضعفا ويعطيهم ما
يحتاجونه وكان كثير الرحمة والصدقة ۞

Anno 50 Hegiræ tanta fuit ſolis eclipſis, ut interdiu ſtellæ apparuerint. Eclipſis.

Anno 58 obijt Agatus Patriarcha Alexandrinus Aegyptiorum Iacobitarum; in cujus locum ſucceſſit Patriarcha Alexandrinus Iohannes, qui, ut octo ſedit annos, obijt, primo die menſis Keihac. Atque hic Patriarcha ille eſt qui ædificavit Alexandriæ, trium annorum ſpatio, templum Marci Euangeliſtæ, quod vocatum fuit Kamsja, *& deſtructum tempore Regis Iuſti Abubecri, f. Iobis. Fuit autem tempore hujus Patriarchæ magna in Aegypto annonæ caritas, tribus annis: at ille curam geſſit pauperum, & neceſſaria ijs ſuppeditavit; quippe benignus valde, & liberalis in egenos.*

Templum S. Marci Alexandriæ extructum.

Annonæ caritas in Aegypto.

CAPUT OCTAVUM.

الثامن يزيد بن معاوية وهو الثاني من
خلفاء بني امية *

Octavus, IEZIDUS filius MUAVIÆ, ſecundus Chalifa è filijs OMMIÆ.

الشيخ ابو جعفر الطبري
قال رحمه الله ان يزيد بويع
له بالخلافة يوم توفي
والده وامه ميسون ابنة
بحدل الكلبية ۞ قال ولما بويع له
كتب الي الوليد بن عتبة بن ابي سفيان
وهو عامله علي المدينة بان يلزم الحسين
بن علي وعبد الله بن الزبير فانه اختفي
اياما ثم هرب الي مكة ثم هرب الحسين
عليه السلام الي مكة بعد خروج بن
الزبير بليلة هو واخوته وبنوا اخوته
فاقام الحسين بن علي وابن الزبير بمكة
مقرين علي الامتناع عن البيعة ليزيد
فبعث اهل الكوفة رسلهم وكتبهم
الي الحسين عليه السلام يدعونه الي
القدوم عليهم ليبايعوه ويقاتلوا معه فبعث
اليهم ابن عمه مسلم بن عقيل بن ابي طالب
فبايع من اهل الكوفة للحسين بن علي
عليه السلام اثنا عشر الفا وكان عامل
الكوفة ليزيد النعمان بن بشير الانصاري

IEZIDUS *(ait Abugjafar fel. mem.) Chalifa creatus eſt eo die quo obijt Pater ejus. Matrem habuit Caiſunam filiam Bahdali Kelbæam. Vt autem creatus eſt, ſcripſit ad Walidem f. Atbæ, f. Abuſofiani, qui Præfectus ejus nomine erat Medinæ, ut prehenderet Huſeinum f. Alis, & Abdallam f. Zubeiri; at hic, ut aliquamdiu latuerat, Meccam fugit; quod idem fecit Huſeinus, fel. m. quum filius Zubeiri noctu egreſuſſet, cum fratribus ſuis, & filijs eorum. Manſeruntque Huſeinus f. Alis, & filius Zubeiri Meccæ, conſtanter recuſantes fidelitatis juramentum præſtare Iezido. Miſerunt autem cives Cufæ legatos ſuos cum literis ad Huſeinum fel. mem. rogantes eum, ut ad ſe veniret, quo fidelitatis ei juramentum præſtarent, & in bello inferendo Iezido eum adjuvarent. Vnde is ad eos miſit filium patrui ſui Muſlimum f. Ocaili, fil. Abutalibis: & fidelitatis juramentum præſtiterunt Huſeino fil. Alis f. m. è Cufæ civibus 12 millia. Præerat autem Cufæ, nomine Iezidi, Nuamanus f. Basjiri Medinenſis; quem*

Cufenſes Huſeinum vocant.

quem poſtquam Iezidus ad hoc minus idoneum eſſe intellexit, Cufæ præfecturam commiſit Obeidallæ filio Ziadi, qui eo profectus vicit Muſlimum f. Ocaili, à Cufæ civibus derelictum, atque occidit eum.

Huſeinus Cuſam contendit.

Huſeinus f. m. cum in Iracam abiiſſet Muſlimus, eodem quoq; profectus eſt, cum familia ſua, contendens Cuſam, ad quam cum appropinquaſſet, occurrerũt ei mille equites, ex equitatu Obeidallæ f. Ziadi, quorum extremitas tantum videbatur: Dux eorum erat Harus f. Iezidi. At Huſeinus tentoria fixit in agro Kerbalano, 50 apud ſe habens equites, & centum pedites: equites autem Obeidallæ filiij Ziadi conſederunt in conſpectu eorum.

Cædes Huſeini filij Alis, f. m.

Hinc Obeidalla f. Ziadi miſit Omarem fil. Saadi fil. Abuwaccaſi cum 4000 equitibus oppugnatum Huſeinum f. m. Atque hiſe adjunxerunt Haro f. Iezidi, ita ut quinque fuerint millia. Deinde miſit Sjemirum fil. Dulgjuſi, cum aliis quinque millibus. Facta autem nocte diei Veneris, qui decimus erat menſis Muharrami, equis ſuis conſcenſis milites Obeidallæ fil. Ziadi proceſſerunt oppugnatum Huſeinum, qui miſit ad eos, dicens, Quid vultis? Reſponderunt, In arbitrium te dabis Obeidallæ f. Ziadi, aut oppugnabimus te. At ille ea nocte negotium protraxit, hac ſola de cauſa, ut ſuos diſponeret, quos deinde diſcedere juſſit: ſed noluerunt, pro eo ſeſe occidi velle dicentes. Illuceſcente autem aurora diei decimi, qui Veneris erat, conſcendit Huſeinus tum ſuis, & poſuerunt ante eum Mushafum: *Atque ipſe monuit eos; at illi monitioni non auſcultarunt. Hinc irruerunt in eum (hoſtes,) & ille in eos; ac Harus fil. Iezidi transfugus ad eum, cum eo fuit, & pro eo pugnavit: ſed hic primus è militib. Huſeini eſt occiſus: deinde interfectus eſt Abdalla f. Muſlimi, f. Ocaili, hinc Gjafar & Abdurrahman f. Ocaili, poſt Muhammed & Aunus filij Abdallæ f. Gjafaris f. Abutalibis, hinc Alis major f. Huſeini, & tandem*

Oppugnatur.

Occiditur.

Huſeinus. Fuit autem qui cædem ejus fecit Senanus f. Anaſi Nachaæus. Sunt tamen qui dicunt Sjemirum f. Dulgjuſi ei læſiſſe faciem, Senanum autem accedentem transfodiſſe eum, & equo dejeciſſe; caput autem ei abſcidiſſe Chaulam f. Iezidi, aut Naſrum,

فانس يزيد منه ضعفا فضم ولاية الكوفه الي عبيد الله بن زياد فقدمها وخذل اهل الكوفه مسلم بن عقيل وظفر به عبيد الله بن زياد فقتله * فاما الحسين عليه السلام فانه بعد مسير مسلم الي العراق سار باهل بيته الي العراق متوجها الي الكوفه فلما قرب اليها لقيه الف فارس من خيل عبيد الله بن زياد لا يري منهم الا الحرف مقدمهم الحر بن يزيد فنزل الحسين عليه السلام بكربلا وعدة اصحابه خمسين فارسا ومايه راجل ونزل خيول عبيد الله بن زياد بازايهم ۞

مقتل الحسين بن علي رضي الله عنه *

ثم بعث عبيد الله بن زياد عمر بن سعد ابن ابي وقاص في اربعة الف فارس لحرب الحسين عليه السلام فانضموا الي الحر بن يزيد فصارت خمسه الف ثم جهز شمر بن ذي الجيوش في خمسة الف اخري فلما كانت ليلة الجمعة لعشر مضين من المحرم ركب اصحاب بن زياد وزحفوا لقتال الحسين فبعث اليهم الحسين قايلا ما الذي تريدون فقالوا تنزل علي حكم عبيد الله بن زياد او نناجزكم فاستمالهم تلك الليلة وانما اراد ان يوصي اهله ثم امر اهله بالانطلاق فابوا الا ان يقتلوا دونه * فلما اصبح فجر يوم عشورا وهو يوم الجمعة ركب الحسين واصحابه ووضعوا المصحف امامه ووعظهم فلم يتعظوا * وحملوا عليه فحمل عليهم وانحاز الحر بن يزيد اليه وصار معه وقاتل دونه وهو اول قتيل من اصحاب الحسين ثم قتل عبد الله بن مسلم بن عقيل ثم جعفر وعبد الرحمن ابنا عقيل ثم محمد وعون ابنا عبد الله بن جعفر بن ابي طالب ثم علي الاكبر ابن الحسين ثم الحسين وكان الذي باشر قتله سنان بن انس النخعي وقيل الشمر بن ذي الجيوس ضربه علي وجهه فادركه سنان فطعنه والقاه عن فرسه واحتز راسه خولي بن يزيد وقيل نصر

f. Ha-

بن حرسنه وقتل اصحاب الحسين جميعهم
وسيق حريهم كما تساق العبيد وكان
مدة من اصيب من اصحاب الحسين
اثنين وسبعين رجلا وقتل من اصحاب عمر
بن سعد ثمانية وثلاثين رجلا فبعث عمر
بن سعد راس الحسين مع خولي بن يزيد
الي عبيد الله ابن زياد فامر لن يطاف به
الكوفه ثم نصب ومعه اربعون راسا وسلم
منهم زين العابدين بن الحسين بن علي
بن ابي طالب عليهم السلام وعمرة يوميذ
ثلاث وعشرين سنة وانما سلم لانه كان
مريضا ولم يقاتل وكان عمر الحسين تسع
وخمسين سنة وقيل خمس خمسين سنة وقيل
ست وخمسين سنة ثم بعث عبيد الله بن
زياد ولد الحسين واخواته وعماته والصبيان
الاصاغر وراس الحسين واصحابه الي يزيد
بن معويه فلما وضع الراس بين يديه قرع
ثناياه بقضيب وانشد متمثلا *

تعلق هاما من رجال اعزة علينا
وهم كانوا اعق واظلما *

ويروي عنه انه تمثل ببيت من شعر عبد
الله بن الدبعري فاضاف اليه بيتا من
شعره وهما *

ليت اشياخي ببدر علموا جزع من
وقع الاسل *

لست من عتبه ان لم انتقم من بني
احمد ما كان فعل *

ويروي عنه انه عند ما وضع الراس
بين يديه بعث الغراب فقال مرتجلا *

بعث الغراب فقلت صح اولا تصح
فقد قضيت من الذي دنوني *

ثم امر يزيد بالراس فنصب علي باب
دمشق اياما وجهز ابن الحسين
ونسا الحسين الي المدينة فتلقاهم الناس
بالبكاء والعويل فقالت امراة اهل
المدينة ماذا تقولون ان قال النبي
لكم ماذا فعلتم وانتم اخر الامم *
ما كان هذا جزاي ان نصحت لكم
ان تخلفوني ۞

قال وفي هذه السنة دعي عبد الله
بن الزبير الي نفسه بمكة وغاب يزيد

f. Haraſnæ. Ac milites quidem Huſeini omnes ſunt interfecti, uxoreſque eorum & liberi ſervorum inſtar avecti. Ii autem qui à partibus Huſeini ceciderant numero erant 72 viri, à partibus verò Omaris f. Saadi 38. Miſitque Omar f. Saadi Chaulam f. Iezidi cum capite Huſeini ad Obeidallam f. Ziadi, qui juſſit id per urbem Cufenſem circumferri: quo facto, portæ affixum fuit, cum 40 alijs capitibus. At ſalvatus fuit Zainulabidinus f. Huſeini, f. Alis, f. Abutalibis fœlicis memoriæ, (qui annos tunc habebat 23.) idque propterea quod æger erat, nec pugnaverat. Huſeinus natus erat annos 59, aut ſecundum alios 55, vel 56. Deinde miſit Obeidalla f. Ziadi filium Huſeini, cum ſororibus ejus, amitis, & parvis pueris, capite item Huſeini, & ſociorum ejus, ad Iezidum fil. Muaviæ: cui cum caput illud præponeretur, virga verberavit primores ejus dentes, dicens proverbialiter,

Huſeini ætas.

Caput.

Suſpenſus eſt Haman, à viris extraneis
apud nos, qui rependerunt injuriam.

Dicitur quoque uſurpaſſe proverbialiter verſum unum è carminibus Abdallæ fil. Dabaræi, cui & alium de ſuis addidit: ſuntque.

Vtinam Domini mei in Badra ſcirent
pavorem ejus qui in leonem incidit.
Ne ſim liber ab infortunio, niſi vindicem quod à filijs Ahmedis factũ eſt.

Sunt & qui dicunt eum, cum caput ei præponeretur, dimiſiſſe corvum, & ex tempore dixiſſe.

Emiſſus eſt corvus: & dixi ſanus eſt, an
non & tu ſanus ſis? Vtique longè
recedo ab ijs qui accedunt ad me.

Deinde juſſit Iezidus caput illud dies aliquot affigi portæ Damaſci: & miſit filium Huſeini nec non fœminas ejus Medinam, quibus cives cum fletu & ejulatione occurrerunt: dixitque è populo Medinenſi mulier quædam. Quid dicetis ſi dicat vobis Propheta? Quid feciſtis vos, qui viliſſimus eſtis populus? Non eſt hæc remuneratio mea. Ecce monui vos ut ſuperſtitem ſineretis me eſſe.

Eodem hoc anno Abdalla f. Zubeiri imperio ſeſe ingeſſit Meccæ, Aberatq; Iezidus.

potus

potui vini deditus, & cum canibus ludens, ac religionem contemnens; qui & vi-
Iezidi vitia. *tium ipſe ſuum, & imperfectionem conſanguineos ſuos non celavit. Dicitur ei pater ejus Muavias vini potu, & aſſiduo ejus uſu interdixiſſe, & dies eum aliquot cohibuiſſe. At dixit Iezidus.*

An propter hauſtum aquæ vitis quem
bibi iratus es mihi? Nunc bona eſt
ebrietas.
Ego bibam, tu iraſcere: nihil curo:
utrumque gratum cordi meo eſt, &
mandati tui contemptus & vinum.

Eodem anno præfecit Iezidus Choraſanæ Selimum f. Ziadi qui Naiſaburum profectus,
Chouarazma à Muſlimis capitur *id cepit, & hinc Chouarazmam abiit, quam expugnavit quoque: & deinde Bocharam adiit & occupavit. Regebat hanc tunc temporis mulier quædam nomine Chatunis, quæ contra Muſlimos auxilium imploravit Regis Saidæ, viciſſim ei pollicens ſe nupturam ei eſſe: unde ad eam venit cum 120 millibus. Sed Selimus miſit Mahlebum f. Abuſafræ contra Regem Saidæ: qui convenientes*
Prælium. *tes prælium commiſerunt, in quo occiſus eſt Rex cum multis è ſuis; & Muſlimi multa ſpolia ſunt nacti. Hinc profecti Muſlimi ſunt Samarcandam, cujus rex multa pecunia pacem ab iis redemit.*

Muſeilemæ mors. *Anno 62 obiit Muſeilma f. Muchalledis Medinenſis, Imperator Aegypti, cui Iezidus deinde præfecit Saidum f. Iezidi Azdæum; qui manſit donec obiit Iezidus.*

Medinenſes Iezidum deponunt imperio, *Anno 63 Medinenſes imperio depoſuerunt Iezidum f. Muaviæ, in præſentia eorum qui Medinæ erant filiorum Ommiæ, & aſſeclarum eorum, qui mille ferè erant numero, in ædibus Merwanis f. Hakemi: id quod ſcripſerunt filii Ommiæ ad Iezidum f. Muaviæ: qui Medinam miſit 12 millia, quibus præfecit Muſlimum f. Ocbæ Marſæum, eique præcepit ut per tres dies Medinenſibus deditionem indiceret, & ſi auſcultaſſent, (iis parceret) ſiminus, eos oppugnaret, & tres dies militibus urbem concederet cum armis omnibus & cibariis quæ in ea eſ-*
& filios Ommiæ urbe ejiciunt. *ſent. Cives autem Medinæ eduxerunt quicunq; in ea erant filios Ommiæ, poſteaquam pacti cũ iis erant, ne contra ſe comparerent. Cum autem Muſlimus ad Medinã veniſſet,*

وشرب الخمر واللعب بالكلاب
والتهاون بالدين واظهر ثلبه ونقصه
للناس باليقين المنسوبين له قيل ان
والده معويه كان انكر عليه شرب
الخمر وملازمته فقطعه اياما فقال
يزيد ۞

امن شربة من ماء كرم شربتها
غضبت علي الان طاب السكر *
سأشرب فاغضب لا رضيت كلاهما
حبيب الي قلبي عقوقك والخمر *

وفي هذه السنة ولي يزيد بن معويه سليم
بن زياد خراسان فصار الي نيسابور
وفتحها ثم الي خوارزم ففتحها ثم سار الي
بخارا وملكها يومئذ امراة اسمها خاتون
فاستنجدت علي المسلمين ملك الصغد
وبذلت له ان تتزوجه فاقبل اليها في
مائة الف وعشرين الفا فبعث سليم بن
زياد المهلب ابن ابي صفرة الي طرخون
فالتقوا والتحم القتال بينهم فقتل طرخون
وخلق كثير من اصحابه وغنم المسلمون
غنايم كثيرة ثم مضي المسلمون الي
سمرقند فصالحهم ملكها علي مال
كثير ۞

قال وفي سنة اثنتين وستين توفي
مسلمة بن مخلد الانصاري امير مصر
فولي يزيد مصر سعيد بن يزيد الازدي
فبقي اميرا عليها الي ان مات يزيد ۞

وفي سنة ثلاث وستين خلع اهل
المدينة يزيد بن معويه وحضروا من
بالمدينة من بني اميه واتباعهم وكانوا
قريبا من الف رجل في دار مروان
بن الحكم فكتبوا بنوا اميه الي يزيد
بن معويه بذلك فجهز يزيد الي
المدينة اثني عشر الفا وامر عليهم مسلم
بن عقبه المري وامره ان يدعو اهل
المدينة ثلاثا فان اجابوا والا قاتلهم
ويبيحها للجند ثلاثة ايام بما فيها من
سلاح وطعام * واخرج اهل المدينة من
فيها من بني اميه بعد ان اخذوا
عليهم الميثاق ان لا يتظاهروا عليهم
فلما قدم مسلم الي المدينة نزل

بـــالجيزة ودعـــاهم ثلاثـــا فلم يجيبوا فقـــاتلهم وامير اهل المدينة عبد الله بن الحنظلة وفيهـــا سبع ماية رجل من قريش والمهاجرين والانصار ودخل مسلم الي المدينة وانتهبها ثلثا فسفك دمـــاءهم وانتهب اموالهم * قال صلي الله عليه من اباح حرمي حل عليه غضبي * ثم امن مسلم اهل المدينة علي انهم عبيد وحول ليزيد بن معاويـــه ۞

وفي السنة الرابعة والستين توجه مسلم بن عقبه المرسي الي مكه لحصار عبد الله بن الزبير فات بالطريق فقام بـــامر الجيش حصين بن نمير السلوي بوصية يزيد اليه فسار حصين الي مكه وحاصرها وضرب البيت بالمناجنيق واحرقه بالنار واحترق باب الكعبه وخشبها واسود الركن وانصدع منه اثني عشر امكنه وبقي الحصـــار علي مكة الي ان وصل اليهم نعي يزيد بن معاويـــه ۞

قـــال وفي هذه السنة توفي يزيد بن معويه لاربع خلون من شهر ربيع الاول وقيل لاربع عشرة ليلة خلت منه وذلك بحوراين من ارض حمص وحمل الي دمشق ودفن بمقبرة باب الصغير وصلي عليه ولده معويه بن يزيد وكانت ولايته ثلاث سنين وتسعة اشهر الا اياما فكان عمره تسع وثلثين سنة وقيل ثمـــان وثلاثين وكان شديد الادمه جميلا عظيم الهامه في وجهه اثر جدري مجذوم الاصابع اذا ضحك انقلبت شفته السفلي كاتبه عبد الله بن اوس ثم رمل بن عمر العذري وقاضيه ابن ادريس الحلواني حـــاجبه خالد مولاه وقيل صفوان نقش خاتمه ربنا الله * والذي تحرر عليه خلافته ثلث سنين ومايتي تسعة واربعين يوما اولهـــا يوم السبت واخره يوم الاثنين لتتمة ثلاث وستين سنة وثلاثة وسبعين يوما للهجرة ولتمام سنة الف ومايه خمس وسبعين سنة واثنين وسبعين يوما العـــالم ۞

caſtra fixit in angulo vallis, & dies tres deditionem ijs indixit : ſed non auſcultaverunt; unde oppugnavit eos. Ac Imperator civium Medinæ Abdalla erat f. Handalæ: erantque in ea ſeptingenti Coraiſitæ, Profugi, & Medinenſes. Ingreſſus Muſlimus urbem, eam diripuit per tres dies; effundens ſanguinem eorum, & opes eorum auferens. (Medina capitur.) *Dixit tamen propheta glor. mem.* qui diripit urbem meam, manet ira mea ſuper eo. *Tandem civibus incolumitatem conceſſit, ea lege, ut ſervi eſſent, & deportati, Iezido f. Muaviæ.*

Anno ſexageſimo quarto profectus eſt Muſlimus f. Ocbæ Marſæus Meccam, obſeſſurus Abdallam f. Zubeiri: at obijt in via; & exercitus imperator factus eſt Haſinus f. Tſemiri Selwæus, juſſu Iezidi: qui profectus Meccam, eam obſedit, Domumque catapultis impetijt, atque igne combuſſit: & conflagravit porta Caabæ, & lignum ejus, ac denigratus eſt angulus ejus, & duodecim locis fiſſus. Duravit autem hæc obſidio Meccæ, donec de obitu Iezidi f. Muaviæ rumor ad eos venit. (Cœpit Auguſti A.C. 683.) (Mecca obſidetur.) (Templum meccanum ardet.)

Obijt enim hoc anno Iezidus f. Muaviæ, die quarto menſis Rabij prioris, aut ſecundum alios, die ejus 14, idque Haurajinæ, in ditione Emiſſæ, unde portatus Damaſcum eſt, atque ibidem ſepultus, in ſepulchro Portæ parvæ. Oravit pro eo filius ejus Muavias f. Iezidi. Regnaverat annos tres, & 9 menſes, demptis aliquot diebus. Natus erat annos 39, aut, ut alij tradunt, 38. Fuit fuſcus valde, formoſus, vertice magno, in facie ſua habens varorum veſtigia, digitis leproſis: ipſo ridente invertebat ſe labrum ejus inferius. Scriba ejus fuit Abdalla f. Auſi, deinde Ramlus f. Omaris Adræus; Iudex filius Idriſi. Hulwanæus; Ianitor, Chalid ſervus ejus; alij dicunt, Safwanus: Symbolum ſigilli ejus, Deus eſt dominus noſter. *Chalifatum tenuit annos tres & dies 249, quorum initium fuit dies Sabbathi, & finis Lunæ, elapſis annis Hegiræ ſexaginta tribus, & diebus ſeptuaginta tribus: annis verò mundi ſex millibus centum & ſeptuaginta quinque, & diebus ſeptuaginta duobus.* (Iezidi mors.) (Sepulchrum.) (Forma.) (Officiales.) (Symbolum.) (Imperium.)

CAPUT

CAPVT NONVM.

Nonus, MVAVIAS filius IEZIDI, filij MVAVIÆ, filij ABVSOFIANI, tertius è filijs OMMIÆ.

التاسع معاويه بن يزيد بن معاويه بن ابي سفيان وهو الثالث من بني اميه *

MAtrem *hic habuit filiam Hasjemi, aut, ut alij dicunt filiam Chalidis filij Abuhasjemi, filij Atbæ, filij Rabiæ, filij Abdusjamſi. Creatus eſt Chalifa eo die quo obijt pater ejus: & dies imperavit 45, aut, ſecundum alios, 20: ſunt & qui 4 menſes dicunt. Deinde obijt.* Muaviæ ſecundi obitus. *Tradunt quidam eum imperio ſeſe abdicaviſſe, & 40 diebus, aut, ut alij malunt, tribus menſibus poſt mortuum eſſe. Annos dicitur habuiſſe viginti.* Aetas *Oravit pro eo Merwan f. Hakemi. Sepultus eſt à latere patris ſui. Ajunt tamen nonnulli Walidem f. Atbæ f. Abuſofiani pro eo oraſſe; cumque duas celebraſſet celebrationes, oraſſe pro eo Merwanem fil. Hakemi. Poſteritas ei nulla fuit.* Symbolum. *Symbolum Sigilli ejus erat,* Mundus eſt deceptio. *Imperavit dies quadraginta quinque, quorum primus fuit Martis & ultimus Iovis, elapſis annis Hegiræ ſexaginta tribus, & diebus centum & octodecim: id eſt annis ſolaribus mundi 6175, & diebus 117, atque hinc interregnum fuit ad imperium uſque Abdallæ fil. Zubeiri ſeptuaginta novem dierum.* Interregnum.

وامه بنت هاشم وقيل ابنة خالد بن ابي هاشم بن عتبة بن ربيعة بن عبد شمس بويع له بالخلافه يوم توفا والده واقام خمسة واربعين يوما وقيل عشرين يوما وقيل اربعة اشهر ثم مات وقيل خلع نفسة من الخلافة وتوفا بعد الاربعين يوما من خلع نفسه وقيل ثلاثة اشهر وكان عمره ثلاث وعشرين سنة وصلي عليه مروان بن الحكم ودفن الي جانب ابيه وقيل صلي عليه الوليد بن عتبة بن ابي سفيان فلما كبر تكبيرتين فصلي عليه مروان بن الحكم وليس لمعويه عقب * نقش خاتمه الدنيا غرور * والذي تحررت عليه مدة ولايته خمسة واربعين يوما اولها يوم الثلثا واخرها يوم الخميس لتتمة ثلاث وستين سنه ومساية وثمانية عشر يوما للهجرة وذلك لتمام ستة الف وماية خمس وسبعين سنة وماية وسبعة عشر يوما للعالم شمسية وكانت الشورا الي خلافة عبد الله بن الزبير تسعة وسبعين يوما ۞

CAPVT DECIMVM.

Decimus, ABDALLA filius ZVBEIRI, filij AVVAMI, f. HARMALÆ, f. ASADI, f. ABDVLARII, f. CVDÆ. Hic non fuit è fil. OMMIÆ.

العاشر عبد الله بن الزبير بن العوام بن حرملة بن اسد بن عبد العزي بن قضي ليس هو من خلفاء بني اميه *

COGNOMINABATVR *autem Abubecrus, aut, ut alij ajunt Abuhabibus. Matrem habuit Aſmam, filiam Abubecri Iuſti, felicis memoriæ. Inauguratus eſt Meccæ, die nono menſis Regjebi, cum*

ويكنى ابابكر وقيل ابا حبيب وامه اسما بنت ابي بكر الصديق رضي الله عنه * قال ابو جعفر الطبري رحمه الله بويع ابن الزبير بمكة لتسع ليال بقين من شهر رجب بعد ان

Chalifa

اقام بغير خليفة جمادتين واياما من شهر
رجب وبـايعه اهل العراق واهل مصر
وبعض اهل الشام فولي اخاه مصعب بن
الزبير بالبصرة وولي عبد الله بن مطيع
الكوفة واخاه عبيدة بن الزبير المدينة
وعبد الرحمن بن عقبة بن جحدم مصر ۞
قال وفي هذه السنة كتب عبد الله
بن الزبير الى عامله بالمدينة يامره باخراج
من فيها من بني امية فاخرجهم وفيهم
مروان بن الحكم وابنه عبد الملك فلما
وصلوا الى دمشق دعا مروان الناس
الى بيعته وكان بدمشق لما وصل
مروان الضحاك بن قيس الفهري وهو
يدعو الى بيعة بن الزبير فتبع الضحاك
جماعة وتبع مروان جماعة ثم كان بين
الفريقين وقعة بمرج راهط قتل فيها
الضحاك وخلق كثير من اصحابه
وانهزم الباقون اقبح هزيمة واستقر الامر
لمروان بالشام فكانت ولاية عبد الله
بن الزبير مائة وثمانية وعشرين يوما ۞

Chalifa nullus fuiſſet per totos duos menſes Gjumadas, & dies aliquot Regjebi. Præſtiterunt a. ei juramentum fidelitatis Iraci atque Aegyptij, & quidam etiam Syri. Præfecit Baſræ fratrem ſuum Maſabum filium Zubeiri; Cufæ Abdallam filium Mutij; Medinæ fratrem ſuum Obeidam fil. Zubeiri, Aegypto Abdurrahmanem f. Ocbæ filij Gjahrami.

Eodem hoc anno ſcripſit Abdalla f. Zubeiri ad Præfectum ſuum urbis Medinæ, præcipiens ei, ut filios Ommiæ, qui ibidem erant, ejiceret: id quod fecit. Erat autem inter eos Merwan filius Hakemi cum filio ſuo Abdulmelico; qui cum Damaſcum perveniſſent, invitavit Merwan populum ad ſui inaugurationem. At erat Damaſci, cum eo veniret Merwan, Dahacus f. Caiſi Amræus, qui populum invitabat ad inaugurationem f. Zubeiri, unde pars Merwanem, pars Dahacum ſequuta eſt: at prælium tandem ab utriſque commiſſum eſt in agro Margjirahit quo interfectus eſt Dahacus cum multis è ſuis, & reliqui turpiſſima fuga aufugerunt: unde in Syria Merwani imperium eſt ſtabilitum. Imperaverat a. Abdalla f. Zubeiri 128 dies. Merwan vincit Dahacum.

CAPUT UNDECIMUM.

الحادي عشر مروان بن الحكم ابن
العاص بن امية بن عبد شمس بن
عبد مناف بن قصي وهو الرابع
من خلفاء بني امية *

Undecimus, MERWAN filius HAKEMI, f. ALASI, f. OMMIÆ, f. ABDUSIAMSI, f. ABDUMENAFI, f. CUDÆ, quartus Chalifa filiorum OMMIAE.

يكنى ابا الحكم وقيل ابا عبد
الملك وامه امنة بنت علقمة
بن صفوان وقيل كانت
البيعة له بالجابية في شهر رمضان سنة
اربع وستين * قال ولما قتل الضحاك
وهزم اصحابه سار مروان الى دمشق
فملكها ودعى اهلها له بالطاعة *
وفي ذي القعدة من هذه السنة جددت
له البيعة * قال ودخلت سنة خمس
وستين والخلافة بالشام لمروان بن
الحكم ومصر والحجاز والعراق لعبد
الله بن الزبير بن العوام ۞
وفي هذه السنة سار مروان الى مصر
وبها عبد الرحمن بن عقبة بن جحدم

COGNOMINABATUR *autem Abulhakemus, aut, ut alij ajunt, Abuabdulmelicus. Mater ejus erat Emina filia Alcamæ, filij Safwani. Dicitur autem inauguratus Gjajinæ, menſe Ramadano anni 64. Occiſo autem Dahaco & militibus ejus in fugam verſis, redijt Merwan Damaſcum, eamq́; ſubjugavit, civeſque obedientiæ ſuæ ſubjecit. Menſe autem Dulkiada ejuſdem anni renovatum ei eſt juramentum fidelitatis. Ineunte itaque anno 65 Chalifatum Syriæ tenebat Merwan fil. Hakemi; Aegypti verò Higjazæ, & Iracæ Abdalla fil. Zubeiri filij Awami.* Chalifatus diviſus. Cœpit 18 Auguſti A. C. 684.

Eodē hoc anno profectus eſt Merwan in Aegyptū, cui Abdurrahmā f. Ocbæ, f. Gjahrami præerat

præerat nomine Abdallæ f. Zubeiri; qui cum Merwane multis certavit prælijs, donec pax tandem facta eſt, ea conditione, ut Abdurrahman, ſummâ aliquâ pecuniæ acceptâ, in Higjazam abiret. Hinc Merwan ingreſſus eſt Aegyptum, cujus incolæ juramentum ei fidelitatis præſtiterunt: eiq; præfecit filium ſuum Abdulazizum filium Merwanis. Deinde reverſus eſt Damaſcum: miſitq; exercitum oppugnatum Abdallam fil. Zubeiri; cujus exercitus fugatus eſt, plurimis cæſis.

Cufenſes turbas cient,

Eodem hoc anno à Cufenſibus quibuſdam motus eſt excitatus, ad vindicandum Huſeinum, qui ducem ſuum conſtituerunt Suleimanem filium Sordi: at numerus quidem eorum qui ei ſe adjunxerũt 16 erat millium: qui profecti deinde ſunt Ainwerdam, in Meſopotamiam tendentes: atq; ibi occurrit ijs equitatus Syriæ, cui præerat Obeidalla filius Ziadi, cõmiſſoq; prælio, occiſus eſt Suleiman cũ multis è ſuis, & reliqui in fugã ſunt verſi.

Cladem accipiunt.

Muchtarus.

Venit quoq; hoc anno Cufam Muchtarus f. Abuobeidæ cives ejus invitans ad vindicandum Huſeinum fel. m. quod ut reſcivit Gubernator eum prehenſum in carcerẽ conjecit, ſed paulò pòſt iterum dimiſit, intercedente Abdalla f. Omaris, qui maritus erat ſororis Muchtari.

Merwanis mors,

Eodem hoc anno obijt Merwan f. Hakemi, menſe Ramadano, ex peſte. Sunt tamen qui dicunt eum Chalidem f. Iezidi, f. Muaviæ, nominaſſe filium meretricis: & matrem Chalidis, quæ uxor ejus erat, ut id reſcivit, veneno eum ſuſtuliſſe, aut ut alij volunt, pulvinari plumeo faciei ejus impoſito inſediſſe; atque ita eum obijſſe. Oravit pro eo filius ejus Abdulmelicus f. Merwanis.

Ætas,

Cognomen,

Chalifatum obtinuit, ex quo nempe renovata ei eſt inauguratio, 10 menſes. Annos natus erat 63, aut ſecundũ alios, 71. Vocabatur vulgo Filius expulſi, quia Propheta patrem ejus Hakemum in Wagjam expulerat, quod ſecretum ejus divulgaſſet: manſit a. expulſus ad Chalifatum uſq; Otſmanis, qui Medinam eum reduxit: quod & inter cætera crimini ei fuit datũ: etſi dicatur reduxiſſe eum quod cauſa ceſſaret ob quam expulſus erat.

Forma, Officiales,

Quod ad formam ejus. procerus erat, oculis glaucis, & capillitio ſubflavo. Scriba ejus fuit Sofianus f. Abradi, aut, ut alij ajunt, Abdalla f. Auſi. Iudex filius Idriſi Hulwanæus; Ianitor

عامل عبد الله بن الزبير فجرت بينه وبين
مروان حروب كثيرة ثم وقع الصلح علي
ان ياخذ عبد الرحمان مالا لنفسه ويضي به
الي الحجاز ودخل مروان الي مصر وبايعه
اهلها وولاها ابنه عبد العزيز بن
مروان ثم عاد مروان الي دمشق وجهز
جيشا لمحاربة عبد الله بن الزبير
وانهزم جيش ابن الزبير وقتل منهم خلق
كثير ۞

قال وفي هذه السنة تحركت الشيعة
بالكوفه لاخذ ثار الحسين وولوا عليهم
سليمان بن صرد وكان عدة من اجتمع
معه ستة عشر الفا ثم ساروا الي عين ورده
طالبين الجزيره فلقيهم خيول الشام وعليهم
عبيد الله بن زياد فاقتتلوا فقتل سليمان
وخلق كثير من اصحابه وانهزم
الباقون ۞

وفيها قدم المختار ابن ابي عبيده الي
الكوفه داعيا اهلها لاخذ ثار الحسين
عليه السلام فلما علم ذلك عامل الكوفه
قبض عليه وحبسه ثم اطلقه بشفاعة عبد
الله بن عمر وكان زوج اخت المختار *
وفي هذه السنة توفي مروان بن الحكم
في الشهر رمضان بالطاعون وقيل انه قال
لخالد بن يزيد بن معويه يا ابن الزانية
وكانت ام خالد زوجته فبلغها ذلك
فسمته وقيل بل وضعت علي وجهه مخدة
مملوة ريشا وجلست علي وجهه فمات
وصلي عليه ولده عبد الملك بن مروان
وكانت مدة ولايته مذ جددت
له البيعة عشرة اشهر وكان عمره ثلاث
وستين سنة وقيل احدي وسبعين سنة
ويقال له ابن الطريد لان النبي طرد اباه
الحكم الي وج لانه كان مفشي
سره ولم يزل طريدا الي خلافة عثمان
رده الي المدينة وكان ذلك من جملة
ما انكر عليه وقيل انما رده لزوال العلة
التي طرد لاجلها * قال وصفته
كان طويلا ازرق واصهب * كاتبه
سفيان بن الابرد وقيل عبد الله بن اوس
وقاضيه ابن ادريس الحلواني حاجبه

ابو سهل مولاه صاحب شرطته يحيي
بن قيس العالي * مدة ولاية مروان بن
الحكم مايتي ثمانية وتسعين يوما اولها يوم
الثلثا واخرها يوم الثلثا لتتمة اربع وستين
سنة ومايتي اربعة وستين يوما للهجرة
ولتمام سنة الف وماية ست وسبعين سنة
ومايتي اربعة وخمسين يوما للعالم ۞

Abuſahlus ſervus ejus: Præfectus exercitus ejus Iahja f. Caiſi Alæus. Imperavit dies ducentos nonaginta octo, quorum primus fuit Martis, ut & ultimus, elapſis Annis Hegiræ ſexaginta quatuor, & diebus ducentis ſexaginta quatuor, mundi verò annis 6176, & diebus ducentis quinquaginta quatuor.

CAPUT DUODECIMUM.

الثاني عشر وهو خامس بني اميه عبد
الملك بن مروان بن الحكم بن
ابي العاص *

ويكنا ابا الوليد وقيل ابا
مروان امه عايشه بنت
علوم بن العراه بن ابي
العاص بويع له بالخلافه
بالشام يوم توفي والده ولما بويع له
بالخلافه كان المصحف في حجره فطبقه
وقال هذا فراق بيني وبينك ۞
قال وفي هذه السنة سنة خمس وستين
بعث الي بيت المقدس فزاد في المسجد
الاقصي الي ان ادخل الصخرة في حرم
المسجد واخذ الناس بالحج الي بيت
المقدس ومنع بالحج الي مكه لاجل
عبد الله بن الزبير * واستحضر عبد
الملك بن مروان اكابر النصاري وطلب
منهم كنيستهم التي الي جانب المسجد
الجامع بدمشق فجاوا بكتاب خالد
بن الوليد فاعرض عليهم مالا كثيرا
وان يبنوا كنيسة مثلها في اي جهة
يختارون بدمشق فابوا فتركهم ۞
قال وفي سنة ست وستين كان ظهور
المختار بن ابي عبيده بالكوفة طالبا
بدم حسين عليه السلام فبايعه اهلها
وحصروا عبيد الله بن زياد اشد حصار
ثم طلب الامان من المختار فامنه وخرج
من القصر وتسلمه المختار وصح له
الامر بالكوفه وكان يتظاهر بان
دعوته لمحمد بن الحنيفة عليه السلام واما
في الباطن فانه غير منظوم ولا اهل البيت

Duodecimus CHALIFA, & quintus ex filijs OMMIAE, ABDULMELICUS filius MERWANIS, filij HAKEMI, filij ABULASI.

HIç *cognominatus fuit Abulwalidus aut, ut alij tradunt, Abumerwan, Matrem habuit Ajisjam filiam Alumi, filij Arahi, f. Abulaſi: creatus eſt Chalifa in Syria, eodem quo pater ejus obijt die. Cumq; inauguraretur habebat in gremio ſuo* Mushafum, *eumque complicuit, dicens, Hoc inter me & te dividat.*

Eodem anno, ſexageſimo quinto videlicet, miſit Hieroſolyma, & auxit Templum extremum†, ita ut Petram inferret in templi adytum: cœperuntque homines peregrinari Hieroſolyma: & vetuit peregrinationem Meccanam, propter Abdallam f. Zubeiri. Vocatis deinde ad ſe primis Chriſtianorum, petijt ab ijs ædem illam quæ Damaſci eſt, ad latus templi cathedralis: at illi attulerunt libellum Chalidis f. Walidis. unde obtulit ijs multum pecuniæ, & ut etſimilem aliam quocunque in loco vellent, Damaſci ædificarent: at illi noluerunt; & reliquit eos. Abdulmelicus Hieroſolyma profectus, peregrinatione Hieroſolymitanam inſtituit.

Anno ſexageſimo ſexto apparuit Muchtarus filius Abuobeidæ, Cufæ, ſanguinem requirens Huſeini: cui ut fidelitatem adjurarunt cives, arctiſſime obſederunt Obeidallam filium Ziadi: at is ſecuritatem à Muchtaro petijt, quam & obtinuit. Poſtquam autem ex arce egreſſus eſt, occupavit eam Muchtarus, & Cufæ eſt adeptus imperium. Simulaverat autem Obeidallas vocare ſeſe ad imperium Muhammedem f. Hanifæ felicis memoriæ. At revera neque ille conſiderabatur, neque Domeſtici†. Cœpit 8 Auguſti A.C. 685. Muchtarus Obeidallam obſidet, ac vincit.

Proponebat

Proponebat id ſolum ut ad ſe imperium traduceret: atque in eum finem totum hoc agebat. Abalienati ab eo erant animi, ex quo Huſcinum interfecerat. Deinde cives occiderat, perdiderat, atque diſperſerat, opes ijs eripiens, & domos deſtruens. Eodem anno ſibi mutuo occurrerunt equitatus Muchtari f. Abuobeidi, & equitatus Obeidallæ f. Ziadi, atq; acerrimo decertarũt prælio; fugeruntq; milites Obeidallæ. Deinde miſit Muchtarus Ainwerdam 7 equitum millia, duce Ibrahimo f. Aſiri Nachàæo, obviam Obeidallæ f. Ziadi. Hi poſtquam Cuſa diſceſſerũt ſeditionẽ excitavit populus Cuſenſis contra Muchtarum, ita ut parum abeſſet quin occiderent eum: qua de cauſa Ibrahimum juſſit reverti, qui reverſus ad eum cum exercitu, illos oppugnavit, ita ut fugerent Cuſenſes, & 250 ex ijs viri occiderentur, omnes ex illis qui Huſeino bellum intulerant. Ac fugerunt eorum quidam in pagum: ſed ad eos oppugnandos miſit Muchtarus equitatum: atq; occiſus eſt Sjemirus f. Dulgjuſji. Deinde totum ſe dedit occiſioni eorum, qui bellum moverant Huſcino, quos omnes perſequutus eſt nece & exilio. Eodem anno in carcerẽ conjecit Abdalla f. Zubeiri Muhammedem f. Hanifæ, cum 17 Domeſticis: in quibus & Abdalla filius Aſadi erat: idq; Meccæ: & petijt ab ijs uti ſibi jurarent fidelitatem ſuper Chalifatu: quod recuſarunt. At ille terminum ijs conſtituit, intra quem ni id facerent, occiderentur. At Muhammed f. Hanifæ miſit ad Muchtarũ: qui 150 ei miſit equites. Hi profecti Meccam, eam intraverunt, clamantes vindictam Huſcini: veneruntq; ad puteum Zemzem. Præparaverant autem jam tum homines ligna ad comburẽdum Muhammedem cum ſocijs ejus, reſtabat enim ad terminum conſtitutum biduum tantum. At illi, effractis carceris foribus, Muhammedem f. Hanifæ cum ſocijs ejus eduxerunt. Deinde miſit Muchtarus Ibrahimum cum 300 equitibus, & pecunia. atque hi Meccam quoque ingreſſi, clamarunt vindictam Huſeini: timuitq; eos filius Zubeiri. Muhammed a. cum ſuis egreſſus eſt in montẽ excelſum, ubi cum eo convenerunt 4 mille viri, quib. pecuniam illam diſtribuit: atq; ij veniam petierunt oppugnandi f. Zubeiri: ſed ille cohibuit eos.

Prælium.

Cuſenſes rebellant.

Huſeini hoſtes delentur.

Abdalla Muhammedem in carcerem conijcit.

Muhammed liberatur.

... ان يتغلب
... لها طريقا
... لقتله الحسين
... ونهب اموالهم
... قال وفي هذه السنة
... بين المختار بن ابي عبيد وخيل
عبيد الله بن زياد فاقتتلوا قتالا شديدا
وانهزم اصحاب عبيد الله ثم جهز المختار
سبعة الف فارس مقدمهم ابرهيم بن الاشتر
النخعي للقاء عبيد الله بن زياد بعين
وردة فلما انفصلوا عن الكوفة شعث اهل
الكوفة علي المختار وكادوا ان يقتلوه
فامر ابرهيم بن الاشتر بالعود فعاد اليه
بالجيش فقاتلهم وانهزم اهل الكوفة و
قتل منهم مايتي وخمسين رجلا كلهم من
قاتلي الحسين وانهزم منهم جماعة الي قرية
فبعث المختار اليهم خيلا ان يقاتلوهم فقتل
شمر بن ذي الجيوشن ثم تجرد المختار لقتل
من قاتل الحسين ويتبعهم قتلا ونفيا *
قال وفي هذه السنة حبس عبد الله بن
الزبير محمدا بن الحنيفة وسبعة عشر رجلا
من اهل البيت منهم عبد الله بن عباس
وذلك بمكة وطلب منهم ان يبايعوه
بالخلافة فامتنعوا وضرب لهم اجلا ان
يبايعوه والا قتلوا فبعث محمد بن الحنيفة
الي المختار فجهز له ماية وخمسين فارسا
فساروا الي مكة فدخلوا وهم ينادون
يثارات الحسين واتوا زمزم وقد اعدت
الناس الحطب ليحرق محمد واصحابه
وقد بقي من الاجل يومان فكسروا باب
السجن واخرجوا محمدا بن الحنيفة
واصحابه ثم بعث المختار ابرهيم في ثلثماية
فارس ومعهم مال فدخلوا مكة ونادوا
يثارات الحسين فخافهم ابن الزبير وخرج
محمد ومن معه الي شعب عال واجتمع
معه اربعة الف رجل وقسم المال بينهم
... الزبير فمنعهم
... ستين سير المختار
ابرهيم ... عبيد الله بن زياد

Anno 67 miſit Muchtarus Ibrahimum f. Aſiri oppugnatum Obeidallam f. Ziadi, &

ومعه سبعون الفا من اصحابه واقلع منهم عشرة الف وثلثمائة وكان من قتل من اصحاب المختار ثلثماية وسبعون رجلا * فاستولي ابرهيم علي سنجار ونصيبين ودارا * وفيها توجه مصعب بن الزبير وهو عامل اخيه علي البصرة في جيش كثيف الي الكوفة لقتال المختار بن ابي عبيد فاقتتلوا قتالا شديدا فانهزم المختار واصحابه من القصر في سبعة الف رجل فقاتلوهم حتي قتلوا جميعهم وذلك في شهر رمضان ولما استوسق الامر بالعراق لمصعب كتب الي ابرهيم يدعوه الي طاعته فاجاب وسار اليه وولي مصعب المهلب بن ابي صفرة الموصل والجزيرة واذربيجان وارمينية ۞

قال وفي سنة ثمان وستين سارت الازارقة من فارس الي العراق ودخلوا المداين وهولاء طايفة من الخوارج منسوبون الي نافع بن الازرق واجتمع اليه خلق كثير وغلبوا علي الاهواز واعمالها فبعث اليهم مصعب بن الزبير المهلب بن ابي صفرة فقاتلهم اياما فقتل منهم خلق كثير وفي غضون ذلك مات نافع بن الازرق فبايعت الخوارج قطري بن الفجاءة المازني وعزل مصعب المهلب عن قتالهم وندب لهم عمر بن عبيد الله التيمي فلقيهم بنيسابور فقاتلهم وهزمهم وقتل منهم جماعة وانحازوا الي اصفهان وكرمان وتقووا بها وانعطفوا منها الي الاهواز فطلبهم عمر فعادوا الي المداين وقطعوا السبيل وقتلوا النساء والذراري ثم عادوا الي كرمان ۞

قال وفي سنة تسع وستين خرج عبد الملك بن مروان من دمشق لقتال عبد الله بن الزبير واستخلف علي دمشق عمر بن سعد بن ابي وقاص المعروف بالاشدق فعصي وتحصن فعاد عبد الملك ونزل علي دمشق وارسل عمر وامنه ودخل دمشق واستدعاه فجاء اليه وقتله عبد الملك صبرا وقد جاء معه جمع

& cum eo erant 70 mille milites; de quibus decem mille & trecenti perierunt: è militibus verò Muchtari 370 viri ſunt cæſi. Ibrahimus autem occupavit Singjarum, Naſibinum, & Daram. Eodem anno profectus eſt Maſabus f. Zubeiri, qui fratris ſui nomine præerat Baſræ, cum ingenti exercitu Cufam, ad oppugnandum Muchtarum filium Abuobeidi: ac magno commiſſo certamine aufugit Muchtarus & ſocij ejus, ex arce, cum 7 mille viris; quos tantiſper bello vexarunt, donec omnes deleverunt; idq; menſe Ramadano. Cum autem Maſabus Iracæ imperium adeptus eſſet, ſcripſit ad Ibrahimum, invitans eum ad obedientiam, & ille auſcultavit ei, venitq; ad eum. Præfecit quoque Maſabus Mahlebum f. Abuſafræ Mauſilæ, Meſopotamiæ, Aderbigjanæ, & Armeniæ. *Maſabus Muchtarum oppugnat.*

Anno 68. venerunt ex Perſide in Iracam, & Medajinum ingreſſi ſunt Azrakai (qui ſunt natio Chariſæa, ita dicta à quodam Nafio f. Azraki, cui magna ſe multitudo adjunxit:) ceperuntq; Ahwazum, & ditionem ejus. Sed miſit contra eos Maſabus f. Zubeiri Mahlebum f. Abuſafræ, qui dies eos aliquot bello vexavit, & plurimos eorum cecidit. Interim mortuus eſt Nafius f. Azraki, & inaugurarunt Chariſæi Catrim f. Fugjati Marinæum, & Maſabus removit à bello eorum Mahlebum, & invitavit contra eos Omarem f. Abdallæ Temimæum, qui occurrit ijs Naiſaburæ, & oppugnavit ac fugavit eos, magno eorum numero fuſo, receſſeruntq; Iſfahanam, & in Carmaniam; ubi ut viribus aucti ſunt, reverſi ſunt Ahwazum: verum cum peteret eos Omar, redierunt Medajinum, atque interceperunt viam, & interfecerunt fœminas ac pueros: deinde reverſi ſunt in Carmaniam. *Cœpit 17 Iulij A.C. 687.* *Catris ſuccedit Azrako.*

Anno 69 egreſſus eſt Damaſco Abdulmelicus f. Merwanis, bellum illaturus Abdallæ f. Zubeiri. Subſtituerat autem Damaſci in locum ſuum Omarem f. Saadi f. Abuwaccaſi qui Ahdacus vulgo vocabatur: at hic rebellavit ilico, & ſeſe munivit: unde reverſus Abdulmelicus obſedit Damaſcum: ſed cum Omar ad eum miſiſſet; ſecuritatem illi conceſſit: & ingreſſus Damaſcũ, vocavit eum ad ſe, atq; ut venit, prehenſum occidit. Venerant aũt cum eo multi è militibus ejus, verum *Cœpit 6 Iulij A.C. 688.* *Omar rebellat.* *ſed occiditur.*

verum hi cum eo prohibiti ſunt ingredi. Et quum Abdulmelicus eum necatum ad illos ejeciſſet, clamaverunt: ſed, diſtributâ inter eos pecuniâ, conquieverunt.

Cœpit 14 Iunij. A.C. 690.

Anno 71 occiſus eſt Maſabus f. Zubeiri. cum enim Abdulmelicus contra eum profectus eſſet, exiit ad eum, & interfectus eſt: ac milites ejus in fugam ſe dederunt. ſed vocavit eos ad ſe Abdulmelicus; cui fidelitatis juramentum præſtiterunt. Hinc Cufam abiit, eamq́; eſt ingreſſus: & imperium ei ſtabilitum eſt in Iraca, Syria, & Aegypto: ut nihil reſtaret extra ejus imperium, præter Higjazam, in manu Abdallæ f. Zubeiri. Maſabus a. vir ſtrenuus fuit, liberalis, & formoſus. Abdulmelicus Iracæ imperium nactus, ei præfecit fratrem ſuũ Basjerum f. Merwanis.

Maſabi mors.

Natura.

Hagjagjus oppugnat Abdallam.

Eodem anno miſit Abdulmelicus Hagjagjum filium Ioſephi Tſekifæum, cum duobus exercitus Syriaci millibus, oppugnatum Abdallam f. Zubeiri: atque is cum illis Tajifam abiit, neq; declinavit Medinam. Hinc ſcripſit Abdulmelicus ad præfectum ſuum urbis Medinæ, ut, cum iis quos apud ſe habebat militibus, auxilium ferret Hagjagjo. Hi itaque caſtra fecerunt Birmaimone, & cinxerunt Meccam, atque obſederunt filium Zubeiri.

Meccam obſidet,

Eodem anno interfectus eſt Abdalla f. Zubeiri: obſidebat enim Hagjagjus arctiſſime Meccam, & Caabam catapultis impetebat, ita ut dirueret eam: quin & pilas ex pice & igne in eam jaciebat, ut comburerentur tecta ejus, & in cinerem redigerentur. Deinde occiſus eſt Abdalla; & capta Mecca, manè, die Martis, qui 18 erat Gjumadæ prioris; ſunt tamen qui dicant poſterioris. Et Hagjagjus eum capite truncatum cruci affixit Meccæ, deinde caput miſit Medinam; ipſumque ibi etiam crucifixit. Hinc ſepeliri eum juſſit in cœmiterio Iudæorum. Duravit hæc obſidio Hagjagji 7 menſes, & dies aliquot. Obtinuit autem fil. Zubeiri Higjazæ, & Iracæ imperium, ab obitu nempe Muaviæ f. Iezidi, ad cædem uſque ſuam, annos 9, & dies 22. Annos ætatis habuit 72. Mater ejus quinque poſt ipſum diebus obiit. Atque hic filius Zubeiri Caabam inſtauravit, & Lapidem in eam intulit, ac duas ei portas fecit, ad ingreſſum unam, alteram ad egreſſum:

& capit:

Abdallam capite truncat.

Abdallæ Imperium.

Res geſtæ.

كبير [illegible] دخول
[illegible] اليهم
[illegible] موا
[illegible] وسبعين كان
[illegible] ير ودلك ان عبد
[illegible] خرج اليه مصعب فقتل
حـــابه فاسعدعاهم عبد الملك
يعوه وساراليالكوفه فدخلها واستقر
له الامر بالعراق والشام ومصر ولم يبق
خارجه عنه الا الحجاز في يد عبد الله
بن الزبير وكان مصعب شجاعا جوادا
حسن الوجه * ولما ملك عبد الملك بن
مروان العراق ولاهـــا اخـــاه بشر بن
مروان ۞
قال وفي هذه السنة سير عبد الملك
بن مروان الحجاج بن يوسف الثقفي
في الفين من عسكر الشام لقتال عبد
الله بن الزبير فسار بهم الي الطايف ولم
يخرج الي المدينه ثم كتب عبد الملك
الي عامله بالمدينه بان يمضي بمن معه من
الجند مددا الي الحجاج فنزلوا بير ميمونه
واحاطوا مكه وحاصروا ابن الزبير ۞
قـــال وفي هذه السنة كان مقتل
عبد الله بن الزبير ودلك ان الحجـــاج
حاصر مكه اشد حصار ورمي الكعبة
بالمناجنيق حتي هدمها ورموها بكيران
النفط والنـــار واحترقت الستارات حتي
صارت رمادا ثم قتل عبد الله بن الزبير
وفتحت مكه صبحة يوم الثلثا لثلث
عشرة ليلة بقيت عن جمادي الاولي وقيل
جمـــادي الاخرة واحتز الحجـــاج راسه
وصلبه بمكه ثم بعث براسه الي المدينة
فصلبه بها ثم امر بدفنه في مقابر اليهود
وكان مدة حصار الحجاج سبعة شهور
وايام ومدة سلطـــان بن الزبير الحجاز
والعراق منذ توفا معويه بن يزيد الي قتله
تسع سنين واثنين وعشرين يوما وكان
عمره اثنتين وسبعين سنة وماتت امه
بعده بخمسة ايام وكان ابن الزبير قد
بني الكعبة وادخل فيها الحجر وجعل
لها بابين يدخل من احدهما ويخرج من

الاخر وحلق داخل الكعبة وخارجها
وكان اول من حلق الكعبة
وكساها بالقباطي * وكاتبه
ديل بن عمر حاجبه سلم مولاه ۞
قال وكان بن الزبير لما اشتد الحصار
على مكة خاف ان ينهدم البيت
فترك القتال ودخل الى بيته وقالت
له امه ان كنت تقاتل عن حق
فالحق في يدك فاخرج اليهم فان
قتلت فانت شهيد فقال يا امى ما
ارهب الموت لكنني اخاف المثلة قالت
له الشاة اذا ذبحت لم تجد الم السلخ
وقيل انه شرب رطل مسك وخرج يقاتل
فقتل وصلب فكان الناس يشمون
رايحة المسك من بدنه اياما كثيرة ۞

قال وفي هذه السنة ولا عبد الملك
بن مروان اخاه محمد ابن مروان ادربيجان
والجزيرة وارمينية فبعث محمد لحرب
الخزر في ماية الف فقتل المسلمون جميعهم
فعظم ذلك على محمد بن مروان فسار في
اربعين الفا حتى توسط بلاد ارمينيه
فقاتل الخزر وهزمهم والجاهم الدخول
في كنايسهم ثم اضرم النار عليهم في
الكنايس ثم جهز مسلمه بن عبد الملك
بن مروان الى باب الابواب وفيها نيف
وثمانون الف من الخزر وخرج عليهم
بجيوشه وحاصرها اشد حصار وفتحها
وقتل منهم جماعة كبيرة وامن الباقون
من الخزر * وفيها ولا عبد الملك بن
مروان خالد بن عبد الله القرشي العراق
وامره ان يولي المهلب بن ابي صفره حرب
الازارقه وكان قد غلبوا على الاهواز
واميرهم قطري بن الفجاه المازني فخلف
خالد بن عبد الله وخرج اليهم بنفسه
فقاتلهم فهزم خالد واخذت الازارقه
سفنه فاحرقوها ولما بلغ المهلب الخبر
خرج اليهم بجماعة فقاتل الازارقه
فهزمهم وهربوا الى الاهواز فولى خالد
حرب الازارقه اخاه عبد العزيز فاتيه
الازارقه في سبعة الف فهزموه وقتلوا من
اصحابه مقتلة عظيمة وسبوا زوجته ونادوا

& abraſit interiora Caabæ, & exteriora ejus: & is quidem primus Caabam abraſit, eamq́ texit tapetis Aegyptiacis. Scriba ejus fuit Dailus f. Omaris. Ianitor Salimus ſervus ejus. Invaleſcente a. Meccæ obſidione, metuit fil. Zubeiri ne corrueret Domus (ſacra,) ac relicto certamine, domum ſuam eſt ingreſſus: dixitq́ ei mater ejus: Quod ſi pro veritate pugnas, veritas in manu tua erit. Egredere ad eos: ſi occidaris, martyr eris. Reſpondit. O mater non timeo mortem, ſed timeo truncationem. Ad quod illa: Ovis jugulata dolorem non percipit excoriationis. Diciturq́ bibiſſe muſci libram, & egreſſus pugnaviſſe, atque occiſus eſſe, & (portæ) affixus. Odorati autem ſunt homines fragrantiam muſci ex corpore ejus dies multos.

Eodem anno præfecit Abdulmelicus fil. Merwanis fratrem ſuum Muhammedem f. Merwanis Aderbigjanæ, Meſopotamiæ, & Armeniæ: miſitq́ Muhammed centum millia bellum illatum Hararis: ſed Muſlimi omnes ſunt interfecti. Qua re Muhammed valde commotus, ipſemet abijt cum 40 millibus, donec in mediam venit Armeniam: & Hararos fudit atque fugavit; eoſque in templa ſua confugere compulit; & igne deinde in templis accenſo combuſſit. Hinc miſit Muſlimam filium Abdulmelici filij Merwanis ad Portam portarum, ubi amplius octoginta Hararorum erant millia; qui cum copijs ſuis contra eos profectus, eam arctiſſimè obſedit, & cepit; magnumq́ eorum numerum interfecit: reliqui autem crediderunt. Eodem anno præfecit Abdulmelicus fil. Merwanis Chalidem f. Abdallæ Carſjæum Iracæ, eiq́ præcepit ut Mahlebum f. Abuſafræ præficeret bello Azrakæorum, qui jam tum Ahwazam ceperant, duce Catri f. Fugjati Marinæo. Sed mandatum negligens Chalid, ipſemet contra eos exijt, ijſq; bellum movit. At fugatus eſt Chalid: & Azrakæi naves ejus ceperunt & combuſſerunt. Quo audito Mahlebus cum legione quadam eos adit, oppugnat, & fugat: fugiuntqúe Ahwazam. Chalid a. bello Azracico præfecit fratrē ſuum Abdulazizū: contra quem venientes Azrakæi cum 7 millib. eum in fugam conijciunt, magnamq́ ei cladem afferunt; capta etiam uxore ejus, ſuper qua & eo clamarunt modo quo

Occaſio mortis ejus.

Bellum Muhammedis fil. Merwanis cum Hararis.

Bellum Azracicum.

quo clamabant ſuper ſervis. Hinc crevit robur Azrakæorum, & Baſram venerunt, eam obſeſſuri. Chalid autem bellum eorum commiſit Mahlebo, qui profectus contra eos cum legionibus ſuis oppugnavit eos, & fugavit. Eodem anno depoſuit Abdulmelicus Chalidem fil. Abdallæ Carſjæum præfectura Iracæ, quòd immorigerus ei fuiſſet in præficiendo Mahlebum f. Abuſafræ, & Iracæ gubernationem commiſit fratri ſuo Basjero filio Merwanis, qui hydrope laborans mortuus eſt.

Eodem anno abijt Abdulazizus fil. Merwanis Alexandriam, atq; ædificavit pontem illum qui eſt in fluvio Imperatoris fidelium.

Cœpit 13 Maij A.C. 693.

Anno 74 præfecit Abdulmelicus fil. Merwanis Hagjagjum f. Ioſephi Tſekifæum Medinæ: qui ei præfectus abijt Meccam, diruitq; quidquid in Caaba extruxerat filius Zubeiri; eamq; ad ſtructuram reduxit priorem. Eclipſis quoque fuit hoc anno ſolis tanta, ut ſtellæ apparuerint, die Lunæ in fine menſis Gjumadæ prioris.

Eclipſis.

Cœpit 2 Maij A.C. 694.

Anno 75 præfecit Abdulmelicus Hagjagjum Iracæ, qui Cufam venit cum duodecim mille equitibus, & miſit legiones aliquot ad Mahlebum f. Abuſafræ, qui occupatus erat in oppugnandis Azrakæis; & juſsit eum congredi cum ijs: atque is fugavit eos, ita ut in aliam ſe reciperent provinciam, & fortiter eos oppugnavit.

Cœpit 21 Aprilis A.C. 695.

Anno 76 egreſſi contra Hagjagjum ſunt Salihus f. Margi, & Sjabibus, Chariſæi, quos plurimi homines ſunt ſequuti: vocaruntq; Salihum Imperatorem fidelium. Abjerunt autem in Meſopotamiam, eamq; diripuerunt & ibidem potentia eorum crevit. Bello eos perſequutus eſt cum ſuis Muhammed fil. Sjabibi ad Nahrawanum, atque ibidem caſtra fixit, ut qui cum eo erant fidelitatem ei ad mortem uſque adjuraverant. Ad hos miſit Hagjagjus quatuor mille equites, quibus cum ſeptuaginta viris occurrit Sjabibus, & in fugam ſe dederunt milites Hagjagji, cum duce ſuo, quem & Sjabibus interfecit. Ac interceperunt Sjabibus & milites ejus viam, ſemitasq; reddiderunt formidabiles; & quotieſcunque mittebat Hagjagjus exercitum, fugarunt eum, licet numerus eorum non excederet 4 equitum millia. Deinde ſtatuit Sjabibus adoriri Cufæ cives: ſed

Sjabibus hoſtis Hagjagii.

عليها [illegible]
[illegible] البصرة
[illegible] المهلب فقاتلهم
[illegible] *
[illegible] بن عبد الله
[illegible] لعصيانه اياه عن تولية
[illegible] بن ابي صفره وولا العراق اخاه
بشر بن مروان فمرض بعلة الاستسقاء
ومات ۞

قال وفي هذه السنة خرج عبد
العزيز بن مروان الي الاسكندرية وبنا
القنطرة التي علي خليج امير المومنين ۞

قال وفي سنة اربع وسبعين ولا عبد
الملك بن مروان الحجاج بن يوسف
الثقفي المدينة فلما تولاها مضي الي مكة
ونقض البنيان الذي كان ابن الزبير بناها
في الكعبة وردها الي البنا الاول * وفيها
انكسفت الشمس حتي ظهرت الكواكب
يوم الاثنين سلخ جمادي الاولي ۞

قال وفي سنة خمس وسبعين ولا عبد
الملك الحجاج العراق فقدم الكوفة في
اثني عشر الف راكب فجهز الجيوش
الي المهلب بن ابي صفره وهو مقيم علي
حرب الازارقة وامره بمناهضتهم وهزمهم
فالتجوا الي بلد اخري فقاتلهم اشد
قتال ۞

قال وفي سنة ست وسبعين خرج
علي الحجاج صالح بن مرح وشبيب
الخارجان فتبعهما خلق كثير وسموا
صالحا امير المومنين وخرجوا بارض
الجزيرة ونهبوا الاموال وتقووا بها
وقاتلهم محمد بن شبيب الي النهروان
باصحابه فنزلها وبايعه من معه علي
الموت فبعث اليهم الحجاج اربعة الف
فاوس والتقاهم شبيب في سبعين رجلا
[illegible] الحجاج وانهزم مقدمهم
[illegible] وقطع شبيب واصحابه
[illegible] السبيل وكلما نفير
الحجاج عسكرا هزموه مع ان لم تزد
عدتهم علي اربعة الف فاوس * ثم عزم
شبيب علي لقاء اهل الكوفة فخرج

egreſ-

اليهم الحجاج في خمسين الفا ومع
شبيب الف فهزمهم شبيب وحووا جميع
اثقالهم هكذا نقله المورخون
عليهم فيما نقلوه وهرب شبيب
البلدان في سبعين رجلا ثم مضى
كرمان.فاستراس بها فعاد وقاتل
اشد قتال والتقوا مرة علي البحر ودخل
شبيب في الما فغاصت السفينة فغرق
فقال اذا يقضي الله امرا كان مفعولا
وانغمس وارتفع فقال ذلك تقدير
العزيز الحكيم فصاحت الخوارج
غرق امير المومنين وانهزموا وغلب
اصحاب الحجاج واستخرجوا ميتا
بالشباك وبعثوا راسه الى الحجاج
وشقوا قلبه فوجدوه صلبا مجتمعا كانه
صخرة ۞

قال ثم اختلف الازارقة على قطري
ابن الفجاه وفارقه معظمهم واقتتلوا فيما
بينهم وقصدهم المهلب بن ابي صفره وقاتلهم
قتالا شديدا فقتل من الخوارج اربعة
الف وجرح خلقا كثيرا وانهزم قطري
الي طبرستان فملكها الاصبهبذ المجوسي
فساله الاذن في الدخول الى البلد
باصحابه فاذن لهم فدخلوا واقاموا
مدة فصلحت احوالهم فبعث قطري الي
الاصبهبذ فطلب منه ان يسلم او يودي
الجزية فامتنع فقاتله بمن معه فانهزم
الاصبهبذ الي الري واستصرخ بالمسلمين
وعرفهم مواضع التي بها توخذ طبرستان
فساروا اليها فقاتلهم قطري بمن معه فقتل
قطري واستوصل اصحابه قتلا واسرا
وكان ذلك على يد المهلب بن ابي
صفره فولاه الحجاج خراسان ۞

قال وفي هذه السنة نقشت الدنانير
والدراهم بالعربية وكان عليها قبل
ذلك كتابة بالرومية وعلي الدراهم
بالفارسية واتخذ الحجاج دار الضرب
ونقش علي الدراهم الله صمد ولم يكن
عيارهما جيدا فلما ولي عمر بن هبيرة
العراق جود العيار ثم جوده بعده خالد
القرشي ثم يوسف بن عمر ثم جوده في ايامه

ſubſidio ij) venit Hagjagjus cum 50 millibus: hos tamen Sjabibus (qui mille tantum habebat) in fugam vertit, & omnibus eorum impedimentis eſt potitus. Ita hoc referunt Hiſtorici fide digni. Hinc fugit Buldanam cum 70 viris: deinde abiit in Carmaniam; ubi principatum eſt nactus, & reverſus fortiſſimè bellavit. Cum a. ſibi mutuo aliquando occurriſſent ad mare, ingreſſus eſt Sjabibus aquam, ac demerſa navi ſuffocatus, dicens, cum Deus diſponit aliquid, id factum eſt: *cumq; demerſus rurſum prodiret, dixit,* Hæc potentia eſt (Dei) fortis & ſapientis. *Et clamarunt Chariſæi, Submerſus eſt Imperator fidelium, ac fugerunt: unde vicerunt milites Hagjagji, qui mortuum retib. eduxerunt, & caput ejus ad Hagjagjum miſerunt; atq; cor ejus ſciderunt, quod comperere runt durum eſſe, & compactū, inſtar lapidis.*

In fugam vertit exercitum ejus.

Submergitur.

Mortuus ab hoſtibus capitur, & miſerè tractatur.

Deinde reſtiterūt Azrakæi Catri filio Fugjati, quem major eorum pars deſeruit, ita ut inter ſe pugnarent. Sed Mahlebus f. Abuſafræ contra eos profectus, acerrime cum iis dimicavit, ac de Chariſæis 4 millia cæcidit; & plurimos vulneravit. Catris a. fugit in Tabriſtanam: cujus rex erat Ashidus Magus; à quo veniam in regionē cum ſuis ingrediendi petiit, quam & iis conceſſit. cumq; ingreſſi jam aliquamdiu ibi ſubſtitiſſent, & res eorū bono eſſent loco, miſit Catris ad Ashidum, petens ab eo ut aut Iſlamiſmum amplecteretur, aut tributum ſolveret. quod recuſavit. unde cum ſuis bellum ei intulit: fugitq; Ashidus Raijam, & auxilium imploravit Muſlimorum; iiſq; indicavit loca quibus Tabriſtana caperetur: quos eo profectos oppugnavit Catris cum ſuis. ſed occiſus eſt Catris, & milites ejus cæſi partim, partim capti. Atq; hæc geſta ſunt miniſterio Mahlebi f. Abuſafræ: quem & Hagjagjus præfecit Chorasanæ.

Azrakæi rebellant & inter ſe diſſident.

Catris fugit in Tabriſtanam.

Contra regem inſurgit.

A Muſlimis occiditur.

Eodem anno ſignati ſunt aurei & ſtateres Arabicè: habuerant enim ante inſcriptionem linguâ Romanâ, & ſtateres quoque Perſicâ: fecitque ſibi Hagjagjus officinam monetariam, & ſtateribus impreſſit Devs est Dominvs: *ſed materia eorum non erat bona. at emendavit eam deinde, cum Iracæ præfectus eſſet, Omar f. Habiræ: & poſt hunc Chalid Carsjæus: hinc Ioſephus f. Omaris. poſtea emendavit eam tempore ſuo*

Moneta Arabica cuditur.

Haron

Haron Raſjidus, & Mamon filius ejus, nec non Wacicus. Erat autem pondus ſtaterum tempore Carſjæi triplex: unius ſpeciei decem ſtateres pendebant drachmas 10: alterius quinque: & tertiæ ſex. Percuſſi quoque in imperio Muſlimico ſunt ſtateres, quorum decem ponderarunt drachmas 7.

Cœpit 26 Febr. A.C. 700. Muhammed f. Hanifæ moritur. *Anno 81 obijt Muhammed f. Hanifæ fel. m. Etſi è vulgo nonnulli credant eum in monte Radwa vivere, & certò aliquando appariturum, terramq́ repleturum juſtitia, haud aliter ac iniquitate repleta eſt. Atque hujus ſectæ fuit D. Hamirææus, dicens:*

Quouſque, & uſq; quo, & quam diu,
O fili Sethi, tu vivus ſuſtentaberis?

At virum deinde convenit veracem, qui vanitatem hujus ſectæ edocuit.

Cœpit 15 Febr. A.C. 701. Abdurrahman. Zentilus rex Turcarum. *Anno 82 egreſſus eſt Abdurrahman fil. Muhammedis filij Asjabi Kendæus contra Hagjagjum f. Ioſephi Tſekifæum. Dicitur autem Hagjagjus Abdurrahmanem f. Muhammedis præfeciſſe bello gerendo cum Zentilo rege Turcarum, & cum exercitu haud magno miſiſſe, ac deinde ad eum ſcripſiſſe, & hortatus eum eſſe ad illius oppugnationem; quin & ei præcepiſſe; ut in regionem illius penetraret: ſperās fore ut periret: quia odio habebat eum. Verum Abdurrahman hoc reſcivit, & ſuis indicavit: dixitq́ ijs Hagjagjum hoc unum intendere, ut Turcæ eos ſuperarent. Itaque unanimiter deponunt Hagjagjum, & juramētum fidelitatis præſtant Abdurrahmani f. Muhammedis: qui, pace cum Turcarū rege facta, reverſus eſt in Iracam, bellum geſturus cum Hagjagjo. At hic, re cognita, ſcripſit ad Abdulmelicum, opem ab eo petens: & is ei ſuccurrit cū magno exercitu ex Syria: cum quo & Hagjagjus abijt*

Prælium. *Keſram. & occurrit prima acies Hagjagji primæ aciei Abdurrahmanis: ſed Hagjagji militib. in fugā verſis, Abdurrahman cū copijs ſuis Baſrā contendit, ac ingreditur; cujus*

Deſerunt Abdulmelicum cives Baſræ, & Cufæ. *pleriq; cives Abdulmelico fil. Merwanis imperium abrogant, Abdurrahmani juramentum fidelitatis præſtant, in latus alterū Baſræ concedunt, & foſſa ſeſe muniunt, atq; acerrimè pugnant. Hinc Abdurrahmā Cufam venit; cujus cives ei occurrerunt & fidelitatem quoq; jurarunt. Deinde commiſſum eſt prælium*

Prælium. *lium illud quod vocatur Præliū cyathorum.*

هرون الرشيد والمامون ولده والواثق وكان وزن الكل في ايام الفرس علي ثلاثة اضرب ضرب وزن العشرة عشرة مثاقيل وضرب وزن العشرة ستة فضرب في الاسلام وزن العشرة سبع مثاقيل ۞

وفي سنة احدي وثمانين توفي محمد بن الحنفية عليه السلام والكسانية من الشيعة يعتقدون انه حي بجبل رضوي وانه لا بد ان يظهر ويملي الارض عدلا كما مليت جورا وكان علي هذا المذهب السيد الحميري وهو القايل ۞

حتي متي والي متي ومتي الذي * يا ابن الوصي وانت حي ترزق *

الا انه اجتمع بالصادق وعرفه بطلان هذا المذهب ۞

قال وفي سنة اثنتين وثمانين خرج عبد الرحمن بن محمد بن الاشعث الكندي علي الحجاج بن يوسف الثقفي * قيل ولي الحجاج عبد الرحمن بن محمد قتال رتبيل ملك الترك وبعثه بجيش غير كثيف ثم كتب اليه يحثه علي قتاله ويامره بان يوغل في بلاده رجاء ان يهلك لانه كان له مبغضا ففهم عبد الرحمن ذلك واعلم به من معه وخبرهم ان الحجاج انما يقصد استيلاء الترك عليهم فاتفقوا علي خلعه وبايعوا عبد الرحمن بن محمد فصالح عبد الرحمن ملك الترك وعاد الي العراق لحرب الحجاج فبلغه ذلك وكتب الي عبد الملك يستمده فامده بجيش كثيف من الشام وسار بهم الحجاج الي كسر فالتقت مقدمة الحجاج مقدمة عبد الرحمن فانهزم اصحاب الحجاج ومضي عبد الرحمن بجيوشه الي البصرة فدخلها وخلع بعض اهل البصرة عبد الملك بن مروان وبايعوا عبد الرحمن وانحازوا الي احد جانبي البصرة وخندقوا علي انفسهم واقتتلوا قتالا شديدا ثم اتي عبد الرحمن الكوفة فتلقاه اهلها وبايعوه ثم كانت الوقعة المعروفة بوقعة الجماجم وذلك ان

الحجاج [illegible] دير قرة
ونزل عبد ال[illegible] يقال له دير
الجماجم و[illegible]
الرحمن ماية ال[illegible]
الحسن البصري و[illegible]
ونادي بن ابي ليلي وانما صـ[illegible]
مع الاشعث بغضا للحجاج [illegible]
سفك الدما وظلم الناس وجات [illegible]
الشام الى الحجاج واتصل الحرب بين
الفريقين ماية يوم وكان فيها احدى
وثمانون وقعة ثم هزم الحجاج عبد الرحمن
بن الاشعث واصحابه وقتل منهم اربعة
الف رجل ومضى عبد الرحمن منهزما
في اصحابه الى سجان وبها عامل الحجاج
فقبض على عبد الرحمن ليبعثه الى الحجاج
فعلم زنتبيل ملك الترك بذلك فقصد
سجان فحاصرها [illegible] اليه عبد الرحمن
واخذه واكرمه فاقام عنده واجتمعت
اصحابه من كل جانب فصار مع
عبد الرحمن ستون الفا فخرج اليهم يزيد
بن المهلب بن ابي صفره فقاتلهم وظفر
بهم واسر منهم جماعة وانهزم الباقون
وبعث يزيد بالاسرى الى الحجاج ومنهم
الشعبي فعفا الحجاج عنه واما ابن
الاشعث فانه هلك واختلف في
كيفية هلاكه اختلافا كثيرا
واشهر ما قيل انه قبض وارادوا المضي
به الى الحجاج فرمى بنفسه قبل ان يصل
اليه من سطح مرتفع فمات وفي ذلك قال
بن دريد ۞
وابن الاشعث القتل قاد نفسه الى
الردا حذار سمات العري *
قال وفي هذه السنة توفي المهلب بن ابي
صفره وكان عاملا للحجاج على خراسان
فولى الحجاج ولده يزيد بن المهلب ثم
عزله وولاها اخاه الفضل بن المهلب ۞
قال وفي سنة ست وثمانين [illegible]
العزيز بن مروان بمصر وكان [illegible]
لاخيه عبد الملك وامير مصر [illegible] بعده
وهو الذي بنى الدار المذهبة المعروفة
بسوق الحمام وكانت مدة ولايته على

Fixerat enim Hagjagjus caſtra in loco dicto Monaſterio frigoris, Abdurrahman verò in loco vocato Monaſterio cyathorũ. Ac numerus quidem militum Abdurrahmanis centum erat millium: in quib. primarij aliquot viri Baſræi, ſc. Haſenus Baſræus, & Saidus f. Huſeini, nec non Nadius f. Abuleilis: qui Asjabo ſe adjunxerunt odio Hagjagji, ex eo concepto, quod ſanguinem effundere, hominesque opprimere narraretur. Ad Hagjagjum autem Syriæ venerũt auxilia. Et continuum inter hos exercitus bellum extitit centum dierum, quibus 81 commiſſa ſunt prælia. Prælia. *Tandem Hagjagjus in fugam vertit Abdurrahmanem, & milites ejus, quorum millia quatuor cæcidit: Abdurrahman autem fugitivus cum ſuis abijt Sahanam, ubi Hagjagjus ſuum habebat Præfectum, qui Abdurrahmanem præhendit, miſſurus eum ad Hagjagjum.* Abdurrahman fugit, capitur, *Sed ea de re certior factus Zentilus Turcarum Rex, Sahanam contendit, eamq́; obſedit, donec traditus ei eſt Abdurrahman, quem accepit, & honoravit.* liberatur *Cum autem is apud illum ſubſiſteret, undiq́; convenerunt milites ejus, ita ut cum eo eſſent ſexaginta millia. Sed contra hos egreſſus eſt Iezidus f. Mahlebi f. Abuſafræ, eoſque oppugnavit, & vicit; ac multi ex ijs ſunt capti, & reliqui ſeſe fugæ mandarunt.* à Iezido oppugnatur, *Miſit autem Iezidus captivos ad Hagjagjum, atq; inter eos erat Sjaabæus, cui Hagjagjus pepercit. Filius a. Asjabi periјt: ſed quomodo perierit, valde eſt controverſum: communiter tamen dicitur captus eſſe, cumq́; adducere ad Hagjagjum eum vellent, antequã ad eum perveniret, ex alto tecto præcipitẽ ſe dediſſe, & ſic obijſſe: qua de re filius Darідi ſic ſcribit:* & perit;

Filium Asjabi juvit ſe interfeciſſe, in
veſte, metu opprobrij nuditatis.

Eodem anno obijt Mahlebus f. Abuſafræ, qui nomine Hagjagji Præfectus fuerat Choraſanæ, cui Hagjagjus mox præfecit filium ejus Iezidum f. Mahlebi: at hoc deinde depoſito, præfecit ei fratrem ejus Fadlum filium Mahlebi. Mahlebi mors,

Anno 86 obijt Abdulazizus f. Merwanis in Aegypto, qui Socius fœderis fratris ſui Abdulmelici fuerat, & ante eum Imperator Aegypti. Hic extruxit domum deauratam, quæ Forum columbarum appellatur. Præfuit autem Cœpit 2 Ianuarij. A.C. 705. Abdulazizus moritur,

autem Aegypto annos viginti, menſes decem & aliquot dies. Mortuo Abdulazizo conſtituit Abdulmelicus filius Merwanis Socium ſuum fœderis filium ſuum Walidem filium Abdulmelici. Aegypto autem præfecit filium ſuum Abdallam filium Abdulmelici, qui præfuit ei donec Abdulmelicus obiit; quod contigit medio menſe Sjewalo. ac ſepultus eſt Damaſci, extra portam parvam. Imperavit annos 21, & dies 15. quinque nempe annos, ſeptem menſes, & 17 dies, ante cædem filii Zubeiri; reliquos autem poſt mortem ejus. Annos natus fuit ſexaginta, etſi ſint qui dicant 57. Oravit pro eo Walid. f. Abdulmelici. Quod ad formam ejus attinet: ſtatura fuit mediocri, candidus, ore magno & hiante, ac dentibus intricatis... Quod vero ad naturam. avarus valde fuit, & cognominatus ſudor lapidis, *boni conſilii, & magnæ prudentiæ, neque concedens alii quod ſui erat muneris. Dicitur in ſomno ſibi viſus fuiſſe quater in primario templi loco meiere, atque ea de re triſtis profectus eſſe ad Saïdum fil. Muſabbibi, qui dixit ei, quatuor ex filiis ejus imperaturos eſſe. Et quatuor quoque ex filiis ejus imperium tenuerunt, Walid nempe, Suleiman, Iezidus, & Hisjamus. Habuit autem liberos multos. Scriba ejus fuit Ruhus filii Ribaï, deinde Cabidas filius Dawibi, & alii; Iudex Filius Idriſi Hulwanæus, & Abdalla filius Caiſi, Ianitor Ioſephus ſervus ejus, & alii. Symbolum ſigilli ejus.* Credo in Deum Salvatorem noſtrum. *Chalifatum obtinuit annos unum & viginti, & dies quindecim, quorum primus fuit Mercurii, & ultimus Iovis, elapſis annis Hegiræ octoginta quinque, & diebus ducentis octoginta uno, id eſt, annis ſolaribus mundi ſex mille centum & nonaginta ſeptem, & diebus uno & quadraginta.*

Abdulmelici mors. Imperium. Aetas. Forma. Natura. Somnium. Liberi. Officiales. Symbolum.

Res Chriſtianæ. *Quod autem ad ea attinet quæ Chriſtianorum Hiſtoriæ dicunt accidiſſe imperante Abdulmelico filio Merwanis, felicis memoriæ: conſtituerunt. Chriſtiani Iacobitæ Patriarcham Alexandrinum, anno Hegiræ ſexageſimo ſexto, quendam Iſhacum, ſeu Aegyptiacè Iſacum, qui, ut annos duos ſedit & 11 menſes, obiit, die 2 menſis Haturi.*

... وعشرة اشهر والا...
... عبد الملك بن
... اولاده الوليد ابن عبد
... ولده عبد الله بن عبد
... واليا عليها الي ان توفا عبد
... مروان في النصف من شوال
... دفن في دمشق خارج باب الصغير
وكانت مدة ولايته احدي وعشرين
سنه وخمسة عشر يوما منها خمس سنين
وسبعة اشهر وسبعة عشر يوما قبل قتل
ابن الزبير وباقيها بعد قتله وكان عمره
ستين سنة وقيل سبعة وخمسين وصلي عليه
الوليد بن عبد الملك * قال وصفته انه
كان ربعة ابيض افوه مفتوح الفم
مستبك الاسنان وسيرته كان بخيلا
الي الغاية فكان يلقب برشح الحجر
حازما في رايه سديد التدبير لا يكل امره
الي غيره ويقال انه راي في منامه كانه
بال في المحراب اربع مرات فعظم ذلك
فتوجه الي سعيد بن المسيب فقال له
ان يملك من اولاده اربعة * قال وولي
الخلافة من اولاده اربعة الوليد وسليمان
ويزيد وهشام وكان له اولاد كثيرة
كاتبه روح بن ريباع ثم قبيصة بن
دويب وغيرهما قاضيه ابن ادريس
الحلواني وعبد الله بن قيس حاجبه
يوسف مولاه وغيره * نقش خاتمه امنت
بالله مخلصا * مدة خلافته احدي
وعشرين سنه وخمسة عشر يوما اولها
يوم الاربعا واخرها يوم الخميس لتتمه
خمس وثمانين سنه ومايتي احد وثمانين
يوما للهجرة وذلك لتمام ستة الف ومائة
سبع وتسعين سنة واحد واربعين يوما
شمسية للعالم

والذي ورد تواريخ النصاري من
الحوادث في خلافة عبد الملك بن مروان
رحمه الله تعالى جعل النصاري اليعاقبه
... علي الاسكندرية في السنة
... ستة والستين للهجرة واسمه اسحق
... القبطي ايساك وفي سيرته اقام سنتين
واحد عشر شهرا ومات في ثاني هتور

وقيل انه اقام ثلاث سنين وانه قرر ان لا
يقدم بطرك الا يوم الاحد وقيل انه قدم
في السنة الثامنة عشرة ليوسطنيان ملك
الروم وذلك في خلافة عبد الملك بن
مروان وتوفا البطرك ايساك في السنة
التاسعة والستين للهجرة وقدم عوضه
سمعون السرياني بطركا على الاسكندرية
لليعاقبة وفي ايامه خلع يوسطنيانوس
ملك الروم وقيل انه صير في السنة
الحادية وعشرين ليسطنيانوس وقيل انه
اقام الميت وانه مات مسموما واحرق
الساحر الذي سمه وذكر انه سقي
ثلاثة دفوع بعد القربان ولم يضره فسقي
الرابع وهو صايم فمات وكان قد وصل
اليه رسول من الهند يطلب منه ان
يقدم لهم اسقفا وقسوسا فامتنع من ذلك
الي ان يامره ملك مصر فمضي الرسول الي
غيره ففعل له مطلوبه وجرت امور صعبه
بسبب ذلك وتوفي في الرابع والعشرين
من ابيب سنه اثني عشر واربعماية
لدقلاديانوس في خلافة عبد الملك بن
مروان ∴ قال وكتب سنوديقا الي
يوليانوس بطرك انطاكيه بالامانه *
قال وخلا الكرسي بعده ثلث سنين
بغير بطرك * قال ومات لاون ملك الروم
في سنة ثمان وسبعين للهجرة وملك بعده
طيباريوس على الروم سبع سنين ۞
وفي سنة احدي ثمانين صير للنصاري
اليعاقبه بطرك على الاسكندريه
اسمه الاسكندروس في يوم عيد
مرقص الانجيلي ثلاثين من برمودة سنة
اربع ماية وعشرين لدقلاديانوس
وقيل انه قدم في السنة الثالثة من ملك
انسطاس ملك الروم وكان مدة
بطركيته عشرين سنة ونصف وقيل خمسة
وعشرين وتوفي في سابع امشير وكان
في ايامه شدايد عظيمة وقاسي اياما صعبة
مرة وصودر دفعتين في كل دفعة ثلاثة
الف دينار * قال وكان عبد الملك
بن مروان ولي اخاه عبد العزيز مصر
فاحصي الرهبان واخذ جواليهم من كل

ſunt tamen qui dicunt eum tres annos ſediſſe, atque inſtituiſſe ne Patriarcha proponeretur niſi die ſolis. (nec deſunt qui propoſitum eum fuiſſe tradunt, anno decimo octavo Iuſtiniani Regis Romanorum, imperante Abdulmelico fil. Merwanis.) Obijt autem anno Hegiræ ſexageſimo nono: & ejus loco Patriarcha Alexandrinus Iacobitarum factus eſt Simon Syrus, cujus tempore imperio dimotus fuit Iuſtinianus Romanorum Imperator. ſunt tamen qui Patriarcham eum factum eſſe dicunt anno vigeſimo primo Iuſtiniani. Ajunt & eum mortuum ſuſcitaviſſe; & veneno ſublatum eſſe: combuſtum autem veneficum, qui venenum ei præbuit. Narrant quoque ter id eum illi bibendum dediſſe poſt Euchariſtiam, neque id ei nocuiſſe: at quarto, cum bibiſſet jejunus, mortuum eſſe. Venerat etiam ad eum Legatus ex India, petens ut Indis ordinaret Epiſcopum & presbyteros: quod recuſaverat, donec Aegypti Rex id ei præcepit: at tunc Legatus alium adijt, qui fecit ei quod petijt; quæ res magnas peperit turbas. Obijt autem die 24 Abibi, anno Diocletiani 416, imperante ſcilicet Abdulmelico fil. Merwanis. Scripſit quoque Simon Iuliano Patriarchæ Antiocheno ſynodicam de fide. Poſt eum ſedes vacua fuit Patriarchâ annos tres. Leo autem Romanorum Imperator obijt anno Hegiræ ſeptuageſimo octavo, & poſt eum Romanos per ſeptem annos rexit Tyberius.

Mors.

Simon Syrus.

Iuſtinianus

Indi Epiſcopum deſiderant.

Leo Imperator.

Tiberius.

Anno octuageſimo primo factus eſt Patriarcha Alexandrinus Iacobitarum quidam nomine Alexander, die feſto Marci Euangeliſtæ, qui trigeſimus erat Barmudæ, anno Diocletiani 420. (Dicitur quoque propoſitus anno tertio Anaſtaſij Imperatoris Romanorum.) Patriarchatum obtinuit viginti annos & dimidium: nec deſunt qui dicunt annos viginti quinque. Obijtque die ſeptimo Amſjiri. Contigerunt tempore ejus anguſtiæ magnæ, atque ipſe dies toleravit difficiles, & amaros: quin & bis tributum ab eo exactum fuit, & ſingulis quidem vicibus trium aureorum millium. Præfecerat autem Abdulmelicus fil. Merwanis fratrem ſuum Abdulazizum Aegypto, qui recenſuit Monachos, & tributum ab ijs accepit,

Alexander Patriarcha.

Abdulazizus præfectus Aegypti.

à ſingulis

à ſingulis ſcilicet aureum. Atque hoc primum tributum eſt quod penderunt Monachi.

Ejus facinus & ſomnium.

Habent autem vitæ Patriarcharum Abdulazizum fil. Merwanis ingreſſum templum monaſterij Hulwanenſis, vidiſſe figuram Dominæ habentis Dominum Chriſtum in ulnis ſuis, & ſpuiſſe in eos: atque ea nocte in ſomno ſuo vidiſſe Dominum Chriſtum jubentem ut occideretur, ſeq́; ilico lancea in latere ſuo transfoſſum; indeq́; mox experrectum valde fuiſſe conſternatum, & exſpiraviſſe, eadem nocte. Obijtq́; filius ejus poſt 40 dies.

Abdalla Præfectus Ægypti.

Deinde præfecit Abdulmelicus Ægypto filium ſuum Abdallam, qui deceſſoribus etiam ſuis fuit odioſior, & poſt biennij imperium obijt. Mortuo autem Abdulmelico fil. Merwanis ſucceſſit ei fil. ſuus Walid:

Corrahus.

hic Ægypto præfecit Corrahum fil. Sjerici, qui ut in eam venit, durior etiam illis fuit: at & is deinde obijt: & tribus poſt eum menſibus vita quoque exceſſit Walid, & Chalifatum adeptus eſt Suleiman f. Abdulmelici,

Aſama & ejus tyrannis.

qui Aegypto præfecit Aſamam. hic poſtquam eam ingreſſus eſt, pejus etiam fecit anteceſſoribus ſuis, juſſitq́; duces interficere plebem, & facultates ejus ad ſe tranſtulit: quin & ducibus ſcripſit, Trado vobis animas hominum, corradite quantum poteſtis opum. Et juſſis adeſſe Monachis ſignavit eos in manibus eorum annulo ferreo, ſingulos (inquam) nota circulari, & die. Cumq́; (deinde) quiſpiam compareret non ſignatus, amputata eſt manus ejus. Neq́; dici poteſt numerus eorum quos ita deformavit. Deinde ſcripſit ut quicunq; ex cæteris hominibus comperirentur aſcendere, aut deſcendere, neque penes ſe haberent diploma liberi itineris ab ijs ſumerentur 10 aurei, ita ut vidua quædam habens filium cum accepiſſet ejuſmodi diploma, atque iterfaceret, filiumq́; ejus qui cum ea erat, è flumine aquam bibentem crocodilus abripuiſſet, una cum diplomate, quod in ſinu ejus erat, & mulier plorans reverſa eſſet, miſertus ejus non ſit, & coacta fuerit mulier veſtes ſuas vendere, & mendicare, donec ſecundò perſolveret juſtum diplomatis pretium, decem videlicet aureos. Deinde miſit in monaſteria, ubi plurimos Monachos comperit ſigno carere, quorum alios decollavit, alios verberibus necavit. Res hæc cum invaleſceret, convenerunt homines ex omnibus natiqnibus & ſectis; atque orarunt Deum, & mortuus eſt Suleiman fil. Abdulmelici: ſucceſſitque ei Omar fil.

Suleimanis mors.

لواحد دينارا وهذه اول جزية وزنها
الرهبان ثم ورد سير البطاركة ان عبد
العزيز بن مروان دخل الي كنيسة بدير
حلوان فنظر الي صورة السيدة والسيد
المسيح في حضنها فبصق عليها فراي
[illegible] في تلك الليلة والسيد المسيح
يامر بقتله فطعن في جنبه بحربة فانتبه
مرعوبا ومات في تلك الليلة ومات ولده
بعد اربعين يوما فولي عبد الملك مصر
Muhamme-

Muhammedem f. Alis, f. Abdallæ, f. Abbaſi; ab hoc ad filium ejus Ibrahimum; ab hoc ad Saffahum; & denique ab hoc ad Almanſorem. Dicitur autem & magiæ notitiam aliquam habuiſſe. Cæterum cum occidiſſet eum Almanſor, carmen hoc recitavit.

Dixi, Vtique qui non petis, imple
menſuram Abumuſlimo.
Bibendum dedi calicem, quem tu
bibendum dediſti, amariorem in
gutture abſinthio.

Cœpit 4 Iunij. A.C. 756. — Rex Hiſpaniæ.

Anno 139 ingreſſus eſt Muavias f. Hiſjami, f. Abdulmelici, f. Mervanis Hiſpaniam, cujus incolæ Imperatorem eum ſuum agnoverunt: eratque eo tempore annos natus 28. Atque hic illorum primus eſt, qui in illis tractibus imperio præfectus fuit.

Templum Meccanũ.

Eodem anno juſſit Almanſor dilatari templum Meccanum, à latere Portæ curialis, quod eſt Templum diſtortum.

Cœpit 25 May, A.C. 757. — Præfecti Aegypti.

Anno 140 removit Almanſor præfectura Aegypti patruum ſuum Salihum f. Alis, eique præfecit Abaunum Abdulmelicum f. Iezidi; & hoc deinde remoto, anno 141, Muſam f. Caabi; & hoc quoque depoſito, anno 142, Muhammedem f. Aſadi, & hoc remoto, anno 143, Hamidum f. Cahtabæ; & hoc depoſito, anno 144, Iezidum f. Hatemi f. Abuſafræ Mahlebæum.

Abdalla f. Haſeni, & Dibazus in vincula conjiciuntur.

Eodem anno pre[illegible] Almanſor Abdallam f. Haſeni f. [illegible] Alis f. Abutalibis; & aliquot alios filii [illegible]aſeni. Prehendit quoque eo tempore [illegible]uhammedem f. Abdallæ f. Omaris, f. Oſmanis, f. Affani nominatum Dibaz-ulmudehheb (id eſt pannum ſericum auro intextum) *ut intellexerat Muhammedem, & Ibrahimum, filios Abdallæ, filij Haſeni, in animo habere contra eum prodire, ſeque imperio ingerere. at hi ſe abſcondiderunt, ita ut locus eorum ignoraretur. Almanſor autem, ut diligenter eos quæſivit, patrem eorum Abdallam, & domeſticos ejus, una cum Dibazo avexit in Iracam compeditos, &*

Dibazi interitus.

in cuſtodiam dedit. Dibazum autem aliquoties miſere flagellavit, unde & in carcere obijt. hinc caput ejus acceptum, & circumportatum fuit in Choraſana, dictumque, Hoc caput eſt Muhammedis f.

محمد بن علي بن عبد الله بن العباس
ثم الي ابنه ابرهيم ثم الي السفاح ثم الي
المنصور وكان عنده فيما زعموا شي من
علم الجفر ولما قتله المنصور انشد ۞
زعمت ان الدين لايقتضي فاستوف
بالكيل ابا مسلم *
سقيت كاسا كنت تسقي بها
امر في الحلق من العلقم *
قال وفي سنة تسع وثلاثين ومايه
دخل معويه بن هشام بن عبد الملك بن
مروان الاندلس فبايعه اهلها بالخلافه
وعمره ثمان وعشرون سنة وهو اول من
ولي الامر منهم بتلك البلاد ۞
قال وفي هذه السنة امر المنصور بتوسعه
المسجد الحرام من ناحية باب الندوة وهي
مسجد الحيف ۞
قال وفي سنة اربعين ومايه عزل
المنصور عمه صالح بن علي عن امارة مصر
وولاها اباعون عبد الملك بن يزيد ثم
عزل اباعون في سنة احدي واربعين
ومايه وولاها موسي بن كعب ثم
عزل موسي بن كعب في سنه اثنتين
واربعين ومايه وولاها محمد بن اسعد
ثم عزله في سنة ثلاث واربعين ومايه
وولاها حميد بن قحطبه ثم عزل حميد بن
قحطبه في سنة اربع واربعين ومايه وولاها
يزيد بن حاتم بن ابي صفره المهلبي ۞
قال وفي هذه السنة قبض المنصور
علي عبد الله بن الحسن بن الحسين بن
علي بن ابي طالب وجماعة من بني الحسن
وفيها قبض ايضا علي محمد بن عبد الله
بن عمر بن عثمان بن عفان المسمي الديباج
المذهب لما بلغه ان محمدا وابرهيم ابني
عبد الله بن الحسن علي عزم الخروج عليه
والدعا الي انفسهما وكانا مختفيين لا
يعلم مكانهما فاشتد طلب المنصور لهما
وحمل عبد الله اباهما واهل بيته والديباج
الي العراق مقيدين فحبسهم وضرب
الديباج ضربا مبرحا مرارا فمات الديباج
في السجن واخذ راسه وطيف بها في
خراسان فقال هذه راس محمد بن

عبد الله ليوهم النـــاس انه محمد بن عبد
الله بن الحسن ليسكن امره وينقطع
شيعته منه ۞

قال وفي سنة خمس واربعين ومائة
شرع المنصور في بناء مدينة بغداد
في وقت اتفق المنجمون علي اختياره
انها كانت مرجة خضري فيهـــا صومعة
راهب اسمه بغداد وسميت باسم الراهب
وسماها المنصور مدينة السلام ولما تم بناوها
صارت مستقر الخلفـــا العباسيين ۞

قـــال وفي هذه السنة خرج محمد
بن عبد الله بن الحسن بن الحسين بن علي
بن ابي طالب عليه السلام الي المدينه
فبايعه اهلها بالخلافه وتلقب بالمهدي
واجتمع عليه مايه الف رجل فوجه المنصور
لقتاله ابن اخيه وولي عهده عيسي بن
موسي فلما وصل فقد كانت اهل المدينه
فتفرق منهم جماعه وخرج محمد بن عبد
الله الي الخندق الذي كان النبي احتفره
يوم الاحزاب واحتفره بنفسه واحتفر
الناس معه ولما قرب عيسي بن موسي
قال محمد لاصحابه ان هذا الرجل قد
اقبل في عدد وعدة وقد احللتكم من
تبعتي فمن احب منكم فليقم ومن احب
فلينصرف فتسللوا وبقي معه نحو من
ثلثماية رجل ثم التقي محمد وعيسي فانهزم
محمد واصحـــابه واتي الخندق فنصب
عليه جسرا وجازت الخيل وقاتلوا فقتل
محمد واجتز راسه وبعث بها الي المنصور
وطيف به في البلاد وكان مقتله فـــي
شهر رمضان ۞

قال وفيها ظهر ابرهيم بن عبد الله
بن الحسن بن الحسين بن علي بن ابي
طـــالب بالبصرة فبايعه اهلهـــا واستولي
عليها وعلي فارس والاهواز وتبعه خلق
كثير قيل انهم كانوا ثمانية الف فلقيه
عيسي بن موسي فقاتله فوقع فـــي نحر
ابرهيم سهم فقتله وانهزم اصحابه واجتز
راس ابرهيم وبعث به الي المنصور

Abdallæ: ut exiſtimaret populus eum eſſe Muhammedem f. Abdallæ filij Haſeni, & ceſſaret negotium ejus, ſpeſque omnis de illo factioni ejus auferretur.

Anno 145 juſſit Almanſor ædificari civitatem Bagdadum: eamque fundavit eo tempore, quod unanimi conſenſu elegerant Aſtrologi. Dicitur autem fuiſſe pratum viride, in quo tugurium erat eremitæ, cui nomen erat Bagdadi; atque ab eo hoc nominis traxiſſe. Almanſor autem eam appellavit Medinato-ſſalami *(id eſt* Civitatem pacis*). Vtque abſoluta fuit ædificatio ejus, facta eſt ſedes Chalifis Abbaſidarum.* — Cœpit April. A.C. 762. Bagdadum conditur.

Eodem anno exijt Muhammed f. Abdallæ, f. Haſeni, f. Huſeini, f. Alis, f. Abutalibis Medinam, cujus cives eum crearunt Chalifam: aſſumpſitque cognomen Mahadis. Huic ſe adjunxerunt centum mille viri. Almanſor autem ad eum oppugnandum miſit ex fratre nepotem, ſuique fœderis ſocium Iſam f. Muſæ: qui cum propius accederet, Medinenſium bona pars diſperſa eſt. Muhammed autem f. Abdallæ ad foſſam ſe recepit, quam Propheta tempore rebellium foderat, foditque ipſe, & quicunque cum eo erant. Appropinquante autem Iſa f. Muſæ, dixit Muhammed militibus ſuis, Accedit hic homo cum inſtructo exercitu, itaque in arbitrio veſtro eſto me ſequi: quicunq; veſtrum velit, ſubſiſtat; & quicunque velit revertatur. Clanculum itaque pleriſque ſe ſubducentibus, trecenti circiter viri cum eo remanſerunt. Deinde concurrerunt Muhammed & Iſa: Muhammed autē fugiens, cum ſuis ſe recepit ad Foſſam. At ille, facto ponte, tranſijt cum equitatu ſuo, & pugnavit: occiſuſque eſt Muhammed, & caput ejus abſciſſum miſſum eſt ad Almanſorem, & circumportatum per provincias. Perijt autem menſe Ramadano. — Muhammed f. Abdallæ ſe imperio ingerit. Fugit. deſeritur à ſuis. pugnat. occiditur.

Eodem quoque anno apparuit Ibrahimus f. Abdallæ, f. Huſeini, f. Alis, f. Abutalibis Baſræ, cujus cives ei fidelitatem jurarunt: potituſque eſt ea urbe, itemque Perſide, & Ahwaza: & multi ſe homines ei adjunxerunt, qui centum mille numero dicuntur fuiſſe. At occurrit ei Iſa f. Muſæ & bellum intulit. ceciditq; telum in ſummum pectoris Ibrahimi, unde obijt: militibus autem ejus in fugam verſis, caput ejus amputatum fuit, & miſſum ad Almanſorem. — Ibrahimus f. Abdallæ, potitur Perſide, &c.

Fortuna

Fortuna enim cum ad aliquem accedit, non timet quidquam, uti vulgo dici ſolet.

Time quod ſperas, nam gaudium deprimit: & ne time quod times, nam gaudium attollit.

Non eſt utile, niſi cum immundo, nocens: neque nocet, niſi cum immundo, utile.

Cœpit 9 Martij. A.C. 764. *Anno 147 periit Abdalla f. Alis patruus Almanſoris: cum enim in fugam eum vertiſſet Abumuſlimus, recepit ſe Baſram, & delituit apud fratrem ſuum Suleimanem.* Abdalla perit. *At Almanſor ſecuritatis ei libellum miſit, juravitque, nullam ſe ei moleſtiam exhibiturum: verum cum ad eum acceſſiſſet, juſſit ei ædificari domum, atque in fundamentis ejus plurimum ſalis reponi. cumque eam habitaret, in eam derivatâ aquâ, domus corruit, atque ita extinctus eſt.*

Iſa f. Muſæ ſocius fœderis. *Eodem anno removit Almanſor filium fratris ſui Iſam f. Muſæ ſocietate fœderis ſui, eamque conceſſit filio ſuo Mahadi: & deinde iterum Iſæ fil. Muſæ; idque poſt rixas, quas longum foret enarrare.*

Abu-Abdallæ obitus. *Eodem anno vita defunctus eſt Medinæ Abu-Abdalla Gjafar verax, f. Alis, fil. Huſeini, f. Alis, fil. Abutalibis, fel. mem.*

Cœpit 5 Februarij, A.C. 767. *Anno 150 obiit Abugjafar Naamanus f. Tabiti, fel. mem. annos natus 70.*

Cœpit 14. Ianuarij, A.C. 769. *Anno 152 obiit Iezidus f. Hatemi, Imperator Ægypti; cui Almanſor præfecit Abdallam f. Alis, f. Abdurahmanis f. Muaviæ, f. Hadiſi. Obiit quoq; eo anno Maanus f. Zajidæ Sjeibanæus, qui fortis fuit, ſtrenuus, & liberalis: ita ut liberalitas ejus locum etiam proverbiis fecerit. Almanſor autem eum Aljamanæ præfecerat, hinc Aderbigjanæ, deinde & Choraſanæ. Atque hic eſt de quo Poëta.* Iezidi obitus. Maani obitus.

Maanus filius Zajidæ adjecit in filiis Sjeibani nobilitatem nobilitati.

Duo enim ſoli dies ejus, dies ſcilicet liberalitatis, & fortitudinis plurimi dies glorioſi ſunt.

Cœpit 13 Decemb. A.C. 771. *Anno 155 vita exceſſit Abdalla f. Alis, f. Abdurahmanis f. Muaviæ f. Hadiſi Imperator Ægypti: cui præfecit Almanſor Muſam, f. Alis, f. Riahi, Lagmæum: qui præfuit ei donec obiit Almanſor.* Abdallæ obitus.

السعادة اذا اقبلت علي رجل لايخشي شيا كما قبل ۞

فاخش ما رجا وجدل هابط ولا تخش مايخشي وجدل رافع *

فلا نافع الا مع النجس ضاير ولا ضاير الا مع النجس نافع *

قال وفي سنه سبع واربعين ومـاية هلك عبد الله بن علي عم المنصور وذلك انه لما هزمه ابو مسلم هرب الي البصرة واستتر عند اخيه سليمان فبعث اليه المنصور امانا وحلف له انه لا يوذيه فلما حضر امر ان يبني له دار ويجعل في اساسها ملح كثير فلما سكنها اجري الماء فيها فوقعت عليه فمات ۞

وفيها خلع المنصور ابن اخيه عيسي بن موسي عن ولاية عهده وجعلها لولده المهدي ثم من بعده لعيسي بن موسي وذلك بعد مفاوضات يطول شرحها ۞

قال وفي هذه السنة توفي ابو عبد الله جعفر الصادق بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب عليهم السلام بالمدينة ۞

قال وفي سنة خمسين ومائة توفي ابو جعفر النعمان بن ثابت رضي الله عنه وعمره سبعون سنة ۞

قال وفي سنة اثنتين وخمسين ومائة توفي يزيد بن حاتم امير مصر فولاها المنصور عبد الله بن علي بن عبد الرحمن بن معويه بن حديج * وفيها توفي معن ابن زايده الشيباني وكان شجاعا بطلا جوادا يضرب بجوده الامثال وكان المنصور قد ولاه اليمن ثم ادربيجان ثم خراسان وهو الذي قال فيه الشاعر ۞

معن بن زايده زيدت به شرفا الي شرف بنو شيبان *

ان عد ايام الفخار فانما يوماه يوم ندي ويوم طعان *

قال وفي سنة خمس خمسين ومـايه توفي عبد الله بن علي بن عبد الرحمن بن معويه بن حديج امير مصر فولاها المنصور موسي بن علي بن رياح اللخمي فلم يزله واليا عليها الي ان توفي المنصور ۞

قال وفي سنة ثمان وخمسين ومـاية توفي ابو جعفر المنصور في بير ميمون على اميال من مكه وكان محرما بالحج وذلك لست خلون من ذي الحجة وصلى عليه بن اخيه ابرهيم بن يحيي بن محمد ودفن بالحجول بمكه ويقال انه كبر في ذي الحجه وتوفي في ذي الحجة وكانت مدة خلافته اثنتي وعشرين سنة الا سبعه ايام وعمره ثلاث وستين سنة وقيل وثمان وستين * قال وصفته كان اسمر طوالا نحيفا خفيف العارضين يخضب بالسواد ويقال انه يغير شيبه بالف مثقال مسك كل شهر * سيرته كان عنده من حسن السيرة والتدبير وصواب الراي ولطف السياسة ما يجاوز الوصف وكان حازما قد عركته التجارب مهيبا ياخذ بالظنة ويقتل بالنهمة وكان بخيلا الي الغاية وكان يسمي الدوانقي وفيما روي من بخله انه دخل اليه اعرابي فقال اقول له حين واجهته عليك السلام ابا جعفر فقال المنصور عليك السلام فقال الاعرابي فانت المهدي ابن هاشم وفي الفرع منها الذي يذكر فقال المنصور ذلك رسول الله عليه السلام فقال الاعرابي فهذه ثيابي قد اخلقت وقد غضي زمن منكر فقال المنصور وهذه ثيابي بدل ثيابك ونزعها ودفعها اليه * قال وكان قميص المنصور مرقوعا فقال الاعرابي اما سمعت قول بن هرمه ۞

قد يدرك الشرب الغني ورداوه خلق
وجيب قميصه مرقوع *

وقيل انه استخدم طباخيه على ان لهم الروس والاكارع وعليهم الحطب والتوابل * وخلف في بيت المال ستماية الف الف درهم واربعة وعشرين الف الف دينار * وكان وزراوه ابو عطية الباهلي ثم ايوب المرزباني وارتفعت منزلته عنده الى الغاية ثم قبض عليه وقتله واستوزر الربيع مولاه * قضاته عبد الله بن محمد بن

Anno 158 vitâ defunctus eſt Almanſor, Birmaimone, milliaribus aliquot diſtante à Mecca, cum in peregrinatione eſſet, idque die ſexto Dulhuggiæ. Cœpit 20 Novemb. A.C. 174. *Oravitque pro eo filius fratris ejus Ibrahimus, f. Iahjæ, f. Muhammedis: & ſepultus eſt Meccæ.* Almanſoris mors. *Dicitur a. celebratus in Dulhuggia, & mortuus quoq; in Dulhuggia. Imperavit annos 22, minus ſeptem diebus, annoſq; vixit 63 aut,* ætas. *ut ajunt quidam, 68. Formam ejus quod attinet:* Forma. *fuſcus fuit, procerus, macilentus, rara barba, tingens ſe nigredine. diciturq; caniciem ſuam ſingulis mẽſibus bis mille drachmis muſci mutaviſſe. Quod ad naturam.* Natura. *tanta fuit bonitate indolis, prudentia, rectitudine conſilij, & ſuavitate converſationis, ut dici non poſſit. magnanimus quoque, & multo rerum uſu exercitatus: terribilis, ſola ſuſpicione prehendens, & cũ aviditate quadam interficiens. Cæterum ſumme avarus, unde* Obolarij *cognomen accepit.* Inſignis avaritia. *Inter alia avaritiæ ejus exempla & hoc eſt. Ingreſſo ad eũ Arabio, atque dicente, Cum eum convenio dico Salve Abugjafar, reſpondit Almanſor, Salve & tu. Aitque Arabius, Tu Muhdis es (id eſt* largitor) *filius Haſjemi: largire divitias, de ijs inquam quod commemoretur. Reſpondit Almanſor, Non ego is ſum, ſed Apoſtolus Dei, f.m. At Arabius. Veſtimenta hæc mea attrita ſunt, & temporis injuria impotentem me reddidit. ad quod Almanſor: Accipe hæc veſtimenta mea, pro veſtimentis tuis: eaque exuit, & illi tradidit. Erat autem induſium Almanſoris ſarcinatum, dixitq; Arabius an non audiviſti dictum filij Harimæ?*

Interdum aſſequitur interitus divitem cujus veſtis eſt attrita, cujuſque induſij collare eſt ſarcinatũ.

Quin & coquos ſuos ita conduxiſſe dicitur, ut eorum eſſent capita, & crura animaliũ; Divitiæ. *ipſiq; ligna, & ollas ſuppeditarent. Reliquit a. in ærario ſexcẽties millies mille ſtateres, & quater & vicies millies mille aureos.* Officiales. *Conſiliarios habuit Abuatiam Babylonium, deinde Iobum Marzabanæum, quem, cum in immenſum ejus potentia excreviſſet, prehendit, atque necavit. Conſiliarium conſtituens Rabium ſervum ſuum. Iudices ejus fuerunt Abdalla f. Muhammedis f. Saſwani,*

Saſivani,& Sjericus f. Abdallæ,& Haſenus f. Amaræ,& Hagjaſus f. Artahi. Ianitores, Rabius ſervus ejus; hinc Iſa ſervus ejus; deinde Haſibus ſervus ejus. Imperium. *Imperavit annos 21, menſes 11, & dies 23, quorum primus fuit Lunæ, & ultimus Sabbathi: elapſis annis Hegiræ 157, menſibus 11; & diebus ſex: annis autem ſolaribus Mundi 6267, & diebus 39.*

صفوان وشريك بن عبد الله والحسن ابن عمارة والحجاج بن ارطاه * حجابه الربيع مولاه ثم عيسي مولاه ثم الحصيب مولاه * مده ولايته احدي وعشرين سنه واحد عشر شهرا وثلاثة وعشرين يوما اولها يوم الاثنين واخرها يوم السبت لتتمه مائة سبع وخمسين سنة واحد عشر شهرا وستة ايام للهجرة ولتمام ستة الف ومايتي سبع وستين سنة وتسعة وثلاثين يوما شمسية للعالم ۞

Res Chriſtianorum. *Quod autem ad ea attinet quæ tempore ejus referunt accidiſſe Chriſtianorum hiſtoriæ. Narrant Abuna Chaylem Patriarcham Iacobitarum Alexandriæ obiiſſe anno decimo Chalifatus ejus, anno 145 Hegiræ; & in locum ejus, tempore Almanſoris, ſuffectum Abuna Minam, qui ut novem ſedit annos, vita defunctus quoque eſt, in fine menſis Tubæ. Dicitur autem & conſtitutus anno tertio Leonis f. Conſtantini, Imperatoris Romanorum.*

والذي ورد تواريخ النصاري من الحوادث في ايامه ان البطرك ابنا خايل بطرك اليعاقبه بالاسكندريه تنيح في السنة العاشرة من خلافته سنة خمس واربعين ومايه للهجرة وقدم عوضه ابنا مينا في ايام المنصور ابي جعفر اقام تسع سنين وتنيح في اخر طوبه وقيل انه قدم في السنة الثالثه من ملك لاون بن قسطنطين ملك الروم ۞

Tyrannis Gubernatorum Aegypti. *Tradunt Hiſtorici quidam tempore Almanſoris magnas oppreſſiones à Vicariis ejus in Aegypto extitiſſe: ita quidem ut nullus artifex, nec laterarius, nec camelarius, nec libitinarius, nec mendicus fuerit, à quo tributum non exigeretur, & pecunia caperetur: afflixitque tantopere populum miſeria, ut canes, & cadavera comederent. Cumque in afflictione hac, & miſeria eſſent, ecce obiit Almanſor.*

قال بعض المورخين كان في ايام المنصور بمصر مظالم كثيرة من نوابه حتي انه لم يبق انسان من صانع ولا طواب ولا جمال ولا حفار قبور ولا مصدق حتي الزمهم الخراج واخذ اموالهم واشتد البلاء بالناس حتي اكلوا الكلاب والجيف فبينما هم في الجهد والبلاء اذ توفي المنصور ۞

Caput Qvartvm.

Tertius Abbaſidarum, & vigeſimus quartus Chalifa, Mvhammed Mahadis, filius Almanſoris.

الثالث من خلفا بني العباس وهو الرابع والعشرون المهدي محمد بن المنصور *

Nomen matris ejus fuit Ommuſa filia Almanſori f. Abdallæ f. Sahari Hamiræi. *Creatus eſt Chalifa eo die quo obiit pater ejus, Meccæ; eratq; ipſe eo tempore Bagdadi, die videlicet ſexto Dulhuggiæ anni Hegiræ 158. Hinc egreſſus contra eum eſt* Ioſephus f. Ibrahimi. *Ioſephus f. Ibrahimi, Imperator Choraſanæ: at occurrit ei, & bellum intulit Iezidus f. Iezidi, qui eum captum miſit ad Mahadim, à quo crucifixus eſt, Bagdadi.*

واسم امه ام موسي بنت المنصور بن عبد الله بن سهر الحميري بويع له بالخلافه يوم توفي والده بمكه وهو اذ ذاك ببغداد لست خلون من ذي الحجه سنة ثمان وخمسين ومائة للهجرة وخرج عليه بعد ذلك يوسف بن ابرهيم امير خراسان فلقيه يزيد بن يزيد فقاتله واخذه وبعث به الي المهدي فصلبه ببغداد ۞

وفي سنة تسع وخمسين ومائة ولا المهدي
امرة مصر محمدا بن سليمان من اهل الشام
ثم صرفه وولاها موسي بن علي ثم عزله في
سنة ستين ومائة وولاها عيسي بن
لقمان الجمحي ثم صرفه عنها في سنة اثنتين
وستين ومائة وولاها واضح مولي المنصور
ثم صرفه وولاها منصور بن يزيد الرعيني
فصرفه في سنة ثلاث وستين ومائة وولاها
ابا صالح يحيي بن عبد الله الجوني ۞
قال وفي هذه السنة اغري المهدي
ولده هرون الصايفة واستوزر له يحيي
ابن خالد بن برمك فضم اليه جيشا
كثيفا وسار المهدي مع ولده هرون
يودعه فجامعه في حلب وقام بمرج
دابق وسار هرون بجيوشه حتي وصل
الروم ونزل ببلادها وحاصر قلعة يقال
لها سمالق ونصب عليها المناجنيق
وقاتلها ثمانية وثلاثين يوما وفتحها بعد ان
هدمها ومضي المهدي الي بيت المقدس
وراه وقرر امور الشام وعاد الي العراق ۞
قال وفي سنة اربع وستين ومائة ولا
المهدي امر مصر ابرهيم بن صالح بن
علي بن عبد الله بن العباس ۞
وفيها جهز المهدي ولده هرون في
بلاد الروم فتوغل هرون في البلاد وفتح
مدينة يقال لها ماحدة فلقيه لخيول
نقيطا القومص فبارزه يزيد بن يزيد
فسقط نقيطا واثخنه يزيد ضربا وانهزم
الروم وصاروا الي الدمسق صاحب
المالح وسار هرون في خمسة وتسعين
الفا حتي بلغ خليج البحر الذي
علي القسطنطينية وملكتها يومئذ
امراة فصالحت الرشيد هرون علي
بذل الهدايا وان يقيم الادلا والاسواق
في طريقه وان تودي كل سنة سبعين
الف دينار وصالحها وغنم المسلمون في
هذه الغزوة ما لا يحصي ۞
قال وفي سنة ست وستين
ومائة عاد هرون بن المهدي قافلا
بالمسلمين في المحرم ومعه الروم بالجزية
وكانت الهدنة مع صاحبة

Anno 159 Præfecit Mahadis Aegypto Muhammedem f. Suleimanis Syrum: at hoc deinde remoto, præfecit eidem Muſam f. Alis: & hoc depoſito, anno 160 Iſam f. Locmani Gjemgjemæum; & hoc remoto, anno 162, Wadihum f. Manſoris: & hoc depoſito, Manſorem f. Iezidi Ragbæum: & hoc remoto, anno 163 Iahjam Abuſalihum f. Abdallæ, Gjaunanæum. — Cœpit 31 Octobris. A.C. 775. Præfecti Aegypti. Cœpit 17 Septemb. A.C. 779.

Atque hoc eodem anno hortatus eſt Mahadis filium ſuum Haronem ad bellum inferendum Romanis. & Conſiliarium ei dedit Iahjam f. Chalidis, f. Barmaci: collegitque magnum exercitum. Et profectus eſt Mahadis cum filio ſuo Harone, ſejungens ſe ab eo, & rurſus ſe eidem adjungens, prope Halebum: ſubſtititq́ in campis Dabici. At Haron, cum copijs ſuis, profectus eſt, donec pervenit ad Romanos: in quorum regione caſtra fixit, atque arcem Samalicam obſedit, applicatis ad eam catapultis: quam poſt 38 dierum oppugnationem cepit, jam totam dirutam. Mahadis autem profectus eſt Hieroſolymam, eamque vidit: & Syriæ negotijs ſtabilitis, reverſus eſt in Iracam. — Mahadis bellum infert Romanis. Samalica capitur.

Anno 164 præfecit Mahadis gubernationi Aegypti Ibrahimum f. Salihi, f. Alis, f. Abdallæ, f. Abbaſi. — Cœpit 6 Septembris A.C. 780. Ibrahimus Præfectus Aegypti.

Eodem anno miſit Mahadis filium ſuum Haronem in Regionem Romanorum: qui in eam penetrans, urbem cepit dictam Mahadam. At occurrit ei Nakitas, cum quo in pugnam deſcendit Iezidus f. Iezidi, qui & eum, cum lapſus eſſet, cædendo profligavit: unde Romani in fugam verſi, ſe receperunt ad Damſacum Dominum Malihæ. Haron autem cum 95 millibus progreſſus eſt, donec pervenit ad ſinum maris qui ad Conſtantinopolin, cui tunc temporis imperabat mulier, quæ pacem cum Harone fecit, ea lege, ut illa munera ei largiretur, & qua iter facturus eſſet, vias ſterneret, earumq́ directoria apponeret; & quotannis ei ſeptuaginta aureorum millia perſolveret. Atque hoc bello innumera ſpolia Muſlimi ſunt adepti. — Haron oppugnat Romanos. Irene pacem facit cum Harone.

Anno 166 reverſus eſt Haron f. Mahadis, rediens ex itinere cũ Muſlimis, menſe Muharramo: erantq́ cum eo Chriſtiani liberi. Duravit autem ea pax cum Imperatrice Conſtan- — Cœpit 15 Augusti. A.C. 782.

Conſtantinopolitana tres annos. Cum autem è bello reverſus eſſet, creavit eum pater ejus Mahadis Socium fœderis, poſt Muſam Alhadim: jam enim ante filium patrui ſui Iſam f. Muſæ depoſuerat ea dignitate.

Zindici hæretici occiduntur. *Eodem anno ſtudioſe quæſivit Mahadis Zindicos, eoſque occidit. Inter eos autem qui Sindiciſmi ſuſpecti habebantur, fuit & Salihas f. Abdallæ, Sanctus; & Iaſarus f. Iaradi. Dicitur tamen quoq; Mahadis Iaſarum necaviſſe, propterea quod in contemptum ejus dixiſſet,*

Chalifa incedit in delicijs ſuis, cum tympano & tibia.
Offert nobis Deus pro eo alium, Muſam, quem abſcondidit in utero Hinzaranæ.

Et quod de Iacobo f. Davidis, Conſiliario ejus dixiſſet,

Expergiſcimini filij Ommiæ; ne longior ſit veſter ſomnus. Chalifa enim eſt Iacobus f. Davidis.
Perijt Chalifatus veſter, ô popule. Petite Chalifam Dei, inter tympanum & tibiam.

Cœpit 3. Auguſti. A.C. 783. Ibrahimus deponitur. *Anno 167 depoſuit Mahadis gubernatione Aegypti Ibrahimum f. Salihi; eidemque præfecit Muſam f. Maſabi: at hoc occiſo, menſe Sjewalo, anno 168, Aegyptum rexit vicarius ejus Amirus f. Omarus, donec præfectus ei à Mahadi eſt Fadlus f. Salihi, f. Abdallæ f. Abbaſi, anno 168.*

Cœpit 13 Iulij. A.C. 785. Mahadis obitus. *Anno 169 obijt Imperator fidelium Mahadis, in pago quodam Maſeidanæ, vigeſimo ſecundo Muharrami. Cumq; nullum inveniretur feretrũ quo portaretur, portatus eſt ſuper janua, & ſepultus eſt ſub nuce, apud quam ſederat.* Imperium. *Imperavit annos decem, & menſes duos cum dimidio: annos natus 42 & dimidium. Oravit pro eo Haron Raſjidus filius ejus.* Forma. *Formam ejus quod attinet. Fuſcus fuit, procerus, formoſa facie, flavus, in oculo ſuo dextero habens albuginem.* Natura. *Quod ad naturam. Strenuus fuit, liberalis, & munificus. populo carus ob benignitatem, & quod illatas injurias auctoribus ſuis repēderet, juſtus eſſet, & à ſanguinis effuſione abſtineret. negotia ſua ipſe adminiſtrans, multus in præfecturarum largitione*

القسطنطينية ثلاث سنين ولما عاد من الغزو بايع والده المهدي بولاية العهد بعد موسي الهادي ولده الرشيد هرون وكان قبل ذلك قد خلع ابن عمه عيسي بن موسي بن محمد من ولاية عهده ۞

قال وفي هذه السنة جد المهدي في طلب الزنادقة فقتلهم وممن اتهم بالزندقة صالح بن عبد الله القدوس ويسار بن يرد ويقال ان المهدي انما قتل يسار لقوله يهجوه ۞

خليفة مر في نعايه بالدف والصولجان *
ابدلنا الله به غيره ودس موسي في حر الخيزران *

ولقوله ايضا في يعقوب بن داود وزيره *

بنوا اميه هبوا اطال نومكم ان الخليفة يعقوب بن داود *
ضاعت خلافتكم يا قوما فالتمسوا خليفة الله بين الدف والعود *

قال وفي سنة سبع وستين ومايه صرف المهدي ابرهيم بن صالح عن امره مصر وولاها موسي بن مصعب وفي سنة ثمان وستين وماية قتل بن مصعب امير مصر في شوال فقام بامره مصر خليفته عامر بن عمر الي ان قدم الفضل بن صالح بن عبد الله بن العباس اميرا علي مصر من قبل المهدي في سنه ثمان وستين وماية ۞

قال وفي سنة تسع وستين وماية توفي امير المومنين المهدي بقريه من قري ماسبذان لثمان بقين من المحرم ولم يوجد له نعش يحمل عليه فحمل علي باب ودفن تحت شجرة جوز وكان يجلس عندها ومدة خلافته عشر سنين وشهرين ونصف وعمره اثنين واربعين سنة ونصف وصلي عليه ولده هرون الرشيد * صفته اسمر طويلا حسن الوجه مصفرا بعينه اليمي بياض وسيرته جازما جوادا وصولا محببا للناس لكرمه ورده المظالم الي اهلها وعدله وكفه عن سفك الدماء يباشر الامور بنفسه كثير الولاية والعزل

خشيه من استيلا الولاة على الرعية والممالك ورد كثير مما اخذه ابوه من الاموال واطلق من كان في السجون وزاد في المسجد الحرام وبني العلمين اللذان يسعي بينهما * لما حج بالناس دخل الكعبه ومعه المنصور الحجبي قال له المهدي سل حاجتك فقال اني استحي ان اسال في بيته غيره فلما خرج ارسل له بعشرة الف دينار * ويقال انه دخل الي المهدي مروان بن ابي حفص فانشده قصيدته التي اولها ۞

صحي بعد جهل واستراحت عواذله *

فقال له المهدي كم هي بيتا فقال سبعون بيتا فامر ان يعطي عن كل بيت الف درهم فقال له مروان اسمع مني يا امير المومنين ابياتا قلتها الساعة فقال له هات ۞

كفاكم بعباس ابي الفضل والندا
وما من اب الا ابو الفضل فاضله *
كان امير المومنين محمدا ابو جعفر
في كل امر نحاوله *
اليك فصرفا الصف من
صلواتنا نسرا شهرا بعد شهر نحاصله *
فلا نحن نخشي ان تخيب مسيرنا
اليك ولكن اهي البر عاجله *

فتبسم المهدي وقال عجلوها له فحملت اليه من ساعته ۞

قال وكان وزراوه معويه بن عبد الله الاشعري ثم صرفه واستوزر يعقوب بن داود بن طهمار فعلت منزلته عنده الي الغاية وصير الامور كلها اليه علي الاطلاق ثم عزله وحبسه في المطبق ولم يزل محبوسا الي ان مضت خمس سنين من خلافة الرشيد هرون فاطلقه بعد ان كف بصره فاقام بمكه حتي مات وقيل انه انما حبسه لانه قد سلم اليه شخصا من

& ereptione, quod metueret ne præfecti populorum ſe & regnorum dominos facerent. Plurimū quoq; pecuniæ quam pater ejus acceperat, reſtituit. Liberos etiā dimiſit vinctos è carceribus. & amplificavit templum Meccanum, atq; extruxit duos illos parietes inter quos ambulatur. Peregrinatus aliquando cum hominibus ingreſſus eſt Caabam, habens apud ſe Manſorē Hagjanæum, eique dixit, Pete quod deſideras. At ille, Egregium Almātoris apophtegma. *Pudet me, inquit, petere in domo ejus aliud ab eo. unde egreſſus Mahadis decem mille aureos ei miſit. Dicitur quoque Merwan f. Abuhafaſi ingreſſus ad Mahadim ei recitaviſſe carmen ſuum cujus initium eſt,* Amor Poeticos.

Redijt ad ſe, poſt ignorantiam, & quieverunt culpatores ejus.

Quum autem Mahadis quæſiviſſet quot diſticha eſſent, atq; is reſpondiſſet, Septuaginta, juſſit ei pro ſingulis diſtichis mille dari ſtateres. Merwan autem dixit, Audi à me, ô fidelium Imperator, diſticha quæ nunc dicam. reſponditque Mahadis, Profer.

Sufficit vobis in Abbaſe Pater excellentiæ, & liberalitas; cum nullus pater, præter patrem excellentiæ, excellentem faciat eum.
Fuit Imperator fidelium Muhammed Abugjafar in omni negotio eum petit.
Proponimus tibi ſeriem precum noſtrarum, menſe poſt menſem, an conſequetur eum.
Non nos timemus ne fruſtres itionem noſtram ad te; verum optime promiſſis ſtat, qui feſtinat.

Mahadis autē ſubridens dixit, feſtinate eos dari illi, atque ilico ei nummi allati ſunt.

Conſiliarij ejus fuerūt Muavias f. Abdallæ Aſjaræus. Officiales. *At hoc remoto ſumpſit Iacobum f. Davidis f. Tahmari: cujus dignitas in immenſum apud eum excrevit, ita ut ei negotia ſua in univerſum omnia committeret.* Hiſtoria Iacobi f. Davidis. *At deinde eum depoſuit, & in carcerē conjecit: ubi manſit donec quinq; anni Imperij Haronis Raſjidi elapſi ſunt. Is enim tunc eum dimiſit liberum, cum jam viſus eum defeciſſet: manſitque Meccæ, donec obijt. Dicitur autem eum in carcerem conjeciſſe, propterea quod tradiderat ei hominem Ylwæum,*

Vlwæum, quem & juſſerat interfici. At Iacobus Conſiliarius favens Vlweo, eum dimiſit. quod ut intellexit Chalifa, miſit ilico in vias, eumque prehendit, & apud ſe poſuit: ac juſſum adeſſe Conſiliarium rogavit, quid de eo factum eſſet. is autem cum dixiſſet, ſe eum occidiſſe, Chalifa ait. Iura id per caput meum. Atque ille juravit. & fecit Chalifa adeſſe Vlwæum: quem ut vidit Conſiliarius, loqui non potuit. Iuſſitque eum in carcerem conjici, ubi manſit tempus jam commemoratum. In locum autem ejus ſuffecit Cabadum f. Salihi.

Iudices ejus fuerunt Muhammed f. Abdallæ f. Alafæ, & Afias f. Iezidi, qui ambo ſimul judicaverunt, in Templo firmo, Bagdadi. Ianitor ejus fuit Salamus Abwaſjus, & Fadlus f. Rabiæ, f. Ionæ. Symbolum *Symbolum ſigilli ejus.* Sufficientia mea Deus.

Imperium. *Ait Chronologus tempus imperij ejus duraviſſe annos decem, & 45 dies, quorum primus fuit Solis, & ultimus Mercurij: elapſis annis Hegiræ 168, & diebus 22. annis autem ſolaribus Mundi 6276, menſibus 11 & diebus 10.*

العلوية وامره بقتله وكان الوزير يعقوب يميل الي العلوي فاطلقه فبلغ الخليفة ذلك فسير لوقته الي الطرقات فظفر بالعلوي فجعله عنده واحضر الوزير وساله عنه فقال قتلته فقال احلف براسي فحلف فاحضر العلوي فلما راه الوزير امتنع عليه الكلام فامر به الي المطبق فاقام المدة المذكورة ووزر بعده الفيض بن صالح ۞

قال وقضاته محمد بن عبد الله بن علاثة وعافية بن يزيد كانا يقضيان معا في مسجد الرصافة ببغداد * حاجبه سلام ابوشن والفضل بن الربيع بن يونس * نقش خاتمه حسبي الله ۞

قال المورخ والذي تحررت عليه مدة ولايته عشر سنين وخمسة واربعين يوما اولها يوم الاحد واخرها يوم الاربعا لتتمة ماية ثمان وستين سنة واثنين وعشرين يوما للهجرة * لتمام ستة الف ومايتي ست وسبعين سنة واحد عشر شهرا وعشرة ايام شمسية للعالم ۞

CAPVT QVINTVM.

Quartus Abbaſidarum, & Chalifa vigeſimus quintus, MVSA ALHADIS, filius Mahadis, f. Abugjafaris Almanſoris.

الرابع من الخلفا العباسيين وهو الخامس والعشرون الهادي موسي بن المهدي بن ابي جعفر المنصور *

MATER *ejus fuit Hinzarana, filia Atai ſervi patris ejus; quæ plurium Chalifarum mater fuit. Natus autem eſt Horaſjæ, & creatus Chalifa eo die quo obijt pater ejus, 22 ſcil. Muharrami, anni 169, eratque eo tempore Gjorgjanæ, bellum gerens cum Tabraſtanis, & inauguratus eſt Maſeidanæ. Deinde & frater ejus Haron Raſjidus inaugurationem ei procuravit Bagdadi: miſitque ad eum, conſolans eum, & Chalifatu lætificans. Mox Bagdadum venit, diſpoſitis vectus equis, & occurrit ei populus, atque fidelitatem juravit.*

Eodem anno removit Alhadis præfectura Ægypti Fadlum f. Salihi, eamque commiſit

امه الخيزران بنت عطا مولي ابيه وهي ام الخلفا مولده جرش بويع بالخلافة يوم توفي والده وهو يوم الاربعا لثمان بقين من المحرم سنة تسع وستين ومايه وكان اذ ذاك مقيما بجرجان يحارب اهل طبرستان فبويع له بماسيذان ثم اخذ له اخوه هرون الرشيد البيعة ببغداد وبعث اليه يعزيه ويهنيه بالخلافة فقدم معجلا بغداد علي خيل البريد فتلقاه الناس فبايعوه ۞

قال وفي هذه السنة عزل الهادي الفضل بن صالح عن امرة مصر وولاها

Ali

علي بن سليمان بن علي بن عبد الله
العباس ۞
قال وفي سنة سبعين ومائة عزم الهادي
علي خلع اخيه الرشيد هرون من ولا
عهده ونقلها الي ولده جعفر بن الهادي
فعاجله القضا وحال بينه وبين مراده ۰
قال وفي هذه السنة توفي موسي
الهادي ببغداد ليلة الجمعة لاربع عشرة
ليلة خلت من شهر ربيع الاخرة وصلي
عليه اخوه هرون الرشيد فكانت خلافته
سنة واحدة وشهرين واثنين وعشرين
يوما وعمره اربع وعشرين سنة وقيل خمس
وعشرين سنة * قيل ان امه الخيزران
قتلته وسبب ذلك انه اتصل به ان اكابر
المدينة يترددون اليها في حوائجهم
فكانت تثقل عليه في ذلك فاستحضرها
فقال لها ان بلغني ان احدا وقف ببابك
من خاصتي ضربت عنقه فكفي عن هذا
فانصرفت ما تعقل ولم تنطق عنده بحلوة
ولا بمرة وقيل انه ارسل اليها اوزة مسمومة
قال استطيبتها فكلي منها فخافت ان
يكون فيها ما تكرهه فجاوا بكلب
فاكل منها فتساقط لحمه فارسل اليها لو
اكلتي منها لكنتي قد استرحتي منها *
فلما مرض واشتد مرضه وضعت علي
وجهه مخدة وجلست عليها حتي مات ۞
وقيل انه لما عزم علي قلع اخيه الرشيد
هرون كلمه يحيي بن خالد بن برمك
وزير الرشيد فقال يا امير المومنين ان
حملت الناس علي نكث الايمان
هانت عليهم ايمانهم وان تركتهم علي
بيعة اخيك ثم بايعت لولدك بعده
كان ذلك اوكد للبيعة فان فعلت
خلافه وكان الامر الذي اسال الله
عز وجل الا ابلغه وان يقدمنا قبله فان
الناس لايرضون بولدك لصلاتهم وحجهم
وغزوهم وهو لم يبلغ الحلم ولا تامن
ان يسموا اليها اكابر اهلك مثل فلان
وفلان فيخرج من بيتك * قال والله
لقد نبهتني يا يحيي علي امر لم اذكره
له وتركه ۞

Ali f. Suleimanis, f. Alis, f. Abdallæ, f. Abbaſi.

Anno 170 ſtatuit Alhadis abdicare ſocietate fœderis ſui fratrem ſuum Haronem Raſjidum, eamque transferre in filium ſuum Abugjafarem, f. Alhadis: ſed obruens eum mors propoſitum ejus irritum fecit. Cœpit 3 Iulij. A.C. 786.

Eodem anno obijt Muſa Alhadis, Bagdadi, die Veneris, decimo quarto Rabij poſterioris: oravitque pro eo frater ejus Haron Raſjidus. Imperavit annum unum, menſes duos, & dies 22. annos natus 24, aut, ut quidam ajunt, 25. Dicitur a. mater eum ſua necaviſſe: ejuſque cauſa hæc eſſe. Intellexerat ille primores regni aliquid deſiderantes ad eam accedere: cumq; ea moleſta illi eſſet, eumque ad id induceret, dixit tandem ei, Si intelligam ego quemquam, mea cauſa, in porta tua ſtare, is capite plectetur. itaque deſiſte hoc facere. vnde illa diſcedens, ægra animo, nec ſuavia, nec amara ad eum loquuta eſt. Diciturque ille ei miſiſſe anſerem veneno infectum, atq; dixiſſe, Experire an bonus ſit, atque ede de eo. verum cum illa timeret ne quid in eo eſſet, quod averſaretur, adductus eſt canis, qui cum guſtaviſſet eum, concidit corpus ejus. Ille autem ad eam miſit, dicens, Si de eo comediſſes, refecta utique eo fuiſſes. Cumque ille deinde ægrotaret, morbuſque ejus ingraveſceret; impoſuit illa faciei ejus pulvinar, eique inſedit, donec expiravit. Obitus Alhadis, ejus cauſa.

Ajunt quoque ei de fratris ſui Haronis Raſjidi depoſitione cogitanti dixiſſe Iahjã f. Chalidis f. Barmaci Conſiliarium Raſjidi, O fidelium Imperator, ſi feceris populum frangere datam fidem, vileſcet ei ſua fides. Sed ſi reliqueris ei fidẽ juratam fratri tuo, & deinde eam ſumas filio tuo, firmor erit. Contrarium autem ſi feceris, id utique continget, quod Deum Opt. Max. oro ne me vivo fiat: meque ante eripiat. Non enim filium tuum admittet populus ad orationem ſuam, peregrinationem, & bellum; cum nondum adoleverit. Neque crede fore ut creationi ejus ſuffragentur primores populi tui, quales ſunt ille, & ille. Atque ita eijcietur è domo tua. Reſpondit Alhadis. Per Deum, docuiſti me, Iahja, id quod non conſiderabam. & reliquit eum. Prudentiſſimum Iahjæ conſilium.

Anno

Forma. *Quod ad formam ejus attinet. Formoſus fuit, candidus, tinctus rubedine, procerus, corpulentus, magno ore, contrahens labrum ſuperius.* Natura. *Quod ad naturam. Fortis, & magnanimus, liberalis, difficilis petitionis. Ajunt eum die quodam, cum recitaſſet carmen hoc,*

Iverunt in campos haſtæ eorum in
Rodainum directæ.

dixiſſe, Deſidero ego carmen ad hunc modum factum, & juſſiſſe accerſi poetam dictum Ioſephum Socailum, qui dixit

Ne reprehende me: Dominus enim
meus per arenoſum deſertum iter
facit, ad acquirendum robur.
Et vę mihi ſi quod inter nos eſt peragrat ad comminutionem.
Nam Muſa per excellentiam ſuam
congregavit bonum univerſum.

Dixitq́ Alhadis, Date ei decem ſtateres: & factum eſt ſicuti juſſit. Officiales. *Conſiliarij ejus fuerunt Rabius f. Ionæ; hinc Omar f. Rabij. Iudices Abu-Ioſephus Iacobus f. Ibrahimi, familiaris Abuhaniſæ, fel. mem. in tractu occidentali: & Saïdus f. Abdurrahmanis in tractu orientali. Ianitor ejus fuit Fadlus f. Rabij. Symbolum ſigilli ejus* Deus eſt dominus meus.

Imperium. *Secundum Chronologum duravit imperium ejus annum unum, & dies 52: quorum primus dies fuit Iovis, & ultimus Veneris: elapſis annis Hegiræ 169, & diebus 74: annis autem ſolaribus mundi 6278, & diebus 18.*

Res Chriſtianorum. Patriarcha Alexandrinus. *Anno autem primo Chaliſatus ejus conſtitutus eſt Abuna Iohannes Patriarcha Iacobitarum Alexandriæ, die 16 Tubæ, ſeditque annos 13, & mortuus eſt die 16 Tubæ, anni Diocletiani 515. Diciturque dies nativitatis ejus, Patriarchatus, & mortis fuiſſe 16 Tubæ, uti traditur in Vitis Patriarcharum. Fuitque ejus tempore Eccleſia in quiete, & pace. Ipſe autem fuit amans eleemoſynarum, multaque commiſerationis. Et cum ejus tempore magna eſſet annonæ caritas, ipſe rationem habuit pauperum, neque paſſus eſt eos re ulla indigere.*

Antiochenus. *Antiochiæ autem, mortuo Davide, qui violenter ſedem occupaverat, reverſus*

قال صفته جميل الصورة ابيض تعلوه حمرة طويلا جسيما افوه بشفته العليا يقلص * سيرته شجاعا مقداما جوادا صعب المرام ويقال انه انشد يوما شعرا

واسهلت رماحهم بالرديي شرعا *

ثم قال اشتهي شعرا يكون في وزن هذا فاحضر شاعرا يقال له يوسف الصقيل فقال في ذلك ۞

لاتلمني ان اجزعا سيدي قد تمنعا *
وابلاي ان كان ما بيننا قد تقطعا *
ان موسي لفضله جمع الحسن اجمعا *

فقال الهادي اوفروا له بعشرة دراهم ففعلوا كما امر * وكان وزراوه الربيع بن يونس ثم عمر بن الربيع وقضاته ابو يوسف يعقوب بن ابرهيم صاحب ابي حنيفه رحمه الله بالجانب الغربي وسعيد بن عبد الرحمن بالجانب الشرقي حاجبه الفضل بن الربيع * نقش خاتمه الله ربي ۞

قال المورخ ان مدة ولايته سنة واحدة واثنين وخمسين يوما اولها يوم الخميس واخرها يوم الجمعة لتتمة ماية وتسعة وستين سنة واربعة وسبعين يوما للهجرة ولتمام سنه الف ومايتي ثمان وسبعين سنة وثمانية عشر يوما للعالم شمسية ۞

قال وفي اول سنة من خلافته قدم ابنا يوحنا البطرك لليعاقبه على الاسكندرية في اليوم السادس عشر من طوبه واقام ثلاث عشرة سنة ومات في سادس عشر طوبه سنة خمس ماية وخمس عشرة لدقلاديانوس وقيل كان يوم مولده ويوم بطركيته ويوم وفاته الجميع سادس عشر طوبه علي ما ذكر في سير البطاركه * قال وكانت البيعة في ايامه في هدو وسلامة * وكان محبا للصدقه كثير الرحمة وكان في ايامه غلا عظيم وكان يقوم بالمحتاجين ولا يدعهم يعجزون شيا ۞

واما كرسي انطاكية فلما مات داود الذي اغتصب الكرسي بانطاكية

عـــاد جرجس اليه وذلك بطول عشرة سنين معتقل ولمــا تقدم الاب يوحنــا كتب له سنوديقا ووصل اليه الجواب باتحـــاد الكنيسة * ولمــا تنيح الاب جرجس صير عوضه انسان قديس اسمه كرياقوس بطركا ـــعلى انطاكية وكتب سنوديقا وسيره الي الاب يوحنا فقبله وفرح به وكتب له الجواب عنه باتحاد البيعة المقدسه ۞

in eam eſt Georgius, idque poſt decem annorum incarcerationem. Cumque Pater Iohannes Patriarcha conſtitutus eſſet, ſcripſit ad eum ſynodicam, qui reſponſum ei miſit, in unitate eccleſiæ. Vita autem defuncto Georgio, in locum ejus ſuffectus eſt, & Antiochenus Patriarcha conſtitutus, vir quidã ſanctus, nomine Syriacus. Hic ſynodicam quoq; ſcripſit & miſit ad Patrem Iohannem, qui cum gaudio eam recepit, illiq; reſponſum miſit, in unitate ſanctæ eccleſiæ.

CAPVT SEXTVM.

الخامس من الخلفــا العباسيين وهو السادس والعشرون الرشيد هرون ابو جعفر وقيل ابو محمد هرون ابن المهدي بن ابي جعفر المنصور *

Quintus Abbaſidarum, & Chalifa vigeſimus ſextus, ABVGJAFAR HARON RASJIDVS, qui & dictus fuit Abu-Muhammed Haron, filius Mahadis, fil. Abugjafaris Almanſoris.

وامه الخيزران ام اخيه الهـــادي بويع له بالخلافة في اليوم الذي توفي فيه اخوه الهادي وهو يوم الجمعة * قال ولد في تلك الليلة المامون بن الرشيد هرون وكانت ليلة عجيبة مات فيها خليفة وولد خليفة * ولمــا بويع للرشيد قلد يحيي بن خالد بن برمك وزارته وكان يخـــاطبه بالابوه فيقول له يـــا ابة * قال حين استوزره قد قلدتك امورا واخرجتها ذلك من عنقي اليك فاحكم بمـــا تراه فقال في ذلك بعض الشعرا ۞

MATREM *habuit Hinzaranam, quæ & mater fratris ejus Alhadis fuit. Creatus eſt Chalifa eo die quo obijt frater ejus Alhadis, qui Veneris fuit. Atque eodem die natus eſt Almamon f. Haronis Raſjidi: fuitque dies admirabilis, quo mortuus eſt Chalifa, & Chalifa natus. Raſjidus autem Chalifa factus, Iahjam f. Chalidis, f. Barmaci, Conſiliarium ſuum conſtituit, & patrem ſuum appellavit, cumque Conſiliarium eum faceret, dixit, Negotijs te meis præficio, eaque à cervice mea in te conijcio: itaque ea adminiſtra, ut viſum tibi fuerit. qua de re Poëta quidam;*

الم تران الشمس كانت سقيمة *
فلما ولي هرون اشرق نورهـــا *
فهرون واليها ويحيي وزيرهـــا *

An non vides quod ſol fuit æger,
Et Harone Chalifa facto, lux ejus apparuit?
Haron utique Dominus ejus eſt, & Iahja Conſiliarius.

قال وفي هذه السنة ولد محمد الامين بن الرشيد هرون من بنت عمه جعفر واسمها امة الواحد وقيل امة العزيز وتلقب زبيدة بنت جعفر بن ابي جعفر المنصور وذلك بعد خلافته تسعة اشهر ۞

Eodem anno natus eſt Muhammed Alaminus filius Haronis Raſjidi, è filia patrui ejus Gjafaris, (quæ vocabatur Amat-ulwahidis, aut ſecundum alios, Amat-ulazizis, & cognominabatur Zebeida filia Gjafaris, filij Abugjafaris Almanſoris) idque poſt novem menſes quam Chalifa factus eſt. Alaminus naſcitur.

قال وفي سنة احدي وسبعين ومائة ولي الرشيد مصر موسي بن عيسي بن موسي بن محمد بن ـــعلي الهاشمي ۞

Anno 171 præfecit Raſjidus Aegypto Muſam f. Iſæ, f. Muſæ, f. Muhammedis, f. Alis, Haſjemæum. Cœpit 22 Iunij. A.C. 787.

Anno

Cœpit 11 Iunij A.C. 788.

Abdurrahman Rex Hiſpaniæ moritur. Succedit Hisjamus.

Anno 172 obijt Abdurrahman fil. Muaviæ, fil. Hisjami, fil. Abdulmelici, fil. Merwanis Amawæus, Rex Hiſpaniæ; ut regnaverat 32 annos, & aliquot menſes: & Chalifatui in illis tractibus præfectus eſt filius ejus Hisjamus f. Abdurrahmanis.

Gubernatores Aegypti.

Eodem anno removit Rasjidus gubernatione Aegypti Muſam f. Iſæ, eamque dedit Muſlimæ f. Iahjæ: tributo ejus præficiens Amrum f. Mahrani. Deinde autem, depoſito Muſlima, in locū ejus ſuffecit Muhammedem f. Zaharis. & hoc etiam remoto, anno 173, Iezidum f. Hatemi.

Cœpit 10 Maij. A.C. 791.

Anno 175 præfecit Rasjidus Aegypto Muſam f. Iſæ, f. Muſæ Hasjemæum.

Alaminus deſignatur ſucceſſor in Imperio.

Eodem anno procuravit Rasjidus ut filius ſuus Muhammed Alaminus futurus ei ſucceſſor crearetur, cum natus eſſet annos quinque. qua de re Salimus Hasjerus Poëta.

Placet Deo Chalifa, cum ædificat domū Chalifatus puero hilari vultu.
Ipſe Chalifa eſt à patre ſuo, & avo, qui coram eum viderunt, & alloquuti ſunt.
Inaugurant utique homines & ſpiritus directorem viæ rectæ; Muhammedem fil. Zebeidæ, filiæ Gjafaris.

Quod ut intellexit Zebeida, miſit ad eum, & multa ei largita eſt munera.

Cœpit 28 Aprilis. A.C. 792.

Iahja f. Abdallæ ambit Imperium, ſed infelici ſucceſſu.

Anno 176 prodijt Iahja f. Abdallæ, f. Haſeni, f. Huſeini, f. Alis, f. Abutalibis f. m. in Dailama, arrogans ſibi imperium. Cum autem potentia ejus creſceret, miſit Haron Rasjidus contra eum Fadlum f. Iahjæ, f. Chalidis, f. Barmaci, cum 50 millibus, præficiens eundem Rajæ, Gjorgjanæ, Gjebelæ, & Tabriſtanæ. Hic profectus in Choraſanam ſcripſit ad Iahjam, & blandè cum eo egit, donec ei auſcultavit. Pactus a. eſt Iahja ut Rasjidus contra ſe, ſecuritatis ei concedendæ, teſtes appellaret. quod cum Fadlus ad Rasjidum perſcripſiſſet, is id non recuſavit: ſcripſitq; ei libellum ſecuritatis, teſtes contra ſe appellans pleroſque è Iudicibus & Primoribus regni: eumque miſit ad Fadlum: qui cum muneribus eum & donis ſtatim tranſmiſit ad Iahjam, qui ea accepit.

وفي سنة اثنتين وسبعين ومائة توفا
، الرحمن بن معوية بن هشام بن عبد
ك بن مروان الاموي ملك الاندلس
نت مده مملكته اثنتين وثلاثين
ة واشهر وبويع بعده بالخلافة بتلك
البلاد ولده هشام بن عبد الرحمن ۞
وفيها صرف الرشيد موسي بن عيسي
عن امرة مصر وولاها مسلمة بن يحيي
وعلي خراجها عمرا بن مهران ثم عزل
مسلمة وولي مكانه محمدا بن زهر ثم عزله
في سنة ثلث وسبعين ومائة وولي مكانه
داود بن يزيد بن حاتم ۞
قال وفي سنة خمس وسبعين ومائة
ولي الرشيد امرة مصر موسي بن عيسي
بن موسي الهاشمي ۞
وفيها اخذ الرشيد البيعة لولده محمد
الامين بن زبيدة بولاية عهده وعمره يومئذ
خمس سنين فقال سالم الخاسر الشاعر فيه *
قد وفق الله الخليفة اذ بني بيت
الخلافة للنجاب الازهر *
هو الخليفة عن ابيه وجده شهدا
عليه بمنظر ومخبر *
قد بايع الثقلان مهدي الهدي
محمد بن زبيدة ابنة جعفر *
فبلغ زبيدة ذلك فارسلت اليه بخلع
سنيه وصلات جزيلة ۞
قال وفي سنة ست وسبعين ومائة
خرج يحيي ابن عبد الله بن الحسن بن
الحسين بن علي بن ابي طالب عليهم
السلام بالديلم ودعي الي نفسه واشتدت
شوكته فارسل الرشيد هرون اليه الفضل
بن يحيي بن خالد بن برمك في خمسين
الفا وولاه الري وجرجان والجبال
وطبرستان فمضي الي خراسان وكاتب
يحيي ورفق به الي ان اجابه يحيي وشرط
له ان يشهد الرشيد علي نفسه بالامان
له فكتب الفضل الي الرشيد بذلك
فاجابه وكتب له بالامان واشهد علي
نفسه فيه جماعة من القضاة والاكابر وبعثه
الي الفضل فبعثه الفضل الي يحيي وبعث
معه الطافا وهدايا فقبلها يحيي

وجاء الي الفضل فقدم به الفضل بغداد
فلقاه الرشيد بما احب وامر له بمال جزيل
واجري عليه ارزاقا كثيرة ثم غدر به
بعد ذلك وحبسه وكبله بالحديد ۞

قال وفي هذه السنة عزل الرشيد
موسي بن عيسي بن موسي عن امره مصر
وولاها ابرهيم بن صالح بن علي الهاشمي
ثم صرفه في سنة سبع وسبعين ومائة
وولي عمرو بن مهران فاقام شهرا ثم عزل
واعيد ابرهيم بن صالح ثم توفي وولي
عبد الله بن زهر ابن المبت ثم عزل
وولي اسحق بن سليمان الهاشمي ثم صرف
اسحق في سنة ثمان وسبعين ومائة
وولاها هرثمة بن اعين ثم عزله الرشيد
وسيره افريقية وولي مصر عبد الملك بن
صالح بن علي الهاشمي واستخلف عبد
الله بن المسيب علي الصلاة والخراج ۞

قال وفي سنة تسع وسبعين ومائة
وصل الرشيد الي مكة ومضي الي
المدينة ثم رجع يحج ماشيا ولم يحج
خليفة بعده ۞

قال وفي هذه السنة توفي الامام مالك
بن انس امام اهل المدينة رحمه الله وعمره
تسعين سنة وقيل تسع وثمانين وصلي عليه
بن ابي دويب ۞

وفي هذه السنة عزل الرشيد عبد
الملك بن صالح عن امره مصر وولاها
اخاه عبد الله بن المهدي ثم عزله وولاها
موسي ابن عيسي الهاشمي ۞

قال وفي سنة ثمانين ومائة توفي هشام
بن عبد الرحمن الاموي ملك الاندلس
فكانت مدة مملكته سبع سنين وشهر
وكان عمره احدي وثلاثين سنة فبويع
بالاندلس ولده الحكم بن هشام ۞

وفي هذه السنة عزل الرشيد موسي
بن عيسي عن امره مصر وولاها اخاه
عبد الله بن المهدي مرة ثانية ثم عزله في
سنة احدي وثمانين ومائة وولاها اسمعيل
بن صالح بن علي الهاشمي ۞

وفيها غزا الرشيد بنفسه ارض الروم
في الصائفة ففتح حصن الصفصاف

Hinc Iahja ad Fadlum venit, qui cum eo Bagdadum contendit. Occurritque ei Raſjidus, Maahabæ, & multū ei pecuniæ dari juſſit, plurimiſque eum muneribus affecit. Sed deinde eum feſellit, & compedibus conſtrinxit ferreis.

Eodem anno depoſuit Raſjidus gubernatione Aegypti Muſam fil. Iſæ fil. Muſæ: eique præfecit Ibrahimum fil. Salihi, fil. Alis Haſjemæum. & hoc remoto, anno 177, Amrum f. Mahrani; qui ut menſem unum gubernaverat, depoſitus quoque fuit, & reſtitutus Ibrahimus f. Salihi, et hoc paulo poſt mortuo, præfecit ei Abdallam f. Zahari, fil. Almeiti. & hoc remoto, Iſhacum fil. Suleimanis, Haſjemæum. & hoc depoſito, anno 178 Hazimam f. Ajani. At hunc deinde remotum Raſjidus ablegavit in Africam, Aegypto præficiens Abdulmelicum f. Salihi fil. Alis Haſjemæum. qui loco ſuo Orationi & Tributo præfecit Abdallam fil. Muſabbibi. Gubernatores Aegypti.

Anno 179 venit Raſjidus Meccā, abiitque Medinam, & pedes inde reverſus eſt. Neque ullus Chalifa poſt eum eſt peregrinatus. Cœpit 27 Martij. A.C. 795.

Eodem anno obijt Princeps Melicus f. Anaſi, Princeps populi Medinenſis f. m. annos habens 90: aut, ſecundum alios, 89. oravitque pro eo Abudawibus.

Eodem anno depoſuit Raſjidus Abdulmelicum f. Salihi gubernatione Aegypti, præficiens ei Abdallam f. Mahadis, fratrem ſuum: & hoc deinde remoto, Muſam f. Iſæ Haſjemæum.

Anno 180 obijt Hiſjamus fil. Abdurrahmanis Amawæus Rex Hiſpaniæ, ut regnaverat annos ſeptem; & menſem unum: annos natus 31. Et creatus Rex Hiſpaniæ eſt filius ejus Hakemus fil. Hiſjami. Cœpit 15 Martij. A.C. 796. Abdurrahman Rex Hiſpaniæ moritur.

Eodem anno depoſuit Raſjidus Muſam f. Iſæ gubernatione Aegypti, præficiens ei ſecundò fratrem ſuum Abdallam f. Mahadis: & hoc remoto, an. 181 Iſmaelem f. Salihi, f. Alis Haſjemæum.

Eodem anno ipſe Raſjidus bello adorſus Romanos, oppugnavit Regionem eorum, & vi cepit arcem Saſſafæ: Raſjidus Romanos bello vexat.

&

& peragrans regionem Romanorum, plurima nactus eſt ſpolia, & incolumis reverſus eſt.

Anno 182 præfecit Raſjidus Aegypto Allitum f. Fadli, ſervum Imperatoris fidelium.

Cœpit 12 Februarij. A.C. 799. Harari cædunt Saracenos.

Anno 183 egreſſi è Porta portarum Harari magnam cladem Muſlimis intulerunt: cujus cauſa hæc fuit. Fadlus f. Iahjæ f. Chalidis, f. Barmaci deſponderat ſibi filiam Hacani Regis Hararorum: quæ cum ad eum duceretur, cum magno apparatu, in itinere vita exceſſit: & qui aderant ei comites, ad Hacanum reverſi, dixerunt, Filia tua occiſa eſt. quod ille graviſſime ferens, paravit ſe ad bellum inferendum Muſlimis, & multos è Mauranahara mortales cecîdit.

Muſæ obitus.

Eodem anno obijt Muſa fil. Gjafaris, fil. Muhammedis, fil. Huſeini, fil. Alis, fil. Abutalibis fel. mem. Bagdadi, in carcere Raſjidi. Quin dicitur Raſjidus ſubornaſſe quendam, qui eum interfecerit. Sepultus autem eſt Bagdadi, in latere occidentali, ubi & ſepulchrum ejus viſitur. Hinc Saſiæus ait,

Sepulchrum Muſæ f. Gjafaris theriaca eſt probata.

Reliquit autem octodecim liberos mares, & viginti tres filias.

Cœpit 10 Ianuarij. A.C. 802. Raſjidus Imperium diſtribuit filijs ſuis.

Anno 186 peregrinatus eſt Raſjidus cum filijs ſuis, & magnam pecuniæ vim conſumpſit; atque eleemoſynas multas dedit Meccanis, & Medinenſibus. Diſtribuit quoque imperium tribus filijs ſuis, Muhammedi ſcilicet Alamino, Abdallæ Almamoni & Caſimo Mutamano. atque Alaminum futurum ſibi ſucceſſorem conſtituit, eique dedit Iracam, & Syriam. Huic voluit ut ſuccederet Abdalla Almamon, cui conceſſit quidquid ab Hamadana eſt, ad extremum uſque Orientem. Huic autem, Caſimus Mutamanus, quem præfecit Meſopotamiæ, Tſugouræ, & Awaſimæ. Dixerunt autem hominum alij, Iam ſtabilivit Raſjidus imperium regni. Alij vero. Quin diſſidia inter eos ſparſit; & finis ejus rei terribilis erit. Deinde ſcripſit Raſjidus filijs ſuis Alamino & Almamoni

عنوة وفتح بلاد الروم وغنم غنايم كثيرة وقفل سالما ۞

قال وفي سنة اثنتين وثمانين ومائة ولي الرشيد امرة مصر الليث بن الفضل مولي امير المومنين *

قال وفي سنة ثلاث وثمانين ومائة خرج الخزر من باب الابواب فقتلوا من المسلمين مقتلة عظيمة وكان السبب في ذلك ان الفضل بن يحيي بن خالد بن برمك خطب ابنة خاقان ملك الخزر فحملت اليه بجهاز عظيم فماتت في الطريق فرجع من كان معها من الطراخنة الى خاقان وقالوا ان ابنتك قتلت فحنق لذلك وتاهب لقتال المسلمين فقتل خلقا كثيرا مما وراء النهر ۞

قال وفي هذه السنة توفي الكاظم موسي بن جعفر بن محمد بن الحسين بن علي بن ابي طالب عليهم السلام ببغداد في حبس الرشيد هرون * وقال ان الرشيد دس اليه من قتله ودفن بالجانب الغربي ببغداد وقبره هناك يزار وكان الشافعي يقول *

قبر موسي بن جعفر الدرياق المجرب *

وخلف ثمانية عشر ولدا ذكرا وثلاث وعشرين بنتا ۞

قال وفي سنة ست وثمانين ومائة حج الرشيد باولاده فعدم مالا عظيما وتصدق تصدقات كثيرة علي اهل مكة والمدينة وقسم الارض بين اولاده الثلاثة محمد الامين وعبد الله المامون والقاسم الموتمن فبايع لولده الامين بولاية العهد وجعل له العراق والشام وبعده لعبد الله المامون وضم اليه من همدان الى اقصي المشرق وبعده للقاسم الموتمن وولاه الجزيرة والثغور والعواصم فقال بعض الناس قد احكم الرشيد امر المملكة قال بعضهم بل القي بينهم وعاقبة ذلك مخوفة * ثم كتب الرشيد لابنيه الامين والمامون

لكل منهم كتابـــا اخذ فيه العهد علي
كل واحد منهما العهود المواثيق والشروط
لاخر مدة حياته وشهد بذلك الاكابر
وعلق الكتابين فـي الكعبة واخذ
خطهمـــا انهما التزما بمـــا في الكتاب
جميعه ۞

قـــال وفي سنة سبع وثمانين وماية
كان مقتل جعفر بن يحيي بن خالد
بن برمك وقد اختلف الناس في السبب
الذي دعـــا الرشيد الي قتله ونكبته
البرامكه * قيل ان الرشيد لما حبس
يحيي بن عبدالله بن الحسن بن الحسين
بن علي ابي طالب سلمه الي جعفر بن
يحيي فحبسه ثم استدعي جعفر يحيي
المذكور ليلا فساله عن حاله فقال
له اتقي الله في ولا تتعرض لدمي فيكون
جدي خصمك يوم القيامة فاطلقه وبعث
معه من اوصله الي مامنه فبلغ ذلك
الرشيد فســـال جعفر عنه فقال علي
حاله فقال بحياتي ففطن جعفر فقال
لا وحيـــاتك بل اطلقته لعلمي بـــان لا
مكروه عنده فاظهر الرشيد الاستحسان
لفعله واسرهـــا في نفسه ۞

وقيل السبب ان الرشيد كـــان
لا يصبر عن جعفر ولا عن اخته عبـــاسة
بنت المهدي فزوجه بها ليحل له النظر
اليها ونهاه عن قربها فحمله السكر علي
ان جامعهـــا فحملت وولدت غلامـــا
فبعث به الي مكة خوفـــا من الرشيد
فاطلع الرشيد علي ذلك فقتل جعفر
ونهب اهل بيته ۞

وقيل السبب ان جعفر ابتني دارا غرم
عليهـــا عشرين الف دينار وكـــان
الرشيد لا يمر بضيعة ولا ببستـــان الا
ويقال هذا لجعفر فقتله لذلك * وقيل
السبب انه لحقه منهم ملل ومنا امكنه
ابادهم لاطلاعهم علي اسراره وخاف
ان تبدو منهم غـــايلة فاوقع بهم مـــا
اوقع ۞

ſingulis libellū, quo utriq; ſucceſſionem confirmavit per pacta, fœdera, & cōditiones; in extremum tempus vitæ ejus. atque ea de re teſtatus eſt primores populi. & ſuſpendit libellos illos in Caaba, ſumptis ab illis chirographis, quibus promittebāt, ſe quidquid in toto libello ſcripto eſſet obſervaturos.

Anno 187 occiſus eſt Gjafar f. Iahjæ, f. Chalidis, f. Barmaci. Controverſa autem eſt inter Auctores cauſa, quæ Raſjidum ad eum occidendum, & puniendos Barmacidas movit. Alij ſic ajunt. Cum Raſjidus in carcerem conjiceret Iahjam f. Abdallæ, f. Haſeni, f. Huſeini, f. Alis, f. Abutalibis, tradidit eum Gjafari f. Iahjæ, qui in carcerem eum miſit. Deinde noctu ad ſe vocatum memoratum Iahjam interrogavit Gjafar de ſtatu ejus; qui dixit ei, Time Deum in me, neque ingredere in ſanguinem meum; ne avus meus adverſarius tuus ſit, die reſurrectionis. unde liberum eum dimiſit Gjafar, mittens etiam cum eo quendam qui Phemiam eum perduceret. Hoc ut reſcivit Raſjidus interrogavit Gjafarem de ſtatu ejus; quem hic reſpondit eundem, eſſe. Sed Raſjidus, An ita eſt, ait, per vitam meam? At Gjafar, rem animadvertens, Non, inquit, per vitam tuam; verum liberum eum dimiſi, quod ſcirem, nihil mali eſſe ab eo commiſſum. Raſjidus factum ejus ſe probare ſimulavit: atque id apud ſe reſervavit. Cœpit 30 Decemb. A. C. 802. Gjafar Barmacides occiditur. Cædis ejus cauſa.

Alij cauſam hanc fuiſſe tradunt. Non ferebat Raſjidus abſentiam Gjafaris, neque etiam ſororis ſuæ Abbaſæ filiæ Mahadis. itaque matrimonio eos copulavit, ut illi videre eam liceret: ſed vetuit ne eam attingeret. verum ebrietate impulſus, cum ea concubuit: eaque gravida facta filium peperit, quem Meccam miſit, metu Raſjidi: quod ut reſcivit Raſjidus, occidit Gjafarem, & facultatibus ſpoliavit domeſticos ejus. Alia.

Alij ajunt Gjafarem domum ædificaviſſe viginti mille aureorum impenſis, neque Raſjidum per campum aut hortum tranſire fuiſſe ſolitum, quin ei diceretur, Hæc domus Gjafaris eſt, & propterea eum occidiſſe. Sunt & qui Raſjidum faſtidium eorum cepiſſe dicunt: cumque removere eos non poſſet, quod ſecreta ejus cognoſcerent, &, ne quid mali ab ijs proficiſceretur metueret, eos ita tractaviſſe. Alia. Alia.

Cum

Cum autem Raſjidus eum occidere vellet, miſit ad eum noctu Maſrourum, qui cum eum ad domum Raſjidi adduxiſſet, ei ſignificavit ipſum adveniſſe. juſſitq́; eum Raſjidus caput illius ſibi afferre. cumque bis reverteretur, eum reprehendit, atque objurgavit. Hinc caput ei abſcidit, cum quo & domū Raſjidi ingreſſus eſt: idque menſe Muharramo, die Sabbathi: cum annos haberet 37. Prehendit autem & patrē ejus Iahjam f. Chalidis, & Fadlum filium ejus, omneſq; eorū liberos, miniſtros, & ſervos, atque adeo omnes qui nomen ab ijs trahebant, eoſque in carcerem conjecit; facultates eorum capiens: præter Muhammedem f. Iahjæ, quem non afflixit, quique nihil mali ab eo eſt paſſus; quod abdunde ei conſtaret, ipſum ſe non miſcuiſſe negotio Barmacidarum. Deinde juſſit Raſjidus caput Gjafaris affigi ſuper ponte. truncus autem ejus in partes conſciſſus fuit, quæ ſingulæ portis affixæ ſunt.

Erat autem Fadlus cum patre ſuo Iahja Racæ. Manſitque Iahja, cum filio ſuo Fadlo in carcere, donec ipſe Iahja obijt, anno 196, aut, ſecundum alios, 193. Fuerunt autem Conſiliarij Raſjidi annos 17; Benignitatis, & humanitatis ſummæ, ſicuti notiſſimum eſt. Nec quiſquam eos præceſſit ijs humanior. De his ait Poëta.

Barmacidarū laus.

O filij Barmaci, quam boni vos eſtis,
& tempora veſtra futura!
Mundus erat ſponſa veſtra, nunc
autem, vobis ſublatis, eſt vidua.

Inter cætera autem quæ de ſtatu vitæ Iahjæ filij Chalidis dicuntur, è carmine Laumaſi Nahili, hoc eſt,

Quietem Iahjæ non det anima ejus
pro divitijs.

Dicitur autem mater Gjafaris, poſt cædem ejus, ingreſſa fuiſſe ad Raſjidum (qui honorem ei exhibere, quod lacte ejus nutritus fuiſſet, eamque matrem Raſjidi nominare conſueverat) cumq; ingreſſa ad eum eſſet, honoravit eam, more ſolito: ſeditque coram eo, & dixit, Quod accidit Gjafari, ô Imperator fidelium, judicabit atque examinabit Deus: at Iahja vir ſenex eſt, qui ſervire tibi poteſt: eum autem nunc perdit carcer. &, eductis puerilibus Raſjidi

قال ولما اراد الرشيد قتله بعث
مسرور ليلا فاتي به الي منزل
الرشيد واعلم الرشيد بوصوله فامره ان
ياتيه براسه فعاوده فيه مرتين فشتمه
وانكر عليه فاحتز راسه واتي به الي
منزل الرشيد وذلك في شهر المحرم ليلة
السبت وعمره سبع وثلاثين سنة * وقبض
علي ابيه يحيي بن خالد وعلي الفضل
ولده وجميع ولدهم وعمالهم ومواليهم ومن
كان ينتسب اليهم وحبسهم واستصفي
اموالهم الا محمد ابن يحيي لم ينكبه ولم
يناله منه مكروه لانه صح عنده براته
مما دخل فيه البرامكة ثم امر الرشيد
براس جعفر فنصب علي الجسر وقطعت
جثته فنصب كل قطعة منها علي
باب ۞

وكان الفضل ووالده يحيي بالرقة ولم
يزل يحيي وابنه الفضل محبوسين الي
ان مات يحيي سنة ست وتسعين ومايه
وقيل سنة ثلاث وتسعين ومايه وكانت
مدة وزارتهم للرشيد سبع عشرة سنة
وكانوا في الجود والكرم الي الغاية
كما هو مشهور عنهم ولم يتقدمهم من هو
اكرم منهم وفيهم قال بعض الشعرا ۞

يا بني برمك واها عليكم وعلي
اوقاتكم المستقبلة *
كانت الدنيا عروسا بكم
فهي اليوم بعدكم ارملة *

ومما قيل في يحيي بن خالد في حال
حياته من قصيدة لومس النحيل *

راحة يحيي لشحت نفسه ببذل
المال *

قيل ان ام جعفر دخلت علي الرشيد بعد
مقتل جعفر وكان الرشيد يكرمها
لانه رضع لبنها وكان يسميها ام
الرشيد فلما دخلت عليها اكرمها
علي عادته معها فجلست بين يديه
وقالت يا امير المومنين الذي جري
علي جعفر بقضي الله وقدره ويحيي رجل
شيخ وله عليك خدمة وقد اهلكه
السجن واخرجت ثياب الرشيد

 veſti-

في حال صغره وقالت هذه الثياب التي
ربيتك فيها فقال الرشيد بيتا من
شعر الحماسه ۞
اذا انصرفت نفسي عن الشي لم
تعد عليه بوجه اخر الدهر تقبل *
فقال يا امير المومنين قد قال الشاعر
في هذه القصيده ۞
سيقطع في الدنيا اذا ما تركتني
يمينك فانظر اي كف تبدل *
فاطرق الرشيد فعلمت ان قد
اغاظه الكلام فخرجت ولم يقبل
شفاعتها *

وقيل لما مات يحيى ابن خالد بن
برمك في حبس الرقة وجد في جيبه رقعة
مختومه فحملت الي الرشيد فلما وقف عليها
بكي وقال صدق والله صدق *
قيل كان فيها مكتوب قد تقدم
المدعي والخصم في الاثر والحاكم
لا يحتاج الي بينه * وبالجملة زالت
دولتهم وذهبت اموالهم كانهم لم
يكونوا ۞

قال وفي هذه السنة سار الرشيد
حتي اناخ علي ابواب هرقلة بعساكره
ففتح وغنم واحرق وخرب فساله
نقفور الموادعه علي خراج يحمله في
كل سنة فاجابه الرشيد الي ذلك
وتقرر الامر وعاد الي الرقة وقد وقع
البرد الشديد فنقض نقفور الصلح حين
علم ان المسلمين لا يطيقون العود اليه
من كثرة الثلج وشدة البرد فبلغ ذلك
الرشيد فرجع اليه في اصعب وقت
واشده فاناخ بفنايه فاجار نقفور
الصلح وحمل المال الذي تقرر عليه
فرحل عنه ۞

قال وفي هذه السنة ولي الرشيد امرة
مصر احمد بن اسمعيل الهاشمي ۞

وفي سنة ثمان وثمانين ومائة جهز
الرشيد جيشا يغزون الصايفة فدخلوا
بلاد الروم من درب الصفصاف فخرج
نقفور للقايهم في جيش كثيف
فكانت الكسرة للمسلمين فكسروهم

veſtimentis, Hæc, inquit, veſtimenta ſunt, in quibus te educavi. Raſjidus autem reſpondit verſu Hamaſæ

Cum animus meus à re aliqua averſus eſt, non revertitur ad eam modo alio, in æternum.

Ad quod illa, Atque ait Poëta in eodem carmine, ô fidelium Imperator,

Excindetur è mundo; cum derelinquat me dextra tua. at vide quam ſis accepturus remunerationem.

& Raſjidus ilico caput ſuum demiſit: unde illa cognovit ijs verbis offenſum eum fuiſſe: atque exijt, neque interceſſione ſua quidquam effecit.

Ajunt autem mortuo Iahja f. Chalidis f. Barmaci, in carcere Racano, inventam fuiſſe, in ſinu ejus ſchedulam conſignatam, eamque ad Raſjidum allatam: quam cum legiſſet, flevit, dicens, Verum ait, per Deum, Verum ait. Scriptum autem in ea fuiſſe dicitur. Præceſſit vocatus in jus, & adverſarius ſequitur; Iudex autem non indigebit teſte. *Ne multis: Tranſijt gloria eorum, & bona direpta ſunt, ac ſi non fuiſſent.*

Eodem anno profectus eſt Raſjidus, cum copijs ſuis, donec imminuit portis Heracleæ, diripiens omnia, incendens, atque vaſtans. Petijt autem Nicephorus ab eo pacem, certa ſumma tributum annuum ei pollicens: quod Raſjidus non recuſavit. eoque negotio tranſacto, reverſus eſt Racam. Sed magno oborto frigore, pacem fregit Nicephorus, ſciens Muſlimos reverti ad eum non poſſe, præ nivis copia, & frigoris vehementia. quod audiens Raſjidus, difficillimo tempore ad eum reverſus eſt, eumque arctè preſſit, cervici ejus imminens. unde Nicephorus pacem probavit; attulitque pecuniam à ſe promiſſam. Et tunc ab eo diſceſſit.

Nicephorus Imperator pacem cum Muſlimis facit, eamque frangit.

Eodem anno præfecit Raſjidus Aegypto Ahmedem f. Iſmaelis, Haſjemæum.

Anno 188 miſit Raſjidus exercitum bellum illatum Romanis: qui Regionem Romanorum ingreſſus eſt, per portam Safſafæ. At prodijt Nicephorus, cum magno exercitu; eis in occurſum, ceſſitque victoria Muſlimis, qui eos vicerunt.

Cœpit 15 Decemb. A.C. 803.

Muſlimi Romanos vincunt.

Et

Et vulneratus fuit Nicephorus tribus vulneribus, ac Romanorum 40 millia ſunt cæſa. Muſlimi autem, multis acceptis ſpolijs, ſalvi reverſi ſunt.

وجرح نقفور ثلاث جراحات وقتل من الروم اربعون الفا وغنم المسلمون شيا كثيرا وعادوا سالمين ۞

Cœpit 8 Decemb. A. C. 804. *Anno 189 removit Rasjidus gubernatione Aegypti Ahmedem f. Iſmaelis Haſjemæum, præficiens ei . . . qui filius Zeneibæ dicebatur, & , hoc depoſito, Haſenum f. Gjamili Azdæum.*

قال وفي سنه تسع وثمانين وماية صرف الرشيد عن امره مصر احمد بن اسمعيل الهاشمي وولاها ... المعروف يابن زبيده ثم عزله وولاها الحسن بن جميل الازدي ۞

Cœpit 27 Novemb. A.C. 805. *Anno 190 bellum movit Rasjidus Romanis, cum centum & triginta quinque millibus, præter ſpontaneos, atque eos qui libellum non habebant: & diſtribuit copias ſuas atque cohortes per Romanorum regionem: cepitque Heracleam, & incendio eam delevit. Cepit quoque arces Sacalibam, Riſiam, & Saſsafam; itemque Coloniam. Ajunt autem eum ex Heracleæ civibus captivos abduxiſſe ſedecim millia. Miſitque Nicephorus tributum ad Rasjidum, & pacem cum eo fecit: qui pactus eſt cum illo, ne Heracleam reſtauraret.*

Muſlimi oppugnant regionem Romanorum.

قال وفي سنة تسعين وماية غزي الرشيد الصايفه في ماية الف وخمسة وثلاثين الفا سوي المطوعه ومن لا ديوان له وبث الجيوش والسرايا في ارض الروم وفتح هرقله وسبي اهلها وحرقها وفتح حصن الصقالبة وحصن ريسيه وحصن الصفصاف وقلونيه ويقال ان الرشيد سبي من اهل هرقله ستة عشر الفا وبعث نقفور بالخراج الي الرشيد فصالحه وشرط عليه انه لا يعمر هرقله

Capiunt Cyprum. *Deinde miſit Rasjidus exercitum in Cyprum, per mare, eamque oppugnavit, & vaſtavit, multos ex incolis ejus captivos abducens. Hinc pax facta eſt, promiſſo tributo.*

ثم جهز الرشيد جيشا الي قبرص في البحر فغزوها وهدموها وسبوا من اهلها جماعة فصالحوا علي اداء الجزية ۞

Eodem anno præfecit Rasjidus Chaſibum f. Abdulhamidæ tributo Aegypti. Atque hic ille eſt de quo Abunawas

Cum non inviſatis terram Chaſibi,
ô equites noſtri, quem puerum
poſt Chaſibum inviſetis?
Non eſt vicina ei liberalitas, neque
habitat propè eum, ſed vadit liberalitas quò vadit.
Puer emit egregiam domum, pecuniâ ſuâ; & ſcit circulos circumire.

وفي هذه السنة ولي الرشيد الخصيب بن عبد الحميد خراج مصر وهو الذي قال فيه ابو نواس ۞

اذا لم تزر ارض الخصيب ركابنا
فاي فتي بعد الخصيب تزورون *
فما جاره جود ولا حل دونه ولكن
يصير الجود حيث يصير *
فتي يشتري حسن الثنا بماله ويعلم
ان الدايرات تدور *

Cœpit 16 Novemb. A.C. 806. *Anno 191 removit Rasjidus præfectura tributi in Aegypto Chaſibum, eamque conceſſit Haſeno f. Gjamili. ita ut hic tributo ſimul & bello in Aegypto præfuerit.*

قال وفي سنة احدي وتسعين وماية عزل الرشيد الخصيب عن خراج مصر وضم الخراج الي الحسن بن جميل فصار اليه الحرب والخراج بمصر ۞

Alis f. Iſæ. *Eodem anno removit Rasjidus Alim f. Iſæ f. Mahani gubernatione Choraſanæ, præficiens ei Hazimam f. Ajani, ut oppreſſionem illius & tyrannidē intellexerat. Hazimas autem ei præfectus, prehendit Alim f. Iſæ f. Mahani, eumque vinctum miſit ad Rasjidum.*

قال وفيها عزل الرشيد علي بن عيسي بن ماهان عن خراسان وولاها هرثمه بن اعين لما بلغه عن ظلمه وجوره ولما تولاها هرثمه قبض علي علي بن عيسي بن ماهان وسيره موثقا الي الرشيد ۞

Anno

قال وفي سنة اثنتين وتسعين ومائة عزل الرشيد الحسن ابن جميل عن امرة مصر وولاها ملك بن دلهم ثم صرفه في سنة ثلاث وتسعين ومائة وولاها الحسن بن التحتاح بن التحتكان ولم يزل اميرا عليها الي ان توفي الرشيد هرون بطوس ليلة السبت لثلث خلون من جمادي الاخرة ودفن بطوس وصلي عليه عيسي بن جعفر وكانت خلافته ثلاث وعشرين سنة وشهر وتسعة عشر يوما وكان عمره سبع واربعين سنة وشهر وقيل ثمان واربعين سنة * وصفته كان جسيما وسيما ابيض طويلا مسمنا قد وخطه الشيب له وفرة ادحج حلقها * وسيرته كان من اكرم الخلفا واجودهم ولسيما في المدح لانه كان شديد الشغف بالشعر الجيد وسماعه والاجارة عنه وكان شجاعا مقداما كثير الغزو الحج وحج ثمان حجات في خلافته وقيل تسعا وغزا ثمان غزوات وكانت له قلنسوه ومكتوب عليها حاج غاز وكان حسن العقيدة يصلي كل يوم مائة ركعة وتصدق كل يوم من صلب ماله بمائة درهم وكان اذا حج حج معه مائة من الفقهاء واذا لم يحج احج ثلثمايه رجل بالنفقه السابغه والكسوة الطاهرة ولم يجتمع بباب احد من الخلفا من الوزرا اي القضاه والمحدثين والعلماء والادبا والشعرا ما اجتمع بباب الرشيد * وحكي الاصمعي عنه قال دخلت علي الرشيد يوما ودموعه تسيل على لحيته وهو ينظر في كتاب فرماه الي واذا فيه شعر ابي العتاهية وهو ۞

هل انت معتبرا بمن حربت عليه
عداعساكره *
وبمن اذل الدهر مصرعه فتبرات
منه عسايره *
وبمن خلت منه اسرته وبمن خلت
منه بنابره *
درست محاسن وجهه وبهي *

Anno 192 depoſuit Raſjidus Haſenum f. Gjamili gubernatione Aegypti, & præfecit ei Melicum f. Dalhami: & hoc remoto, anno 193 Haſſanum f. Tahtahi, f. Tahtacani, qui Præfectus manſit Aegypti, donec obiit Haron Raſjidus, Tuſi, die Sabbathi, tertio Gjumadæ poſterioris. Sepultus a. & Tuſi eſt, & oravit pro eo Iſa f. Gjafaris. Imperavit annos 23, menſem unum, & dies 19, annos natus 47, & menſem unum, aut, ut ajunt alij, annos 48. Quod ad formã ejus attinet. corpulentus fuit, pulcher, candidus, procerus, obeſus, jam incipiens caneſcere. comam alebat, eamque, cũ peregrinaretur, abradebat. Quod ad naturam. ſumma inter Chalifas fuit humanitatis, & liberalitatis, (maximè in Poëtas, vehementer enim delectabatur bonis verſibus, eorumque auditu, & imitatione.) fortis, & magnanimus, multi certaminis, & peregrinationis, ita quidem ut octo, aut, ſecundum quoſdam, novem, durante Chalifatu ſuo, peregrinationes confecerit, & octo quoque certamina commiſerit. habuitque galeam cui inſcriptũ erat Peregrinans fortis eſt. *Fuit quoque magnæ devotionis; ſingulis diebus centum orans ingeniculationibus, & de ſua pecunia, ſingulis diebus, centum ſtateres pauperibus erogans. Cumque peregrinaretur, peregrinari ſolebant cũ eo centum docti. cum a: non peregrinaretur, trecentos homines ad peregrinationem inſtruxit, ſumptus ijs ſuppeditans ſufficientes, & veſtes mundas. Neque in aula ullius Chalifæ tot convenerunt Conſiliarij, Iudices, Docti, Eruditi, & Poëtæ, atque in aula Raſjidi. Narrat de eo Aſmagæus, dicens. Cum ingreſſus die quodam eſſem ad Raſjidum, lacrymæ ejus in barbam defluebant, ipſo inſpiciente librum, quem ad me projecit; eratque in eo carmen hoc Abulabahiæ.*

Cœpit 6 Novemb. A. C. 807.

Raſjidi obitus.

ætas.

Forma.

Natura.

An tu exemplum capis ab eo quem
lugent hoſtes exercituum ejus?
Aut ab eo cujus luctatorium depreſſit ſeculum, & à quo ſui defecere
conſanguinei?
Aut ab eo quem deſeruerunt amici
patris? aut ab eo quem deſeruerunt familiares ſui.
Perijt pulchritudo faciei ejus, &
ſuperſtes eſt. Vbi

Vbi Reges ſunt & ubi reliqui? Iverunt via qua & tu ibis,
O eligens mundum caducum, & beatum prædicans qui cum eo gloriatur.
Accipe, quod neceſſe eſt te accipere à mūdo: ultimū enim ejus mors eſt.

Aitque Raſjidus, Per Deum, dirigitur hic ſermo ad me, præ cæteris hominibus. Et refert Aſmagæus non multo tempore poſt eum obiiſſe.

Raſjidi morbus. *Ajunt quoque Raſjidum cum exiiſſet Tuſum cœpiſſe ægrotare profluvio ſanguinis, & Medicum ſuaſiſſe eſum gjummari palmarum. Cum autē non eſſent Hulwani niſi duæ palmæ, ſuper clivo Hulwanenſi, Raſjidus alteram excidit, atque, ut gjummarum ejus edit, convaluit. Cumque deinde clivum tranſiret, vidit palmam alteram ſtantem à latere exciſæ, eique inſcriptum,*

Subvenite mihi ô ambæ palmæ Hulvvani, & evitate me facite vitium hujus temporis.
Subvenite mihi, & ſuperſtites eſtote: veniet enim aliquando infortunium vobis, & ſeparabimini.

Vnde triſtatus eſt Raſjidus, & dixit, Oportuit utique me rationem veſtri habuiſſe. ſi carmen hoc audiviſſem, non excidiſſem palmam, etiamſi ſanguis me defeciſſet.

Officiales. *Conſiliarij ejus fuerunt Iahja f. Chalidis f. Barmaci, & duo filij ejus Fadlus, & Gjafar. Deinde Conſiliarium poſt eos aſſumpſit Fadlum f. Rabij. Dicitur &. & ſigillum tradidiſſe Ali f. Bactari. Et negotia ejus præcipue adminiſtravit Iſmaël f. Sabihi, donec obijt. Iudices ejus fuerunt Nuhus f. Daraſi, & Hafaſus f. Ajati in regione orientali: Huſeinus autem f. Haſeni Aufæus, & deinde Aunus f. Abdallæ Maſudæus, in regione occidentali. Dicuntur quoque Muhammed f. Samaæ, Sjericus f. Abdallæ, & Alis f. Harmalæ, eo imperante, judicaviſſe. Ianitores ejus fuerunt Baſjerus ſervus ejus: hinc Muhammed f. Iahjæ, f. Chalidis, f. Barmaci; deinde Fadlus f. Rabij.* Symbolum *Symbolum ſigilli ejus,* Magnitudo & potentia Dei ſunt.

Imperium. *Chronologus ait eum imperaſſe annos viginti tres, & dies ſeptuaginta octo: quorum primus dies & ultimus fuerunt Sabbathi:*

اين الملوك واين غيرهم صاروا مصيرا انت صايره *
يا موثر الدنيا الدينه والمستعد لمن يفاخره *
نل ما بدا لك ان تنال من الدنيا فان الموت اخره *

فقال الرشيد والله كاني اخاطب بهذا دون الناس قال الاصمعي فلم يلبثه الا يسيرا حتي مات ۞

وروي ان الرشيد لما خرج الي طوس حدث له اسهال الدم فاشار الطبيب باكل جمار النخل فلم يوجد بحلوان الا نخلتان علي عقبة حلوان فقطع الرشيد احداها فاكل من جمارها فبرا فلما اجتاز بالعقبه نظر الي النخلة الاخري قايمة بجنب المقطوعه وعليها مكتوب ۞

اسعداني يا نخلتي حلوان وانكباني من ريب هذا الزمان *
واسعداني وايقنا ان نحشا سوف ياتيكما فتفترقان *

فاغتم الرشيد وقال نعم علي ان اكون محسبكما لو كنت سمعت هذا الشعر ما قطعت النخله ولو قتلني الدم ۞

قال وكان وزراوه يحيي بن خالد بن برمك وابناه الفضل وجعفر ثم وزر له بعدهم الفضل بن الربيع وقيل انه دفع خاتمه الي علي ابن يقطر وغلب علي امره اسمعيل ابن صبيح حتي مات * قضاته نوح بن دراج وحفص ابن غياث بالجانب الشرقي والحسين بن الحسن العوفي ثم عون بن عبد الله المسعودي بالجانب الغربي ويقال ان محمد ابن سماعه وشريك بن عبد الله وعلي بن حرمله قضوا في خلافته * حجابه بشر مولاه ثم محمد بن يحيي بن خالد بن برمك ثم الفضل بن الربيع * نقش خاتمه العظمه والقدرة لله ۞

قال المورخ ان مدة خلافته ثلاث وعشرين سنة وثمانية وسبعين يوما اولها يوم السبت واخرها يوم السبت

لتمام ماية اثنين وتسعين سنة وماية
اثنين وخمسين يوما للهجرة ولتمام ستة الف
وثلثماية سنة وستة اشهر وثمانية وعشرين
يوما للعالم شمسية ۞

والذي ورد تواريخ النصارى
ان الرشيد هرون مرض بالسكتة في
سنة ثمانين وماية فاجتمع الاطباء فقال
احدهم وهو ابن بختيشوع وكان
حدثا ذكيا نصرانيا انا ارى ان نفصده
فقال الامين محمد بن الرشيد لا يكون
هذا ابدا فقال المامون عبد الله اخوه
اذا كان الاطباء قد ايسوا منه
فاجمعوا على موته فما بالفصد من باس
فان عاش والا فالموت لابد منه ففصدوه
ففتح عينيه وقام سويا فقال له المامون
الصورة التي جرت * قال ومن ذلك
الوقت احب الرشيد المامون وتميز
عنده ابن بختيشوع الطبيب وقرر له
من المعلوم نظير ما كان للحرسي
وهو ماية الف درهم في كل سنة قال
الحرسي يحرس جسدي وهذا يحرس
نفسي ۞

قال وفي سنة ثلاث وتسعين
وماية قدم البطريرك ابنا مرقس الجديد
يوم الاحد الثاني من امشير بمدينة
الاسكندرية اقام عشر سنين
وسبعين يوما ومات في ثاني وعشرين
برموده سنة خمس وثلاثين وخمس ماية
لدقلديانوس وكان يوم الاحد القيامة
المقدسة وكانت تقدمته في السنة
الثالثة والعشرين للرشيد * وكان
بمصر في ايامه قوم يعرفون ببني شنوفه
وكان منهم اسقفان من جملة المخالفين
في زمان بطرس البطريرك في ايام
زينون الملك فحضرا الى الاب البطريرك
ابنا مرقس وسالاه قبولهما وجربهما
وقال لا اعطيكما اسقفية فاجابا باتضاع
وقالا ان نحن لا نستحق اسقفية ولا
كهنوتا فلما سمع كلامهما تحنن عليهما
ورسمهما اساقفة وصارا ملازمين له
الى ان ماتا اسقفان فصيرهما عوضهما *

elapſis annis Hegiræ centum & nonaginta duobus, & diebus centum & quinquaginta duobus; annis autem ſolaribus mundi, ſex mille & trecentis, menſibus ſex, & diebus viginti octo.

Res Chriſtianorum. Raſjidi apoplexia.

Narrant autem Chriſtianorum Hiſtoriæ Haronem Raſjidum anno 180 apoplexia laboraviſſe: cumque Medici conveniſſent, unum eorū (qui erat filius Bahtiſjui, juvenis ingenioſus, & Chriſtanus) dixiſſe, ſibi videri venam ei aperiendam eſſe. Muhammede autem Alamino dicente, futurum id nunquam eſſe: Abdalla Almamon frater ejus ait, Quandoquidem Medici jam de eo deſperant, & unanimiter moriturum eum eſſe affirmant, quid poteſt in venæ ſectione mali eſſe? & fortaſsis convaleſcet: cum alioqui neceſſariò ſit moriturus. Itaque ſecta ei vena eſt: & apertis oculis ſuis erectus ſtetit. Et narravit ei Almamon rem omnem quæ contigerat. Atque ex eo tempore amavit Raſjidus Almamonem: & adſcivit ſibi filium Bahtiſjui Medicum, & conſtituit ei ſtipendium æquale ſtipendio Cuſtodis (quòd centum ſtaterum millium erat, in ſingulos annos) dicens, Cuſtos corpus meum, & hic animam cuſtodit.

Patriarcha Alexandrinus.

Anno 193 conſtitutus eſt Patriarcha Abuna Marcus Novus, die Solis, ſecundo Amſjiri, Alexandriæ; ſeditque annos decem, & dies ſeptuaginta; & obiit die vigeſimo ſecundo Barmudæ, anni Diocletiani 535, qui dies erat Solis, & ſanctæ reſurrectionis. Conſtitutus autem fuerat anno 23 Raſjidi. Eratque ejus tempore in Aegypto populus vocatus Filij Sjenuſæ; in quo duo erant Epiſcopi, ex eorum numero qui rebelles fuerant, tempore Petri Patriarchæ, regnante Zenone. Hi ad Patriarcham Abuna Marcum accedentes, petierūt ab eo admitti: admiſitque eos, ut tentaverat eos, dicens, Non dabo vobis Epiſcopatum. ad quod illi demiſsè reſpondentes, dixerunt, Non utique nos digni ſumus Epiſcopatu, neque ſacerdotio. quibus verbis auditis, miſertus eorum eſt, eoſque Epiſcopos deſignavit. Manſerunt autem in ædibus ejus, donec duo Epiſcopi vita exceſſerunt, in quorum loca eos ſuffecit.

Deinde

Deinde & reliqui eorum qui rebelles extiterant, ſicuti explicuimus, reverſi ſunt, atque amicè ab eo recepti. Hoc Patriarcha dominatum obtinente, vita exceſsit Raſjidus; cujus filij cum inter ſe rixarentur, prodeuntes Chariſæi Alexandriam ceperunt, incolaſque occiderunt, & ſpoliarunt. Exiverat autem urbe Patriarcha, & annos quinque manſit ab ea abſens, deſerens Monachos, & propinquos. Illi vero incenderunt, & diripuerunt monaſteria in valle Habibo, & incenderunt quoque templa, & domicilia; ut non niſi pauci in ijs monachi remanſerint.

Chariſæi Alexandriam capiunt.

Ad cathedram autem Antiochiæ quod attinet. Prodijt ibi quidam, cui nomen erat Abrahamo, tempore Cyriaci Patriarchæ. Hic novam inſtituit hæreſin, & multos habuit aſſeclas, qui Abrahamiani vocati ſunt. Vt autem obdormivit Cyriacus Patriarcha, ſucceſsit ei Dionyſius, Patriarcha Antiochenus. Hic ſynodicam ſcripſit & miſit ad Patrem Abuna Marcum Patriarcham Alexandrinum: qui reſponſum ei ſcripſit, in unitate eccleſiæ ſanctæ.

Patriarcha Antiochenus.

Abrahamiani Hæretici.

Narrat Saïdus f. Batrici in Hiſtoria ſua, Abdallam f. Mahadis fratrem Raſjidi fuiſſe Præfectum Aegypti, & dono miſiſſe Raſjido puellam ſumme pulchram, eamque caram fuiſſe Raſjido. Hæc cum ægrotaret, dictum illi fuit, Medicos Aegypti optime eam ſanaturos eſſe. Itaque in Aegyptum ſcribit, petens Medicos: & miſſus ad eum fuit Patriarcha Alexandrinus, qui Medicus erat inſignis. Hic, ſumptis medicamentis Aegyptiacis, profectus eſt Bagdadum: eamque ita curavit, ut ſanitatem recuperaverit. Vnde Raſjidus diploma ei dedit, ut templa omnia Orthodoxorum, quæ Iacobitæ occupaverant, ijs reſtituerentur. atque ita ea recepit. Obijt autem hic Patriarcha cum annos natus eſſet 46.

Patriarcha Alexandrinus Medicus.

Tempore autem Raſjidi vita exceſsit Leo f. Conſtantini, Imperator Romanorum: eique ſucceſsit in imperio Nicephorus: qui pacem à Raſjido petijt, eamque obtinuit, in tres annos.

Imperatores Romani.

ثم بعد ذلك رجع بقية الجماعة الذين كانوا خالفوا كما شرحنا فقبلهم بمحبة وفي رياسته مات الرشيد هرون واختلف اولاده وقامت الخوارج وتغلبوا على الاسكندرية وقتلوا ونهبوا وخرج الاب البطريرك منها واقام خمس سنين غايبا عنها وثار الرهبان والمغاربة واحرقوا الديارات بوادي هبيب ونهبوها واحرقوا البيع والمساكن ولم يبق فيها من الرهبان الا القليل ۞

فاما كرسي انطاكية فقام فيها مطران اسمه ابرهيم في ايام كرياقوس البطريرك وابدع بدعة وتبعه جماعة يسمون الابرهيمية ولما تنيح كرياقوس البطريرك قام بعده ديونيسيوس بطركا على انطاكية وكتب سنوديقا وبعثه الى الاب ابنا مرقس بطرك الاسكندرية وكتب له الجواب باتحاد البيعة المقدسة ۞

قال سعيد بن بطريق في تاريخه ان عبد الله بن المهدي اخو الرشيد كان عاملا على مصر فاهدى الى الرشيد جارية جميلة الى الغاية وكان الرشيد يحبها فاعتلت فقيل له ان اطباء مصر يحسنون يعالجونها فكتب الى مصر يطلب اطباء فسير اليه بطرك الاسكندرية وكان طبيبا حاذما فاخذ معه من ملوحات مصر وصار الى بغداد فداواها بالملوحات فعوفيت وكتب له منشورا برد كنايس الملكية التي تغلب عليها اليعقوبية فاستردها ومات البطرك وله ست واربعون سنة ۞

قال وفي ايام الرشيد مات لاون بن قسطنطين ملك الروم وملك بعده نقفور وطلب الهدية من الرشيد فهادنه ثلث سنين ۞

CAPVT

Caput septimum.

السادس من الخلفا العباسيين وهو
السابع والعشرون الامين ابو عبد الله
وقيل ابو موسي محمد بن الرشيد
هرون بن المهدي بن
المنصور *

وامه زبيدة ابنة جعفر بن
المنصور ابي جعفر ولم يلي
الخلافة من ابويه هاشميين
بعد علي وابنه الحسن غير
محمد بن زبيدة وبويع له بالخلافة بطوس
صبيحة الليلة التي توفي فيها والده وهو
يوم السبت لثلث خلون من جمادي
الاخرة سنة ثلاث وتسعين ومايه للهجرة
والامين ببغداد فوصل اليه الخبر بوفاة
ابيه فبويع له ببغداد وساير الاقطار
وكان الرشيد قد جدد عهدا لابنه
المامون بعد الامين واشهد على نفسه ان
جميع ما معه من مال وسلاح وغيره
للمامون واوصي ان يكون جميع من معه
من الجند مضمومين الي المامون بخراسان
فلما مات الرشيد نادي الفضل بن الربيع
في عسكر الرشيد بالرحيل الي بغداد
وخالف وصية الرشيد فعظم ذلك على
المامون وكتب كتابا الي الفضل بن
الربيع يذكره العهود التي اخذها
له الرشيد ويحذره الخبث ولم يلتفت
اليه ومضي الفضل ومن معه الي عسكر
الرشيد الي بغداد فكان هذا الامر ابتداء
الوحشة بين الامين والمامون واخذ
المامون اهل خراسان بالبيعة لاخيه الامين
بالخلافة واقبل على العدل والاحسان
للرعية واستمال الاكابر اليه وسلك
الامين ضد سيرته وتشاغل باللهو
والشرب واعرض عن النظر في مصالح
دولته والاعتناء بامورها *

قال وفي سنة اربع وتسعين ومايه
اخذ الامين البيعة لموسي ولده بولاية العهد

Sextus Abbaſidarum, & Chalifa vigeſimus ſeptimus, Abu-Abdalla Alaminus, qui & Muhammed Abu-Muſa vocatus fuit, f. Haronis Rasjdii, f. Mahadis f. Almanſoris.

Mater *ejus fuit Zebeida, filia Gjafaris, f. Abugjafaris Almanſoris. neq; pervenit Chalifatus ad quemquam è familia Hasjemidarum, poſt Alim & filium ejus Haſenū, præter Muhammedem f. Zebeidæ. Creatus fuit Chalifa Tuſi, tempore matutino ejuſdem diei quo pater ejus vita exceſſit, qui Sabbathi fuit, tertius Gjumadæ poſterioris, anni Hegiræ 193. Eratque eo tempore Alaminus Bagdadi: & venit ad eum nuncius de obitu patris ejus, & receptus quoque ibidem fuit, uti & in reliquis locis. Rasjidus autem jam ante renovaverat fœdus filio ſuo Almamoni, poſt Alaminum: & teſtes ſibi adſciverat, ut, quidquid pecuniæ, armorum, atque aliarum rerum penes ſe eſſet, Almamoni cederet. Iuſſerat quoque, ut quicunq; ſecum erant milites relinquerentur Almamoni, in Choraſana. At defuncto Rasjido, Fadlus f. Rabij copias Rasjidi vocavit Bagdadum, contra atque mandaverat Rasjidus. Quod ægerrime ferens Almamon, literas ad Fadlum ſcripſit, in memoriam ei revocans conventa quæ pactus cum eo erat Rasjidus, eique minatus eſt, propter perfidiam. Sed is ad eum non reſpexit, verum abijt cum ſuis ad copias Rasjidi, Bagdadum. Atque hoc fuit initium ſimultatis inter Alaminum & Almamonem. Almamon a. effecit ut Choraſani fratri ejus Alamino fidelitatem jurarent, ſeq; dedit juſtitiæ, & beneficentiæ in populum: unde & primores quique ei cœperunt favere. At Alaminus, via contraria incedens, totus fuit in luſu, & potatione, negligens conſiderationem eorum quæ majeſtatem ejus decebant, & negotiorū ſuorum curam.*

Fadli perfidia.

Initium ſimultatis inter Alaminum & Almamonem.

Almamonis probitas.

Alamini levitas.

Anno 194 effecit Alaminus ut filius ſuus Muſa futurus ejus ſucceſſor reciperetur, eumque

Cœpit 15 Octobris. A.C. 809.

eumque cognominavit Loquentem verum. *pactiones autem omnes quas Rasjidus inter eum & Almamonem ſcripſerat, combuſſit. idq; inſtinctu Fadli f. Rabij: qui eo hoc fecit, quod metueret, ne ſi Imperator fieret Almamon, ei rependeret quod fecerat. Vt autem Socium fœderis ſui creaverat filium ſuum Muſam, commiſit eum curæ Alis f. Iſæ, f. Mahani.*

Almamon fratri reſiſtit,

Almamon hoc audito, abrupit angariam ad fratrem ſuum; atque effecit ne nomen ejus cuderetur in officina monetaria, & pannaria. Cũ autem Rafius f. Alliti f. Sajari, in tractu quodam Choraſanæ rebellaret, ſecuritatem ei promiſit Almamon; unde, ſeſe corrigens, amicus ei eſt factus. Et cedens quoq; Hazimas f. Ajani, qui Rafio è regione fuerat, Almamonem etiam adijt.

et tota Choraſana potitur.

Atque ita ſine turbis ceſſit tota Choraſana Almamoni. qui ſeſe Principem nominans, in ſuggeſtis Choraſanæ oravit. Crevitque ſimultas inter Alaminum & Almamonem.

Præfectus Aegypti

Eodem anno removit Alaminus Haſſanum f. Tahtahi gubernatione Aegypti, præficiens ei Hatemum f. Hazimæ, f. Ajani.

Cœpit 4 Octobris. A. C. 810.

Anno 195 miſit Alaminus magnum exercitum ad bellum inferendum Almamoni, qui quadraginta erat millium.

Alaminus bello perſequitur Almamonem.

Quod ut intellexit Almamon, miſit Taherum f. Huſeini, f. Maſabi, cum quatuor millibus, adjungens ei Hazimam f. Ajani. Concurrentibus autem exercitibus, acerrimum commiſſum eſt prælium, & occiſus Alis f. Iſæ, militibus ejus in fugam verſis, miſitq; Taherus caput Alis ad Almamonẽ; qui tunc Chalifa ſalutatus eſt, & agnitus Imperator in Choraſana, ejuſque urbibus.

Alis f. Iſæ prælio vincitur, & occiditur.

Quod ut intellexit Alaminus, ſibi timuit, & ægerrimè id tulit.

Almamon Hamadanam capit.

Almamon autẽ exercitum miſit Hamadanam, duce Tahero f. Huſeini, eamq; obſedit, & deditione cepit. Cumq; Alamini milites non procul ab urbe in acie ſtarent, Taherus cum Duce exercitus Alamini prælio dimicavit:

Prælium.

atque occiſus dux eſt, cum multis de ſuis militibus, reliquis in fugam verſis. Et perrexit Taherus urbes quaſque cogere, & capere, donec ſubſtitit in agro Hulwanenſi, in ejus quodam pago caſtra locans, & ſe foſſa circumdans, ac muniens.

ولقبه الناطق بالحق وجميع العهود
التي كان الرشيد كتبها بينه وبين
المامون فحرقها وكان الذي اغراه
علي ذلك الفضل بن الربيع وانما فعل
الفضل ذلك خوفا ان يصير الامر الي
المامون فيجازيه علي ما فعل ولما عقد
الامين ولاية عهده لموسي ولده جعله في
حجر علي بن عيسي بن ماهان ولما
بلغ ذلك المامون قطع عن اخيه البريد
واسقط اسمه من دار الضرب والطراز
وكان رافع بن الليث بن سيار عاصيا
ببعض بلاد خراسان فامنه المامون
وطيب نفسه وصار من اصحابه واستمال
ايضا هرثمة بن اعين وكان في
مقابلة رافع فصار اليه وصفت خراسان
جميعها للمامون وسمي نفسه الامام وخطب
علي منابر خراسان فتاكدت الوحشة
بين الامين والمامون ۞

قال وفي هذه السنة عزل الامين
محمدا بن الحسن بن التجتاح عن ولاية
مصر وولاها حاتم بن الهرثمة بن
اعين ۞

قال وفي سنة خمس وتسعين ومائة
جهز الامين عسكرا كثيفا لقتال
المامون عدتهم اربعين الفا فلما بلغ
ذلك المامون جهز طاهر بن الحسين
بن مصعب في اربعة الف وعلي تقدمته
هرثمة بن اعين فالتقوا واقتتلوا قتالا
شديدا فقتل علي بن عيسي وانهزم
اصحابه وبعث طاهر براس علي الي
المامون وسلم يومئذ علي المامون بالخلافة
وبويع له بخراسان وبلادها وبلغ ذلك
الامين فارتاع له وعظم عليه وبعث المامون
جيشا الي همدان مقدمها طاهر بن
الحسين فحاصرها وفتحها صلحا وانعرك
اصحاب الامين ناحية عن البلد ثم اقتتل
طاهر وقايد جيش الامين فقتل القايد
وخلق كثير من اصحابه وانهزم الباقون
واقبل طاهر يطوي البلاد ويفتحها الي
ان حل بحلوان فعسكر بقرية فيها
وخندق علي الخندق وتحصن ۞

قال وفي هذه السنة عزل الامين
حاتم بن هرثمة بن اعين عن مصر وولاها
حاير بن الاشعث ۞
قال وفي سنة ست وتسعين ومائة
جهز الامين اربعين الفا لقتال طاهر
بن الحسين عشرون الفا قايدهم احمد بن
مزيد الشيباني وعشرون الفا قايدهم عبد
الله بن حميد بن قحطبة فمضيا بالجيوش
وصاروا خايفين فدس طاهر العيون
والجواسيس حتي اوقع بينهما فاختلفا
وقاتل كل واحد منهم صاحبه وتسلم
طاهر حلوان وسلمها الهرثمة ومضي طاهر
الاهواز وبها عامل الامين وجيوشه
واقتتلوا قتالا شديدا وقتل من الفريقين
خلق كثير ۞

خلع الامين محمد بن زبيدة *

قال وفي هذه السنة وصل الي
بغداد الحسن بن علي بن عيسي بن
ماهان وكان بالرقة فتلقاه اهل بغداد
بالاكرام والاعظام وكان عظيم القدر
في القواد فدعا الناس الي خلع الامين
فاجابوه الي ذلك فخلعه من الخلافة
لاحدي عشرة ليلة خلت من شهر رجب
سنة ست وتسعين ومائة واخذ البيعة
لعبد الله المامون وقيد الامين وحبسه
وحبس معه امه زبيدة ثم ان الناس
ماجوا واختلفوا وندم اكثر الجند علي
مبايعة الحسن بن علي المشار اليه علي خلع
الامين فشغبوا عليه وقاتلوه وكسروه
ودخلوا علي الامين ففكوا عنه قيده
واجلسوه في مجلس الخلافة واحضروا
بين يديه الحسن فعفي عنه الامين وامر
له بمال كثير ومراكب وخيل والات
وامره بالمسير الي حلوان لمقاتلة طاهر
فلما قطع الجسر هرب في نفرين من
مواليه فنادي الامين الناس في طلبه
فلحقوه فقاتلهم اشد قتال كل مرة
يهزمهم ثم انه تقنطر فابتدره اصحاب
الامين فقتلوه واخذوا راسه واتوا به الي
الامين ۞

Eodem anno removit Alaminus præfectura Aegypti Hatemum fil. Hazimæ, fil. Ajani, præficiens ei Hajerum f. Asjabi. Præfectus Aegypti.

Anno 196 miſit Alaminus quadraginta militum millia, ad inferendum bellum Tahero fil. Huſeini: viginti quidem millia duce Ahmede f. Maridi, Sjeibanæo; & viginti millia duce Abdalla f. Hamidi, f. Cahtabæ. qui cùm exercitibus ſuis profecti, cœperunt timere. Taherus autem, ſubornatis emiſſarÿs, atque exploratoribus, diſcordiam inter eos concitavit; ita quidem ut diſſidentes, alter alterum bello perſequeretur. & deditione cepit Hulwanum, idque Hazimæ tradidit: atque abÿt Ahwazam, ubi Præfectus erat Alamini, cum copÿs ejus: commiſſoque magno prælio, plurimi ex utroque exercitu ceciderunt. Cœpit 23 Septemb. A. C. 811. Taherus petitur ab Alamino. Ejus aſtutia victoria. prælium.

Depoſitio Muhammedis Alamini f. Zebeidæ.

Eodem anno venit Bagdadum Haſenus f. Alis f. Iſæ f. Mahani, qui Racæ fuerat: & occurrerunt ei cives Bagdadi, honorantes eum, & magnificantes; erat enim magnæ potentiæ inter Duces. atque invitavit cives ad deponendum Alaminum: quod illi non recuſarunt. Itaque removit eum Chalifatu, die undecimo menſis Regjebi, anni 196: & juramentum fidelitatis ſumpſit Almamoni: atque compedibus conſtrictum Alaminũ in carcerem conjecit, una cum matre ejus Zebeida. At deinde commotus eſt populus, atque inter ſe diſſenſit; & majorem militum partem pœnituit, quod Haſeno f. Alis ſupra memorato de Alamini abrogatione aſſenſi eſſent. Itaque tumultum contra eum excitantes, bello eum perſequuntur, & vincunt. atque ingreſſi ad Alaminum compedibus eum liberant: & in thronum imperialem collocant; eique offerunt Haſenum. ſed is ei pepercit, multumque pecuniæ, vehicula, equos & inſtrumenta dari juſſit; atque ablegavit eum Hulwanum, ad bellum inferendum Tahero. verum cum pontem tranſiÿſſet, fugæ ſe dedit, cum duobus è ſervis ſuis. vocavitque Alaminus homines ad eum perſequendum, qui & adſequuti eum ſunt. at is fortiter cum ÿs pugnavit, ſingulis eos vicibus in fugam vertens. tandem cum feſſus jam eſſet, obruerunt eum milites Alamini, atque interfecerunt, & ſumpto capite ejus, id attulerunt ad Alaminum. Alaminus imperio deponitur, ab Haſeno. In carcerem conjicitur. Ex eo liberatur. Haſenus fugit occiditur.

Eodem

Victoriæ Taheri.

Eodem anno cepit Taherus f. Huſeini Ahwazam: hinc abijt Waſitum, & id quoque cepit: atque hinc Madaynum, quo potitus quoque eſt: effecitque in omnibus quæ capiebat locis, ut Almamoni fidelitatis juramentum præſtaretur.

Proſperitas Almamonis.

Deinde vocatus ad imperium eſt Almamon in Aegypto, Syria, Hegjaza, & Aljamana: miſſuſque in Aegyptum eſt Ajadius f. Muhammedis, Præfectus ejus futurus, loco Hatemi f. Hazimæ f. Ajani, nomine Almamonis.

Cœpit 12 Septemb. A C. 812.

Obſidio Bagdadi.

Anno 197 obſeſſum fuit Bagdadum. cum enim Taherus Medaynum cepiſſet, eoque potitus eſſet, progreſſus eſt Bagdadum, ipſe, & Hazimas f. Ajani: idque cum ſuburbijs ſuis cinxerunt. fuitq; duriſſima obſidio, adeo ut petierint ſe mutuo catapultis, pauciſque diebus plurima commiſſa fuerint prælia. creſcebat à. hoſtilitas, invaleſcebat miſeria, & augebantur inter eos deſtructio, incendium, ac prælium: ita quidem ut major domiciliorum urbis pars dirueretur, ejuſque decor, & pulchritudo perirent; quin & egeni in civium opes involarent, atque eas diriperent, & calamitas ſumma eſſet.

Cœpit 1 Septemb. A.C. 813.

Inchoato autem anno 198 Fortuna adverſata admodum eſt Muhammedi Alamino: ita quidem ut major militum ejus pars ipſum deſeruerit. Scripſitque Taherus clanculum ad primores civium Bagdadenſium, cum jam eum juviſſent; iiſque minatus eſt, ni ſibi auſcultarent: itaque morem ei gerentes, proclamarunt abrogationem Alamini, & Chalifatum Almamonis. Atque ipſe Taherus prælijs intererat.

Alamini fuga,

Deinde egreſſus eſt Alaminus, & confugit in Vrbem Abugjafaris. ubi quoque eum obſedit, & catapulta petijt Taherus, omnem ei rem intercludens, etiam aquam & farinam, ita ut parum abeſſet quin Alaminus cum militibus ſuis fame & ſiti periret.

Cædes Alamini.

& miſer ſtatus.

Cum autem omnia adverſa eſſent Alamino, ipſeque ſubſidium deſperaret, jamque certus eſſet fore ut imperium ejus proculdubio finiretur: ſcripſit ad Hazimam fil. Ajani, petens ab eo ſecuritatem, quò ad eũ accederet: quod Hazimas ei non recuſavit. qua re intellecta Taherus, & reliqui duces conſilium ceperunt, dicentes, Muhammed

قال وفي هذه السنة اخذ طاهر بن الحسين الاهواز ثم مضي الى واسط فاخذها ثم الى المداين فاخذها وبايع المامون في كل مكان اخذه * وفيها دعي المامون ببلاد مصر والشام والحجاز واليمن وقدم الى مصر عباد بن محمد خليفة عليها عوض حاتم بن الهرثمة بن اعين من قبل المامون ۞

قال وفي سنة سبع وتسعين ومائة كان حصار بغداد وذلك ان طاهر لما استولي علي المداين وملكها زحف الي بغداد هو وهرثمة ابن اعين فاحتاطوا ببغداد ومحالها واشتد الحصار وتراموا بالمنجنيقات وجرت بينهم وقعات كثيرة في ايام معدودة وعظم الامر واشتد البلا وكثر بينهم الغريق والحريق والقتال حتي خربت اكثر منازل بغداد وذهبت بهجتها ونضارتها ووثب المغتالون علي اموال الناس فانتهبوها وكثر الفساد ۞

ودخلت سنة ثمان وتسعين وقد تضايق الامر علي محمد الامين وفارقه اكثر اصحابه وكتب طاهر الى وجوه اهل بغداد سرا بعد ان اعانوه ويتوعدهم اذا لم يدخلوا الى طاعته فاجابوه الي ذلك وصرخوا بخلع الامين وخلافة المامون وقاتل طاهر بنفسه فخرج الامين والتجي الى مدينة ابي جعفر المنصور فحاصره طاهر بها ورماه بالمنجنيق ومنع منه كل شي حتي الماء والدقيق وكاد محمد الامين واصحابه يموتون جوعا وعطشا ۞

مقتل الامين *

ولما اشتد الامر علي الامين وايس من النصر وايقن ان امره مزايل بلا محالة كاتب هرثمة بن اعين وطلب منه ان يومنه ليناتيه فاجابه الي ذلك وبلغ الخبر الى طاهر وبقية القواد واجالوا الراي وقالوا ان محمد

الامين لا يثق الي طاهر ابدا ولا يستامنه
وانه يستامنن هرثمة ويثق به لانه
يانس اليه ويدفع الي طاهر الخاتم
والقضيب والبردة فاجاب طاهر الي
ذلك ورضي به ثم قيل لطاهر هذا
مكر وخديعة من هرثمة وان الخاتم
والقضيب والبردة تحمل الي هرثمة مع
الامين * فلما كانت ليلة الاحد
لخمس بقين من المحرم خرج الامين الي
هرثمة فلقاه هرثمة في حراقة فركب
الامين معه فيها وكان طاهر قد
اكمن للامين فلما صار الامين في
الحراقة خرج عليه كمين طاهر
ورموا الحراقة بالحجارة وقصدوها
بالعناد فانقلبت الحراقة وغرق منها
فشق الامين ثيابه وسبح الي بستان
فادركه بعض اصحاب طاهر
واخذوه وحملوه على برذون وصاروا
به الي دار ابرهيم البلخي وحبسوه بها
ووصل الخبر بذلك الي طاهر فبعث
اليه قريش مولاه في جماعة وامرهم بقتله
وهجموا على الامين وبايديهم السيوف
مسللة فقام الامين وبيده وسادة
وضربه رجل منهم يقال له حمرونه
بالسيف في وجهه وضربه الامين
بالوسادة واتكا عليه لياخذ منه سيفه
ليقاتلهم به فصاح حمرونه قتلني فهجموا
عليه وركبوه وذبحوه من قفايه
واخذوا براسه واتوا به طاهر فنصب
براسه من الغد للناس فراوه وسكنت
الفتنة واخذت البيعة للمامون ووقع
الاتفاق عليه ثم بعث طاهر بن الحسين
براس الامين وخاتم الخلافة والبردة
والقضيب الي المامون فخر المامون ساجدا
لله تعالي على الظفر وامر المامون للرسول
بالف الف درهم ۞
وكانت مدة خلافة الامين اربع
سنين وسبعة اشهر وثمانية عشر يوما
وكان عمره تسع وعشرين سنة وثلاثة
اشهر واياما *

Alaminus nunquam ſe credet Tahero, neque ab eo ſecuritatem petet; ſed petet eam ab Hazima, cui & confidet, quia familiaris ejus eſt: tradetque Tahero Annulum, Sceptrum, & Paludamentum. id quod non recuſavit, ſed libenter permiſit Taherus. At deinde dictum fuit Tahero, Hic dolus eſt, atque fallacia Hazimæ. etenim Annulus, Sceptrum, & Paludamentum ferentur Hazimo cum Alamino. Cumque adveniſſet dies Solis, vigeſimus quintus Muharrami; egreſſus Alaminus eſt ad Hazimam, qui obviam ei venit cum ſcapha, in quam & Alaminus cum eo aſcendit. Taherus autem inſidias Alamino ſtruxerat; cumque in ſcapham aſcendiſſet, prodeuntes, qui in inſidijs ab eo collocati erant, ſcapham lapidibus petierunt, & hoſtiliter adorſi ſunt; ita ut ea ſubverſa, qui in ea erant merſi ſint. At Alaminus abruptis veſtimentis ſuis, natavit in hortum quendam: ubi aſſequuti eum ſunt quidam militum Taheri, qui & captum eum, & jumento impoſitum vexerunt domum Ibrahimi Talhæi; in qua, & eum incarcerarunt. Cumque hoc audiviſſet Taherus, miſit ad eum Coraiſum ſervum ſuum, cum aliquot alijs, jubens eos, ut illum interficerent. Hi cum ad Alaminum irruiſſent, gladios evaginatos manibus ſuis tenentes, ſurrexit Alaminus, manu tenens cervical. cumque eorum quidam, dictus Hamrunas, gladio eum in faciem ferijſſit, percuſſit eum Alaminus cervicali, eique incubuit, ut eriperet ei ſuum gladium, eo adverſus illos uſurus. ſed cum Hamrunas clamaret, Occidiſti me, irruerunt in eum, eique inſederunt, & à cervice eum jugularunt; & ſumptum caput ejus attulerunt ad Taherum: qui id poſtridie, coram civibus, affixit. eoque viſo, quievit ſeditio, & juramentum fidelitatis unanimi conſenſu præſtitum eſt Almamoni. Deinde miſit Taherus fil. Huſeini caput Alamini, Annulum Chalifatus, Paludamentum, & Sceptrum ad Almamonem: qui procidit, Deo Opt. Max. gratias agens de victoria: juſſitque nuncio dari millies mille ſtateres.

Alaminus capitur.

Occiditur.

Imperavit autem Alaminus annos quatuor, menſes octo, & dies octodecim; annos natus viginti novem, menſes tres, & aliquot dies.

Ejus imperium.

Quod

Forma. *Quod ad formam ejus attinet. bene capillatus fuit, fronte relicina, candidus, parvis oculis, pulcher, procerus, magnis . . . ., profundo ſpatularum interſtitio, & robuſto corpore.* Natura. *Quod ad naturam. abundantis fuit liberalitatis : verum deditus effuſioni ſanguinis, inconſultus, & ignavus. Narrant eum, cum ſignificaretur ei Alim f. Iſæ f. Mahani cæſum eſſe, & exercitum ejus in fugam verſum, atque ipſe cum Cutero ſervo ſuo venaretur piſces, dixiſſe, Ne vexate me ea re, Cuterus enim jam duos cepit piſces, & ego nihil adhuc cepi. Cumque die quodam ipſe cum Cutero latrunculis luderet, & Tahero Bagdadum obſidente, bellum duriſſimum eſſet, dixit ei quidam familiarium ejus, O Imperator fidelium, non nunc tempus eſt ludendi, ſurge, & rationem habe negotij tui. At ille reſpondit, Sine me : jam enim mihi apparuit contra Cuterum taurus ſilveſtris, moriturus. Atque de hujuſmodi Rege ait Poëta,*

Cum mane Rex eſt luſu occupatus, regno ejus adſcribe miſeriam & bellum.
An non vides Solem in Libra eſſe deſcendentem? Atque ſignũ illud cæleſte ſignum luſûs eſt & gaudij.

Præſagia mortis ejus. *Refert autem Ibrahimus f. Muhadis, ſe commoratum fuiſſe cum Muhammede Alamino, in civitate Almanſoris, in palatio ejus, Aula ſcilicet aurea, cum obſideret eum Taherus: aitque*

Egreſſus quadam nocte ex aula eſt Alaminus, ut ſe reficeret, ab anguſtia in qua erat, & abijt ſubdium, deinde autem ad me miſit, venique ad eum; & dixit mihi; Videſne, ô Ibrahim noctis hujus ſerenitatem, & lunæ, atque lucis ejus pulchritudinem, nobis hic exiſtentibus in ripa Tigris? Nunquid vis bibere vinum? Reſpondi ego, Vt tibi placuerit: conſtituit enim me Deus tuum ſervum. Mox juſſa afferri libra una vini, eam bibit: & mihi tantundem bibendum quoque datum fuit. Hinc canere ego cœpi ea, quæ grata illi fore ſciebam. Et dixit mihi. Quid dicas de eo, qui contradicat tibi? Reſpondi ego, Non mihi quod dixi faciet vanum. Et vocavit puellam quæ apud ipſum erat, nomine Daafam, ex quo ego nomine augurium cepi,

وصفته كان سبطا انزع ابيض صغير
العينين جميلا طويلا عظيم الكراديس
بعيد ما بين المنكبين شديدا في
بدنه * وسيرته كان مفرط السخا
الا انه كان سفاكا للدما ضعيف
الراي عاجزا * وقد روي عنه انه
لما خبر بقتل علي بن عيسى بن ماهان
وهزيمة عسكره كان هو وكوثر
مولاه يصطادان السمك فقال
دعوني من هذا ان كوثر اصطاد
سمكتين وانا ما اصطدت شيا بعد *
ولعب هو وكوثر يوما بشطرنج وطاهر
ان ذاك يحاصر بغداد وقد اشتد
القتال فقال له بعض خواصه يا امير
المومنين ما هذا وقت اللعب قم وانظر
في امرك فقال دعني فقد لاح لي على
كوثر شاه مات وفي مثله قال
الشاعر ۞

اذا غدا ملك باللهو مشتغلا
فاحكم على ملكه بالويل والحرب *
اما ترا الشمس في الميزان هابطة وهو
برج اللهو والطرب *

وذكر ابرهيم بن المهدي انه كان
نازلا مع محمد الامين في مدينة
المنصور في قصره بباب الذهب لما
حاصره طاهر ۞

قال خرج ذات ليلة من القصر يريد
ان يتفرج من الضيق الذي هو فيه
فصار الي اسفل من الخلد ثم ارسل الي
فجيت اليه فقال لي يا ابرهيم اما ترى
طيب هذه الليلة وحسن القمر وضوه
ونحن في شاطي دجلة فهل لك في
الشرب فقلت شانك جعلني الله فداك
فدعا برطل نبيذ فشربه وسقيت مثله
فابتدات اغني ما كنت اعلم انه
يحبه فقال لي ما تقول فيمن
يضرب عليك فقلت ما احوجني الي
ذلك فدعا جارية متقدمة عنده
يقال لها ضعف فتطيرت من اسمها

ونحن في تلك الحال فقال لها :
فغنت شعر النابغة الجعدي
كليب لعمري كان اك
ناصري وايسر ذنبا صرح بالدم
قال فتطير منه وقال لها غني غير ذا
فغنت
ابكي على فراقهم عيني فارقها
ان المفرق علي الاحباب بكاء *
فقال لها لعنك الله اما تعرفين من
الغنا شياغير هذا فقالت يا سيدي
ما تغنيت الا بما ظننت انك تحبه وما
اردت ما تكرهه ثم غنت غيره
اما والسكوت والحرك ان المنايا
سريعة الدرك *
ما اختلف الليل والنهار ولا دارت
نجوم السماء في فلك *
الا ينقل السلطان من ملك عان
بحب الدنيا *
الي ملك وملك ذا العرش دايما
ابدا ليس بفان ولا مشترك *
فقال قومي عليك لعنة الله فقامت
وكان له قدح بلور حسن الصنعة
فعثرت به الجارية فكسرته وكان
يحبه فقال الامين ويحك يا ابرهيم اما
تري ما جاءت به هذه الجارية ثم ما
كان من القدح والله ما اظن امري
الا اقترب فقلت يطيل الله عمرك ويعز
ملكك ويكبت عدوك فما استتم
الكلام حتي سمعنا صوتا من الدجلة
قضي الامر الذي فيه تستفتيان فقال
ابرهيم اما سمعت فقلت ما سمعت شيا
وكنت قد سمعت قال ودنوت من
الشط وقلت يا سيدي ما سمعت شيا
ثم عاودت الحديث فعاد الصوت قضي
الامر الذي فيه تستفتيان فوثب من
مجلسه ذلك مغتما ثم ركب ورجع
الي موضعه بالمدينة فما كان بعد هذا
ليلة او ليلتان حتي حدث ما حدث
من قتله ۞

nobis in eo ſtatu exiſtentibus. dixitque ei, Cane: & cecinit carmen Nabigæ Gjaadæi.

Deſpero de vita mea. Fuit major pars adjutorum meorum. & ſiniſtrum mundi clamat ſanguinem.

Hinc ait mihi, Ex hoc augurare: puellæ, autem dixit, Cane aliud quippiam. cecinitque.

Defle diſceſſum eorum ocule mi relinquens eos: diſceſſus enim ſuper amicis eſt fletus.

Et dixit ei Alaminus, Maledicat tibi Deus. an non aliam ſcis cantilenam præter hanc? Reſpondit illa, ô Domine mi, non cecini niſi quod arbitrata ſum tibi placere, neque id volo quod averſeris. Deinde cecinit aliud.

Per quietem & motum! utique exitia citò conſequentur.
Non varjabuntur nox & dies; neq; circumibunt ſtellę cæli in ſphæra.
Quin transferatur imperiū à Rege dedito amori mundi, ad regem (alium.)
Rex autem, cui thronus eſt in omnem æternitatem, is eſt, qui nec interit, nec ſocium ullum habet.

Dixitque Alaminus, Surge, maledicat tibi Deus. & ſurrexit. Erat autem illi cyathus criſtallinus, optimè factus, quem & amabat: in hunc puella impingens, eum fregit. Dixitque Alaminus, Heu Ibrabime! Nonne vidiſti quid protulerit hæc puella? deinde quid de cyatho factum ſit? Per Deum, non dubito quin exitium meum prope ſit. Ego autem dixi, Proroget Deus tibi vitam, ſtabiliat regnum tuum, & perdat hoſtem tuum. Nondum autem abſoluto ſermone audivimus vocem è Tigri Expeditum eſt negotium de quo conſuluiſtis. *& dixit, Ibrahime an non audis? Reſpondi non audio quidquam. audiveram autem. & accedens ad ripam dixi, Non audio quidquam, Domine mi. Atque deinde ſermonem eum repetij, & reverſa vox eſt,* Expeditum eſt negotium de quo conſuluiſtis. *Exciditque è ſede ſua præ dolore, quem ex ea re ſuſcepit. deinde conſcendit, & reverſus eſt ad locum ſuum, in civitatem: neque dies unus & alter interceſſit, quin quod de morte ejus contigit, contigerit.*

Conſili-

Officiales. *Conſiliarij ejus fuerunt Fadlus f. Rabij; deinde Iſmael f. Sabihi, & alij. Iudices, Iſmael f. Hamadi f. Abuhaniſæ: deinde Wahebus Abulbahra, f.Wahebi, & Muhammed f.Samaæ. Ianitor Abbas f. Fadli f. Rabij.* Symbolum *Symbolum ſigilli ejus* Muhammed confidit in Deum.

قال وكان وزراؤه الفضل بن الربيع ثم اسمعيل بن صبيح وغيره وقضاته اسمعيل بن حماد بن ابي حنيفة ثم ابو البختري وهب بن وهب ومحمد بن سماعة حاجبه عباس بن الفضل بن الربيع نقش خاتمه محمد واثق بالله

Imperium. *Ait Chronologus tempus imperij ejus fuiſſe annos 4, menſes 7, & dies 18, quorum primus dies & ultimus fuerunt Solis: elapſis annis Hegiræ 197, & diebus 25: annis autem ſolaribus mundi 6305 & diebus 28.*

قال المورخ الذي تحررت عليه مدة ولايته اربع سنين وسبعة اشهر وثمانية عشر يوما اولها يوم الاحد واخرها يوم الاحد لتمة سبع وتسعين ومائة سنة وخمسة وعشرين يوما للهجرة ولتمام ستة الف وثلثمائة وخمس سنين وثمانية وعشرين يوما للعالم شمسية

Nicephori Imperatoris obitus. *Ait filius Batrici ejus tempore obiiſſe Nicephorum Imperatorem Romanorum: eique filium ſuum ſucceſſiſſe.*

قال ابن بطريق ان في ايامه مات نقفور ملك الروم وملك بعده ولده

CAPVT OCTAVUM.

Septimus Abbaſidarum, & Chalifa vigeſimus octavus, ABVLABBAS ALMAMON, qui & Abugjafar Abdalla dictus fuit, f. Haronis Raſidi, filij Mahadis, f Almanſoris.

السابع من الخلفا العباسين وهو الثامن والعشرون المامون ابو العباس وقيل ابو جعفر عبد الله بن هرون الرشيد بن المهدي بن المنصور

MATER *ejus genetrix nomen habuit Maragjelis. inauguratus eſt inauguratione ſecunda, tempore matutino ejus diei quo frater ejus Alaminus occiſus fuit, bello finis impoſitus, & omnes ſe ei adjunxerunt, vigeſimo quinto ſi il. Muharrami anni 198.*

امه

ام ولد يقال لها مراجل بويع له البيعة الثانية صبيحة الليلة التي قتل فيها اخوه الامين ووضعها الحرب اوزارها واجتمع الناس علي المامون وذلك لخمس بقين من المحرم سنة ثمان وتسعين ومائة

Atque hoc eodem anno removit Almamon Taherum f. Huſeini præfectura Iracæ, dans eam Haſeno f. Sahali; & Taherum præficiens Meſopotamiæ, Tſugouræ, & Syriæ. Fadli f. Sahali auctoritas. *Fadlus autem f. Sahali benevolentiam conſequutus Almamonis, per ſe ſolus negotia omnia adminiſtravit: & cognominavit eum Almamon* habentem duos principatus.

قال وفي هذه السنة عزل المامون طاهر بن الحسين عن العراق وولاها الحسن بن سهل وولا طاهر بن الحسين الجزيرة والثغور والشام وغلب الفضل ابن سهل علي المامون واستبد بالامور جميعا ولقبه المامون ذا الرياستين

Deinde tapetum afferri juſſit, idque complicatum fuit: & ſternens corpus ſuum humi, cœpit dicere, O tu cujus regnum non tranſit, miſerere ejus cujus regnū tranſit. *Imperavit annos 5 menſes 9 & dies 6. Ajunt autem, eo mortuo, cum populus jam totus eſſet in creatione Mutewakkeli, veniſſe ex horto, qui illic erat, lacertū, & oculos ejus devoraviſſe: idq; non ante fuiſſe animadverſum, quam eum lavarent. Quod ad formam ejus attinet. candidus fuit, & pulchra rubedine, in oculo dextero maculā habens albā, mediocri ſtatura, lato pectore & denſa barba. Quod ad naturam. honorabilis, fortis, amans poeſeos, eāq; remunerans: in pleriſque negotiis ſuis imitator Almamonis; hominibus quoq; proponens Formulam Alcorani,* Forma. Natura.

Alcorani, & puniens illos qui eam non proferebant: ita ut animos eorum ipſe à ſe abalienaret. Verſus bonos in ore habebat; & optime callebat artem cantandi, eratque ei vox celebris. Amabat autem quendam quem habebat miniſtrum, quem cum audiviſſet die quodam alij miniſtro dicentem, Ego iratus ſum Domino meo, verſus hos recitavit.

O tu qui divitiis meis incipis gloriari, quid tu es niſi Rex cum pervenit ad potentiam?

Niſi amor obſtaret, retribueret nobis pro viribus. ſi autem ſuperior eo evadam poſt videbis.

Officiales. *Conſiliarius ejus fuit Muhammed f. Abdulmelici, Zeijati. Iudex Ahmed f. Davidis Abadæus. Ianitor Ambahus, deinde Waſifus ſervus ejus, hinc Ahmed f. Amari.*

Symbolū *Symbolum ſigilli ejus fuit* Deus confidentia eſt VVacici.

Imperium *Chronologus ait eum imperaſſe annos quinque, menſes novem, & diem unum; quorum initium fuit dies Veneris, & finis Mercurij; elapſis annis Hegiræ 230, menſibus undecim, & diebus 18: annis autem ſolaribus mundi 6338, menſibus 11, & 17 diebus.*

Michaël Imperator Rom. *Atque hujus tempore obijt Theophilus Imperator Romanorum, cui ſucceſſit in imperio filius ſuus Michaël.*

القران وعاقب من لم يقل بخلقه حتي افسد قلوبهم وكان يقول الشعر الجيد ويحسن صناعة الغني وله اصوات مشهورة وكان يهوي خادما له فسمعه يوما يقول لخادم اخر انا غضبان علي سيدي فانشد

يا ذا الذي بعذابي ظل مفتخرا
هل انت الا مليك جار اذ قدرا *
لو لا الهوي لتجارينا علي قدر فان
افق مرة منه فسوف ترا *

وكان وزيره محمد بن عبد الملك الزيات وقاضيه احمد بن داود الايادي حاجبه ايتاخ ثم وصيف مولاه ثم احمد بن عمار نقش خاتمه الله ثقة الواثق ۞

قال المورخ مدة خلافته خمس سنين وتسعة اشهر ويوم واحد اولها يوم الجمعة واخرها يوم الاربعا لتمام مايتي وثلثين سنة واحد عشر شهرا وثمانية عشر يوما للهجرة ولتمام سنة الف وثلثماية وثمان وثلاثين سنة واحد عشر شهرا وسبعة عشر يوما شمسية للعالم ۞

قال وفي ايامه مات توفيل ملك الروم وملك بعده ابنه ميخاييل علي الروم ۞

CAPVT VNDECIMVM.

Decimus Chalifa Abbaſidarum, & trigeſimus primus Rex Muſlimorum, GJAFAR, ABVLFADLVS, MVTEVVAKKELVS ALALLA f. Abuiſhaci Mutaſimi f. Haronis Rasjidi.

العاشر من الخلفا العباسيين وهو الحادي والثلثون من ملوك المسلمين المتوكل علي الله ابو الفضل جعفر بن ابي اسحق المعتصم بن هرون الرشيد *

MATER *ejus genitrix Turca fuit, & dicta Segjaïs. Creatus eſt Chalifa Samarræ, eodem die quo obijt frater ejus Wacicus, vigeſimo quarto Dulhiggiæ anni 231. Cum autem obijſſet Wacicus viſum fuit Ahmedi f. Abudavidis, & Muhammedi*

وامه ام ولد تركية يقال لها سجاع بويع له بسر من راي يوم توفي اخوه الواثق لست بقين من ذي الحجة سنة احدي وثلاثين ومايتي * قال ولما توفي الواثق اجمع راي احمد بن ابي داود ومحمد

بن عبد الملك الزيات الوزير ووصيف
التركي وجماعة على ان يولوا
الخلافة محمدا بن الواثق وهو المهتدي
فاحضروه وهو صبي صغير والبسوه
ملابس الخلافة فاستصغروه فقال لهم
وصيف اما تتقون الله تولون مثل هذا
الخلافة ثم تناظروا فاحضر القاضي احمد
بن ابي داود جعفر بن المعتصم فالبسه
الطويلة وقبل بين عينيه وقال السلام
عليك يا امير المومنين ولقبه المتوكل
فاتفقوا وبايعوه الناس ۞

قال وفي سنة اثنتين وثلاثين
ومايتين جعل المتوكل امرة مصر لانباخ
ثم بعد ذلك ردت الى المستنصر بن
المتوكل ۞

وفي سنة ثلاث وثلاثين ومايتين غضب
المتوكل على وزيره محمد بن عبد الملك
الزيات وحبسه ووكل به من يساهره
ويمنعه النوم ففعل به ذلك اياما ثم ترك
لينام فنام يوما وليلة ثم سوهر بعد ذلك
وسخن له تنورا من حديد في داخله
مسامير حتى صار جمرا ثم عذب به الى
ان مات وقيل انه ضرب على بطنه خمسين
سوطا وعلى ظهره مثلها ومات تحت
الضرب وكان السبب انه اسدى
الى المتوكل قبيحا في حياة الواثق
فقابله على ذلك وكان الوزير
هذا عالما باللغة وبالنحو والشعر
والترسل والكتابة لكنه كان احمق
متكبرا شديد العجب كثير الظلم
قليل الرحمة قليل الحيا بخيلا بجاهه
وماله لم يعرف له احسان على احد
وكان يقول الرحمة خور في الطبيعة
والسخا حمق وله شعر في جملته وهو في
الحبس هي

السبيل من يوما الى يوم كانها
تريك العين في النوم *
لا تعجبان رويدا انها دول دنيا
تنقل من قوم الى قوم *
ان المنايا وان اصبحت ذا فرح تحوم
حولك حوما ايما حوم *

f. Abdulmelici Zeĳati, Conſiliario, & Waſifo Turcæ, & aliquot aliĳs, Chalifam creare Muhammedem f. Wacici, id eſt Muhtadim; qui parvus adhuc erat puer. itaque eum accerſitum induerunt veſtibus Chalifatus. verum cum parvi facerent eum, dixit ĳs Waſifus, An non timetis Deum, quod hujuſmodi puerum Chalifatui præficiatis? Hinc diſceptarunt inter ſe: & accerſivit Iudex Ahmed f. Abudavidis Gjafarem f. Mutaſimi, eumque longa induit veſte, & inter utrumque oculum eſt oſculatus, ſalutans eum Imperatorem fidelium, & cognominans Mutewakkelum. populuſque eum unanimiter Imperatorem agnovit. Muhammed fil. VVacici. Mutewakkelus.

Anno 232 dedit Mutewakkelus præfecturam Aegypti Ambaho. At deinde ea conceſſa fuit Muſtanſiro f. Mutewakkeli. Cœpit 28 Auguſti. A.C. 846.

Anno 233 iratus eſt Mutewakkelus Conſiliario ſuo Muhammedi f. Abdulmelici Zeĳati, eumque in carcerem conjecit, conſtituens quendam qui vigilare eum faceret, & ne ſomnum caperet impediret. atque is aliquot id fecit dies. deinde relictus fuit, ut dormiret: &, cum diem ac noctem dormiviſſet, primum evigilavit. Hinc calefecit ei furnum ferreum, intus clavos habentem, donec ignitus factus eſt: atque in eo cruciatus eſt donec obĳt. Sunt tamen qui dicunt eum ſuper ventre ſuo quinquaginta cæſum fuiſſe plagis, & totidem ſuper dorſo ſuo, ac ſub ictibus expiraviſſe. Cauſa autem hujus fuit, quod, vivo adhuc Wacico, malefeciſſet Mutewakkelo; qui hoc ei ſic rependit. Noverat autem Conſiliarius hic linguam vulgarem, & Grammaticam; item Poëticam, & bene legere atque ſcribere. Sed ſtultus erat, ſuperbus, valde glorioſus, magnæ iniquitatis, parvæ miſericordiæ & pudoris, avarus dignitate ſua, & pecunia: neq; ſcitur cuiquam benefeciſſe. quin dicere ſolitus erat, Miſericordiam imbecillitatem quandam eſſe in natura: Liberalitatem autem ſtultitiam. Carmina etiam fecit quorum unum hoc eſt in carcere ab eo factum Cœpit 17 Auguſti. A.C. 847. Muhammedis fil. Abdulmelici calamitas, ſcientiæ, naturæ.

. . . .

Cœpit 26 Iulij. A.C 849.

Anno 235 deſignavit Mutewakkelus futurum ſucceſſorem ſuum filium ſuum Muſtanſirum Billa: poſt hunc a. filium ſuum Mutazzum Billa; & poſt hunc filium ſuum Muaijadum Billa. idque die Sabbathi 29 Dulhiggiæ. deditque ſingulis duo vexilla, nigrum unum, quod vexillum erat Fœderis, & alterum album, quod Præfecturæ.

Portio Muſtanſiri.

& aſſignavit filio ſuo Muſtanſiro Africam, & Occidentem totum, inde ab Ariſja Aegypti, ad finem uſque Imperij ſui in Occidente; nec non provinciam Kinnaſrinæ, Awaſimam, Syriam, Meſopotamiam, Diarbecram, Diarrebiam, Mauſilam, Hababam, Ajatam, Chaburam, Karkiſiam, Tecritam, Regionem Tigris, Meccam & Medinam, Aljamanam, Hadramutam, Iamamam, Bahrainam, Sindiam, quæque ei adjacent, Ahwazam, Sacalas, Samarram, Cufam, Maſeidanam, Hazranam, Sjahruzuram, Commam, Caſanam, & Gjebalam, agrosq; ab ea dependentes.

Mutazzi.

Filio autem ſuo Mutazzo Billa aſſignavit regionem Choraſanæ, quodque ab ea dependet, itemque Tabriſtanam, Raijam, Regionem Perſiæ, Armeniam, & Aderbigjanam. Anno autem quadrageſimo ſupra ducenteſimum aſſignavit ei quoque æraria omnium provinciarum, & officinas monetarias; juſſitque nomen ejus cudi ſuper ſtateribus.

Muaijadi.

Filio autem ſuo Muaijado Billa aſſignavit provincias Damaſci, Emeſſæ, Iardanæ, & Palæſtinæ. Atque in laudem eorum ait Ibrahimus filius Abbaſis.

قال وفي سنة خمس وثلاثين ومايتي عقد المتوكل البيعة بولاية عهده لابنه محمد المستنصر بالله ثم بعده لابنه المعتز بالله ثم بعده لابنه ابرهيم المويد بـــالله وذلك يوم السبت لليلتين بقين من ذي الحجة وعقد لكل واحد منهم لوايين احدهما اسود وهو لواء العهد والاخر ابيض وهو لواء العمل وضم الى ابنه المستنصر افريقية والمغرب كله من عريش مصر الى حيث بلغ سلطانه من المغرب وجند قنسرين والعواصم والشام والجزيرة وديار بكر وديار ربيعة والموصل وهيت والعانات والخابور وقرقيسيا وتكريت وكور دجلة والحرمين واليمن والحضرموت واليمامة والبحرين والسند وما ولاها والاهواز والسقالات وسر من راي والكوفة وماسبذان والهجران وشهرزور وقم وقاسان والجبال والضياع المنسوبة اليها وصدقات المغرب بالبصرة * وضم الى ابنه المعتز بالله كور خوراسان وما يضاف اليها وطبرستان والري وكور فارس وارمينية واذربيجان وضم اليه في سنة اربعين ومايتي خزن الاموال في جميع الافاق ودور الضرب وامر بضرب اسمه على الدراهم * وضم الى ابنه المويد بـــالله جند دمشق وحمص والاردن وفلسطين فقـــال ابرهيم بن العباس يمدحهم

Claret potentia Iſlamiſmi ligata
auxilio, virtute & corroboratione,
Per Chalifam ab Haſjemo, & tres,
qui circumdant Chalifatum Socios fœderum.
Circum lunam munus ſuum obeunt lunæ ejus, & juvant ortum auxilij ejus auxilijs ſuis.
Cingunt eos patres; & auxilium ijs ferunt, inceduntque cum honôre ſuo, & avorum.

اصبحت عري الاسلام وهي منوطة
بالنصر والاعزاز والتاييد *
بخليفة من هـــاشم وثلاثة كنفوا
الخلافة من ولاة عهود *
قمر توالت حوله اقماره يكتنفن مطلع
سعده بسعود *
كنفتهم الابا واكتنفت لهم فسعوا
باكرام نفس وجدود *

Cœpit 4 Iulij. A.C. 851.

Anno 237 præfecit Mutewakkelus Alalla Muhammedem f. Abdallæ f. Taheri, f. Huſeini Sartæ, & ditionibus Sawadæ, & vicariatui ſuo Bagdadi.

قال وفي سنة سبع وثلاثين ومايتي ولي المتوكل على الله محمد بن عبد الله بن طاهر بن الحسين الشرطة واعمال السواد وخلافته ببغداد

وفي سنة ثمان وثلاثين ومايتين توفي
عبد الرحمن بن الحكم بن هشام الاموي
ملك الاندلس فكانت مدة خلافته
احدي وثلاثين سنة وخمسة اشهر وبويع
لولده محمد بالخلافة ۞
وفي سنة احدي واربعين ومايتين
غارت الروم علي عين قرية واسرت من بها
من الشرط مع نسايهم وذراريهم * وفيها
كانت وقعات بين المسلمين والروم ۞
وفي سنة اثنتين واربعين ومايتين
خرجت الروم من ناحية شمشاط حتي
قاربوا امد ثم خرجوا من الثغور الجزرية
فانتهبوا عدة قري واسروا نحو من عشرة
الف انسان وانصرفوا الي بلادهم *
وفيها كانت زلازل هايلة بقومس
ورساتيقها وذلك في شعبان فهدمت
الدور ومات فيها من الناس نحو من
خمسة واربعين الفا وكان اكثر ذلك
بالدامغان وكان بفارس وخراسان
والشام في هذه السنة زلازل واصوات
منكرة وكان باليمن ايضا مثل ذلك
مع خسف كان بها ۞
قال وفي سنة ثلاث واربعين ومايتين
صار المتوكل الي دمشق لعشر بقين
من ذي الحجة * وفي سنة اربع واربعين
ومايتين عزم المتوكل علي المقام بالدمشق
وتحويل خزاين المال اليها وامر بالبنا بها
في صفر فتحرك الاتراك في ارزاقهم فامر
لهم بما ارضاهم ثم انثني عزم المتوكل عن
دمشق ورجع الي سرمراي وكانت
مدة مقامه بدمشق شهرين واياما
فدخل سر من راي يوم الاثنين لسبع
بقين من جمادي الاخرة ۞
وفي سنة خمس واربعين ومايتين زلزلت
بلاد المغرب حتي تهدمت الحصون
والمنازل والقناطر وزلزل عسكر
المتوكل ببغداد وزلزلت المداين
وبالس والرقة وحران وراس العين وحمص
ودمشق والرها وطرسوس والمصيصة
واذنا وسواحل الشام ورجفت اللاذقية
فما بقي فيها منزل والا افلت من اهلها *

Anno ducenteſimo trigeſimo octavo vita exceſſit Abdurrahmen f. Hakemi, fil. Hiſjami, Amawæus, Rex Hiſpaniæ, ut imperaverat annos triginta unum, & menſes quinque: atque Imperator deſignatus eſt filius ejus Muhammed. Cœpit 4 Iun. A.C. 852. Abdurrahmen Rex Hiſpaniæ moritur.

Anno 241 adorſi ſunt Romani Aincarjam, & captivos abduxerunt quicunque in ea erant milites, cum uxoribus eorum & liberis. Eodem quoque anno prælia aliquot commiſſa ſunt à Muſlimis & Romanis. Cœpit 22 Maij. A.C 855. Romani oppugnant Muſlimos.

Anno 242 egreſſi ſunt Romani è tractu Sjimsjatæ, donec pervenerunt Amidam. Deinde egreſſi finibus Meſopotamiæ diripuerunt multos pagos, & captis circiter decem mille hominibus, in regionem ſuam reverſi ſunt. Cœpit 10 Maij. A.C 856.

Eodem anno terræ motus terribiles contigerunt in Comaſa & pagis ejus, idque menſe Sjaabano, & corruentibus ædificijs, ad 45 hominum millia ſub ijs perierunt. & major quidem eorum pars interijt in Damijs. In Perſia quoque Choraſana & Syria hoc anno contigerunt terræ motus, & ſonitus inſoliti; uti & in Aljamana, cum magna deſtructione. Terræ motus horribilis.

Anno 243 abijt Mutewakkelus Damaſcum, die vigeſimo Dulhiggiæ. Anno autem 244 conſtituit conſidere Damaſci, eoque transferre æraria. & menſe Safaro juſſit ſtructuras aliquot in ea excitari. Mox ſeditionem moverunt ob ſtipendia ſua Turcæ; quibus ille dari juſſit quod eos pacaret. Deinde averſus eſt animus Mutewakkeli à Damaſco, & redijt Samarram, cum ſubſtitiſſet Damaſci menſes duos, & aliquot dies. Samarram autem ingreſſus eſt die Lunæ, 22 Gjumadæ poſterioris. Cœpit 30 Aprilis. A.C. 857.

Anno 245 terræ motu concuſſæ ſunt urbes Occidentis, ita ut arces, domicilia & pontes corruerint. Aula quoque Mutewakkeli, quæ Bagdadi erat, motu concuſſa fuit: uti & Madajinum, Baliſum, Raka, Harranæ, Raſulainum, Emeſſa, Damaſcus, Ruha, Tarſus, Maſiſa, Adana, & littora Syriæ. Tremuit quoque Ladikia, ita quidem ut non niſi pauca in ea domicilia eſſent, è quibus non effugerent homines. Cœpit 8 Aprilis. A.C. [illegible] Terræ motus magnus

Eodem

Eodem anno defecerunt venæ fontis Meccani, ita ut unus uter aquæ centum veniret

Terræ motus. *ſtateribus. Eodem quoque anno magnus accidit Antiochiæ terræ motus atq; tremor, qui multos mortales ſuſtulit; quoque, uti ajunt, mille & quingenta conciderunt ædificia, & plures quam nonaginta turres muri ejus collapſæ ſunt. & auditi ſunt ſonitus terribiles, & tremebundi, ex ædificiorum ruinis. fugitq; populus in campos. & avulſus mons ejus Acraüs in mare cecidit, unde id conturbatum fuit, aſcenditque ex eo fumus niger, obſcurus, & male olens. Evanuit quoque eo anno fluvius ad paraſangam, neque ſcitur quo abierit. Commemorat hæc liber Tabaritæ, qui fide eſt dignus.*

Menſura. Nili. *Eodem anno ſignificatum eſt Mutewakkelo, Menſuram Nili in Aegypto collapſam eſſe: juſſitque menſuram extrui in inſula: quod factum eſt: eaque vocata fuit menſura nova.*

Cœpit 29 Martij. A.C. 860. *Anno 246 Romanorum terras oppugnavit Omar f. Abidi Actaüs, atque ex iis avexit 70 hominum millia. Fadlus autem*

Muſlimi Romanos. oppugnant *f. Farani oppugnavit mare, viginti navibus, & cepit arcem Antiochiæ. Et Alis f. Iahjæ oppugnavit Arſiam; atque avexit quinque hominum millia, & circiter decem millia beſtiarum. Eodem anno conceſſit Mutewakkelus in urbem ſuam quam ædificaverat in Machura, atque in ea aliquamdiu manſit. Eodem quoque anno captivorum redemptio facta eſt à Muſlimis & Romanis, & liberati ſunt 2367*

Sanguinea pluvia. *homines. Rumor quoque venit eo anno in tractu Balahæ ſanguinem pluiſſe valde rubrum.*

Cœpit 17 Martij. A.C. 861. *Anno 247 occiſus eſt Mutewakkelus: idque hoc modo accidit. Statuerat Mute-*

Mutewakkeli cædis cauſa. *wakkelus orare coram hominibus, ultimo die Veneris menſis Ramadani, Samarræ. quod cum divulgatum eſſet, convenerunt, & congregati ſunt homines, & adfuerunt quoque Hasjemidæ, & alij. dixeruntq; Fatahus f. Chacani, & Abdalla f. Iahjæ, O Imperator fidelium, convenerunt homines, & plures ſunt quam domeſtici tui, & reliqui: atque eorum alij injuriam intulerunt, alij paſſi ſunt: alij ea quærunt quibus indigent.*

الا اليسير وذهبت جبله باهلها وفيها
غارت مسايبع عين مكة حتي بلغت
القربة الماء ماية درهم * وقال وفي هذه
السنة كانت زلزلة عظيمة بانطاكية
ورجفة قتلت خلقا كثيرا وسقط فيها
علي اكثر الف وخمساية دار وسقط
من سورها نيف وتسعين برجا وسمعوا
اصواتا هايلة مرجفة من كوي
المنازل وهرب اهلها الي الصحاري
وتقطع جبلها الاقرع وسقط في البحر
فهاج البحر في دلك وارتفع منه دخان
اسود مظلم منتن وغار فيها نهر علي
فرسخ لا يدري اين دهب ذكر هذا
كتاب الطبري والعهدة عليه ۞
قال وفي هذه السنة انتهي الي
المتوكل ان المقياس بمصر قد فسد فامر
ان يعمل مقياس في الجزيرة وعمل وسمي
المقياس الجديد ۞
قال وفي سنة ست واربعين ومايتي
غزا عمر بن عبيد الاقطع الصايفة فاخرج
منها سبعين الف راس وغزا الفضل بن
قارن البحر في عشرين مركبا فافتتح
حصن انطاكية وغزا علي بن يحيي
الارسي فاخرج خمسة الف راس ومن
الدواب نحو من عشرة الف * وفيها
تحول المتوكل الي مدينته التي بناها
بالماخورة فنزلها * وفي هذه السنة
كان الفدا بين المسلمين والروم ففدي
بالفي وثلثماية سبعة وستين نفسا *
وفيها ورد الخبر ان ناحية بلخ مطرت
دما عبيطا ۞
وفي سنة سبع واربعين ومايتي كان مقتل
المتوكل وكان من حديث ذلك ان
المتوكل عزم ان يصلي بالناس اخر جمعة
في شهر رمضان بسر من راي فشاع
الخبر بذلك فاجتمع الناس واحتشدوا
واحضر بنوا هاشم وغيرهم فقال له الفتح
بن خاقان وعبد الله بن يحيي يا امير
المومنين الناس قد اجتمعوا وكثروا
من اهل بيتك وغيرهم فبعضهم ظالم
وبعضهم مظلوم وبعضهم طالب حاجة

وقد اشتكي امير المومنين توعكا وضيق
صدر فان راي ان يامر بعض اولاده ولي
العهود ان يصلي بالناس ونحن معه
فاجاب الي ذلك وامر ولده المستنصر ان
يصلي بالناس فلما نهض ليركب قال
الفتح وعبد الله للمتوكل ان راي امير
المومنين ان يامر المعتز بذلك فاشتد علي
وصلي المعتز بالناس ثم جاء العيد فامر
المتوكل المستنصر ان يصلي بالناس
فاشار الفتح ابن خاقان وعبد الله بن يحيي
ان يصلي المتوكل بنفسه ليراه الناس
خوفا ان يرجفوا بمرضه فركب المتوكل
وصلي بالناس وخطب بهم وعاد الي قصره
المعروف بالجعفري واغري بابنه المستنصر
وكان يتوعده ويسبه ويسب امه ويامر
من يحضر مجلسه من اهل السخف يسبه
فسعي في قتل والده ووافقه علي ذلك
جماعة من الاتراك والموالي فلما كان ليلة
الاربعا لاربع خلون من شوال وجد الفرصه
في ذلك وكان المتوكل يشرب في
قصره مع ندمايه وقد سكر فدخل نوغا
الصغير الي المجلس وامر الندما
بالانصراف الي حجرهم فانصرفوا ولم يبق
عنده الا الفتح بن خاقان واربعة من
الخدم وكان نوغا قد غلق الابواب
كلها الا باب الشط واخذ المستنصر زرافة
التركي الحاجب فشغله بالمشي معه
وحادثه ودخل الغلمان المعينون لقتل
المتوكل من باب الشط وبايديهم السيوف
مسللة فاول من ضرب المتوكل منهم
باغر فقطع حبل عاتقه فقال مهلا قطع الله
يدك ثم اراد الوثوب واستقبل الضرب بيده
فابانها واجهزوا عليه السيوف فقال الفتح
بن خاقان ويلكم امير المومنين فقال
نوغا الا تسكت يا خاقاني فرمي الفتح
بنفسه علي امير المومنين المتوكل
ليحميه واخذ منهم بسيفه فتنحي وصاح
الموت فقتلوه وقتل المتوكل وقطعوهما

Imperator a. fidelium conqueſtus eſt ſe minus benè valere, & pectoris anguſtia laborare. Itaque, ſi viſum ei eſt, præcipiat uni è filijs ſuis Socijs fœderum, ut oret coram populo. nos autē ei aderimus. Mutewakkelus morem ijs gerens, juſsit filium ſuū Muſtanſirum orare coram populo. Cumque ſurrexiſſet aſcenſurus (equum,) dixerunt Fatahus & Abdalla, Si viſum eſt Imperatori fideliū, jubeat id facere Mutazzum. verum ille noluit Mutazzum orare coram populo. Cumq; adveniſſet feſtū, juſsit Muſtanſirum orare. ſed ſuaſerunt ei Fatahus f. Chacani, & Abdalla f. Iahjæ ut ipſe Mutewakkelus oraret, ut populus eum videret, neq; propter morbum ejus tumultum excitaret. Itaque aſcendit Mutewakkelus, & oravit coram populo, atque concionatus eſt, ac reverſus in aulam ſuam dictam Gjafariam. Deinde filium ſuum Muſtanſirum convenit, eique minatus eſt, atque eum, & matrem ejus reprehendit, jubens quoque eos qui in cubiculo ejus aderant, viros judicio pollentes eum reprehendere. Hinc ille ſtuduit patrem ſuum interficere: qua de re aſſenſi ei ſunt Turcæ aliquot, & ſervi. Cumque dies factus eſſet Mercurij, quartus Sjewali, occaſionem ad id nactus eſt. Erat enim Mutewakkelus, in aula ſua, cum compotatoribus ſuis potans: cumque ebrius factus eſſet, ingreſſus eſt Nuga minor in cubiculum, juſsitque compotatores illos domum ire, nec quiſquam apud eum manſit, præter Fatahum f. Chacani, & quatuor miniſtros. Nuga autem januas omnes clauſit, præter januam ripæ. Et Muſtanſirus adorſus Razacam Turcam Ianitorem, fecit eum occupatum eundo cum ipſo, & colloquendo. Hinc ingreſsi ſunt ſervi deſtinati cædi Mutewakkeli, per portam ripæ, manibus ſuis tenentes gladios evaginatos. Primus autem eorum qui Mutewakkelum percuſsit, Iaazus quidam fuit. hic cum vinculum ſcapulare ejus abſcidiſſet, dixit Mutewakkelus, Quieſce, Deus tibi manum amputet. voluitque in eum irruere, & verberaturus eum erat manu ſua, quam jam extenderat: ſed illi ilico adorſi eum ſunt gladijs ſuis. & dixit Fatahus f. Chacani, Væ vobis. Imperator fidelium eſt. At Nuga reſpondit, Nunquid taces adverſarie? Verum Fatahus ſe ipſum conjecit ſuper Imperatorem, eum protecturus. & abreptus ab ijs, cum gladio ſuo, receſsit, clamans, Mors! unde eum occiderunt: & interfecerunt quoque Mutewakkelum: atque ambos truncarunt.

Hinc,

Hinc egreſſi ad Muſtanſirum, ſalutarunt eum Imperatorem. Ajunt quoque Muſtanſirum ſapientes conſuluiſſe de cæde patris ſui, & narraviſſe de eo res turpes; eosque ſuaſiſſe, ut eum occideret. Inter cætera autem, quæ Muſtanſirum filium ejus provocarunt, hoc fuit, quod valde odiſſet Alim f. Abutalibis; eumque ſæpe vilipenderet atque contemneret. Cumque die quodam tale quid feciſſet, iratus ei eſt Muſtanſirus, & mutatus eſt vultus ejus: quod videns Mutewakkelus dixit,

Cauſa odii Muſtanſiri.

Iraſcitur puer filio patrui ſui. hæret puer in utero matris ſuæ.

Imperavit annos 14, menſes 10, & dies tres, annos natus 40. Quod ad formam ejus attinet. fuſcus fuit, procerus, macilentus, ſubtilis rubedinis, colore vergente ad flavedinem. Quod ad naturam. munificus, liberalis, valde benignus, & ſuaviter cum ſuis converſans. Cum Chalifatum adeptus eſſet, ſuſtulit tentationem ab hominibus; & ordinatus fuit mundus. floruerunt ejus tempore viri excellentes, docti, atque eruditi. Conſiliarii ejus fuerunt Muhammed f. Abdulmelici, Zeijatus: quo occiſo, Conſiliarium ſuum conſtituit Muhammedem f. Fadli, Gjorgjanæum; & hinc Abdallam f. Iahjæ f. Chacani. Iudices habuit Iahjam f. Actemi (quem depoſuit, eripiens ei pecuniam ſuam, quæ centum millium aureorum ſummam dicitur attigiſſe.) deinde Gjafarem f. Muhammedis Barhamæum, hinc Gjafarem f. Abdallæ, f. Gjafaris, Hasjemæum. Dicitur quoque dignitate removiſſe Ahmedem f. Davidis, qui promoverat eum ad Chalifatum. Ianitores ejus fuerunt Waſifus Turca, hinc Muhammed f. Aſimi, deinde Iaacobus f. Coſaræ, poſtea filius Marzabani, & tandem Ibrahimus f. Haſeni, f. Sahali. Symbolum ſigilli ejus fuit, In Deo meo eſt fiducia mea.

Forma. Natura. Officiarii. Symbolum.

Imperium. *Chronologus ait eum imperaſſe annos 14, & dies 275, quorũ initium fuit dies Iovis, ut finis Mercurii; elapſis annis Hegiræ 246, & menſibus novem; annis autem ſolaribus mundi 6353, menſibus tribus, & dies 14.*

Patriarchæ Alexandrini. *Narrant autem Hiſtoriæ Chriſtianorum Patriarcham Iacobitarum Abuna Ioſephum*

ثم خرجوا الى المستنصر فسلموا عليه بالخلافه وذكر ان المستنصر بالله كان قد استفتى الفقها في قتل ابيه وحكي عنه امورا قبيحة فاشاروا بقتله ومن جملة ما يقم عليه المستنصر ولده انه كان يعلن في بغض علي بن ابي طالب ويكثر الوقيعة فيه والاستخفاف به قال وفعل بعض الايام شيا من ذلك فغضب عليه المستنصر وتغير وجهه وراه المتوكل فقال

غضب الفتى لابن عمه راس الفتى في حر امه *

وكانت خلافته اربع عشرة سنة وعشرة اشهر وثلاثة ايام وكان عمره اربعين سنة * صفته اسمر طويلا نحيفا خفيف العارضين رقيق السمرة يضرب لونه الى الصفرة * سيرته سمحا جوادا طيب المفاكهة لين الجانب لاصحابه * قال ولما افضت اليه الخلافة رفع المحنة عن الناس وصفت الدنيا وحظي في ايامه الفضلا والعلما واهل الادب * وزراوه محمد بن عبد الملك الزيات ثم قتله ووزر له محمد بن الفضل الجرجاني ثم عبد الله بن يحيى بن خاقان * قضاته يحيى بن اكثم ثم عزله واخذ ماله قيل ان مبلغه مايه الف دينار ثم جعفر بن محمد البرجمي ثم جعفر بن عبد الله بن جعفر الهاشمي وقيل انه نكب القاضي احمد بن ابي داود الذي اشار بولاية الخلافه * حجابه وصيف التركي ثم محمد بن عاصم ثم يعقوب بن قوصرة ثم ابن المرزبان ثم ابرهيم بن الحسن بن سهل * نقش خاتمه على الاهي توكلي

قال المورخ مدة خلافته اربع عشرة سنة ومايتي خمسة وسبعين يوما اولها يوم الخميس واخرها يوم الاربعا لتتمة مايتي ستة واربعين سنة وتسعة اشهر [illegible] لتمام ستة الف وثلثمايه ثلاث وخمسين سنة وثلاثة اشهر واربعة عشر يوما شمسية للعالم

والذي ورد في تواريخ النصارى ان بطرك اليعاقبة ابنا يوساب

مات في ايام المتوكل في سنة اثنتين
واربعين ومايتي وخلا الكرسي بعده
ثلاثين يوما وقدم عوضه ابناخايل
وقيل انه كان قسا بدير ابي يحنس
وكانت تقدمته في رابع عشر هتور
في السنة العاشرة من خلافة المتوكل
واقام سنة واحدة وخمسة اشهر ومات
في ثاني وعشرين برموده سنة سبع
وستين وخمساية لدقلاديانوس ودفن
بدير ابي مقار وهو اول من دفن
بالدير المذكور من البطاركة وخلي
الكرسي بعده احد وثمانين يوما ۞
وفي سنة اربع واربعين ومايتي للهجره
للسنه الثانية عشر من خلافة المتوكل
قدم قسما بطركا لليعاقبه بالاسكندريه
وكان شماسا بدير ابي مقار في اليوم
الرابع عشر من ابيب سنة سبع وستين
وخمساية لدقلاديانوس * وفي ايامه
بنيت اسوار تنيس ودمياط واسكندريه
والبرلس والاشموم والطينه ورشيد ونستروه
واقام سبع سنين وخمسه اشهر ومات في
حادي وعشرين هتور سنه خمس وسبعين
وخمساية للشهدا ودفن بدموش ولما قدم
كتب سنوديقا لبطرك انطاكيه
بالامانه وهو الاب يوحنا وارسله اليه على
العادة وورد جوابه بالاتفاق والمحبه وخلي
الكرسي بعده احد وخمسين يوما ۞
قال وفي ايام المتوكل مات ميخاييل
بن توفيل ملك الروم وملك بعده ابنه
توفيل بن ميخاييل فامر بان يمحوا الصور
من الكنايس وان لا يبقي في كنيسة
صورة البتة وسببه ان بلغه ان في بعض
الكنايس التي على اسم السيده مرتمريم
يظهر في صورتها في يوم عيدها لبن ينقط
من ثديها فكشف عن القصه فوجد
القايم قد تصنع في هذا لانه كان يكتسب
من ذلك مالا جزيلا من الحجاج الى
الكنيسه سيما من النسوان فضرب عنق
القايم وابطل الصور فارسل البطرك اليه
يقول له ان موسى النبي نقش صورة
الشاروبيم على قبة الزمان وكذلك

obiiſſe tempore Mutewakkeli anno videlicet 242, & cathedram poſt ipſum vacaviſſe dies triginta, atque in locum ejus ſubſtitutum fuiſſe Abuna Chaïlem, qui presbyter dicitur fuiſſe in monaſterio Abu-Iohannis. Conſtitutus autem fuit decimo quarto Haturi, anno decimo Chalifatus Mutewakkeli: atque annum ſedit unum, & menſes quinque, obiit, die duodecimo Barmudæ, anno Diocletiani 567; & ſepultus fuit in monaſterio Abu-Macari. Atque hic primus eſt Patriarcha, qui in illo monaſterio ſepultus fuit. vacavitque poſt eum cathedra dies 81.

Patriarcha Alexandrinus.

*Anno autem 244 Hegiræ, duodecimo Chalifatus Mutewakkeli, conſtitutus eſt Coſma Patriarcha Iacobitarum Alexandriæ, qui presbyter fuerat in monaſterio Abu-Macari, * die decimo quarto Abibi, anno Diocletiani 567. Atque hujus tempore reſtaurati fuerunt muri Tinniſi, Damiatæ, Alexandriæ, Barleſi, Oſmumæ, Tinæ, Raſjidi, & Neſteruhi: ſeditque annos 7, & menſes quinque, ac obiit vigeſimo primo Haturi anno Martyrum 575; & ſepultus eſt Damuſi. Cumque jam conſtitutus eſſet, ſcripſit ſynodicam de religione Patriarchæ Antiocheno, Patri Iohanni, eamque, more ſolito, ad eum miſit: atque is ei reſponſum miſit cum concordia & amore. vacavitq; poſt eum cathedra dies 51.*

Theophilus Imp. Rom.

Tempore Mutewakkeli obiit Michaël f. Theophili Imperator Romanorum cui ſucceſſit filius ſuus Theophilus f. Michaelis. Atque hic imagines è templis tolli juſſit, nullamque in ullo templo unquam voluit imaginem ſupereſſe: cujus rei cauſa hæc fuit. Intellexerat in templo quodam S. Mariæ ſacro, die ei feſto, viſum fuiſſe, in imagine ejus, lac ſtillans ab uberibus ejus. cumque rationem ejus examinaviſſet, comperit Paræcum arte id effeciſſe, quod magnum ex ea re lucrum caperet, à peregrinantibus ad illud templum, maximè à mulieribus: præciditque Paræco cervicem, & imagines ſuſtulit. Sed miſit ad eum Patriarcha, dicens. Moſes Propheta ſculpſit imagines Cherubinorum, in tabernaculo temporis, & ita quoque

Imagines è Templis tollit, ejus rei cauſa.

Legatio Patriarchæ ad Imperatorem.

Salomon

Salomon f. Davidis, cum templum extruxiſſet Hieroſolymæ, imagines Cherubinorum fecit ex auro. Quin & hoc conſtat, Literæ Regis, cum afferuntur alicui ex Præfectis ejus, ſigillo ejus conſignatæ, eique dicitur, Hoc à Rege eſt; eum illas legere, oſculari, capitique ſuo & oculis admovere; ut Regem honoret; quod nomen ejus & ſigillum ijs impreſſa ſint. Ita nos quoque imaginem tantum recipimus, propter eum cujus fert nomen, non autem propter colores. *quibus Patriarchæ verbis auditis, Imperator imagines pingi juſſit, more ſolito.*

سليمان بن داود لما عمر الهيكل باورشليم صور الشاروبيم من ذهب قال والمشهور ان كتاب الملك اذا ورد الى بعض عماله مختوما بخاتمه ويقال له هذا من الملك يقف عليه ويقبله ويضعه على راسه عينيه تعظيما للملك لكون اسمه وخاتمه عليه ونحن انما نقبل الصورة لاجل من صورت على اسمه لا لاجل الاصباغ فلما سمع الملك هذا القول الذي اشار به البطرك امر بتصوير الصور على العادة ۞

CAPVT DVODECIMVM.

Undecimus Abbaſidarum, & Chaliſa trigeſimus ſecundus, MVHAMMED ABVGJAFAR MVSTANSIRVS BILLA, f. Mutevvakkeli, f. Mutaſimi, f. Haronis Raſjidi.

الحادي عشر من الخلفاء العباسيين وهو الثاني والثلاثون المستنصر بالله ابو جعفر محمد بن المتوكل بن المعتصم بن هرون الرشيد *

MATER *ejus genitrix Romana fuit, & vocata Habasja. Creatus eſt Chaliſa inauguratione privata, eo die quo occiſus fuit pater ejus Matewakkelus; & poſtridie ejus diei, inauguratione publica, die videlicet Mercurij, quarto menſis Sjewali, anni 247. Breve autem fuit imperium ejus, neque diu vixit. dicebatque populus imperium ejus poſt cædem patris ejus, duraviſſe menſes ſex, ſicut imperium Siroæ, fil. Coſroæ Abarwiri, parricidæ: quod & verum eſt. Narrant etiam, cum imperio præfectus eſſet Muſtanſirus, expanſum ei fuiſſe tapetum, in quo imago expreſſa erat ſimilitudine equi, cui inſidebat eques, capite diadema geſtans, quod magnus ambibat circulus, in quo ſcriptura erat Perſica: Muſtanſirum autem vocaviſſe quendam, qui eam legeret, & Perſæ vultum fuiſſe mutatum. ac Muſtanſirum dixiſſe, Quid id eſt? illum autem reſpondiſſe, Nugæ quædam ſunt Perſicæ. at Muſtanſirum voluiſſe ut eam ſibi explicaret: atq; illum negaviſſe ſenſum ei ullum ineſſe: cumque Muſtanſirus dixiſſet, Neceſſe eſt ut eam mihi exponas, dixiſſe, Sic ait.* Ego Siroës filius

Imago Siroæ parricidæ.

وامه ام ولد رومية يقال لها حبشة بويع له بالخلافة البيعة خاصة ليلة قتل والده المتوكل وبويع له من الغد البيعة العامة يوم الاربعا لاربع خلون من شوال سنة سبع واربعين ومايتين فقصرت مدته ولم يطل عمره وكان الناس يقولون ان مدة ولايته بعد قتل ابيه ستة اشهر كمدة شيرويه بن كسري ابرويز قاتل ابيه فكان الامر كذلك * وقد ذكر انه لما ولي المستنصر الخلافة بسط له بساط فيه صورة نقش مثال فرس عليه راكب وعلي راسه تاج تحيط به دايرة كبيرة جدا فيها مكتوب بالفارسية فاحضر المستنصر من قراها فتغير وجه الفارسي فقال له المستنصر ماهو قال بعض حماقات الفرس فقال اخبرني به فقال لا معني له قال لا بد ان تخبرني به قال يقول انا شيرويه بن

كسري قتلت ابي ولم اتمتع بالملك الا
ستة اشهر فتغير وجه المستنصر وقام
من مجلسه ولم يملك الا ستة اشهر ۞

قال وفي سنة ثمان واربعين ومايتي
خلع المستنصر اخويه المعتز والمويد من
ولاية عهده والزمهما ان خلعا انفسهما
واشهد عليهما بذلك وكتب المستنصر
الي محمد بن عبد الله بن طاهر بن
الحسين وهو صاحب شرط بغداد فخبره
ان المعتز والمويد سالاه ان ياذن لهما في
خلع انفسهما من ولاية العهد التي قلدهما
المتوكل وانهما كانا صغيرين عاجزين
لم يبلغا الحكم ولا جرت عليهما احكام
الاسلام وانهما اخلعا انفسهما طايعين غير
مكرهين علي ذلك * وكان الذي حمل
المستنصر علي خلع اخويه وصيف وبغا
وساير من اعان علي قتل المتوكل وخافوا
ان يصير الامر لهما فيقتلوهم بابيهما ۞

قال وفي هذه السنة توفي المستنصر
بالله فيقال ان الطيفوري سمه وقيل انه
قطر في اذنه دهنا فتورم راسه فمات
وكانت وفاته لخمس بقين من ربيع
الاول وكانت خلافته ستة اشهر الا
اياما وكان عمره خمسا وعشرين سنة *
صفته كان ربعا ابيض اعين اقني
مسمنا مهيبا سيرته كان ذا شهامة واقدام
غير انه كان بخيلا وله شعر من جملته

متي ترفع الايام من قد وضعنه وتنقاد
لي دهرا علي جموح *
اعلل نفسي بالرجا واني لاغدو علي
ما ساني واروح *

وذكر بشر الخادم قال كان
المستنصر يوما من ايام خلافته نايما فانتبه
وهو يبكي وينتحب قال فهبته ان
اساله عن السبب ووقفت ورا الباب
واذا عبد الله بن عمرو البازيار قد وافي
فسمع نحيبه وشهيقه فقال ويحك ما له
يا بشر فاعلمته انه كان نايما فانتبه
باكيا فدخل عليه وقال لا ابكي

Coſroæ patrem meum occidi, neque imperio fruitus ſum niſi ſex menſibus; *& mutatum fuiſſe vultum Muſtanſiri, eumque è ſolio ſuo ſurrexiſſe, & non imperaſſe niſi ſex menſes.*

Anno 248 depoſuit Muſtanſirus fratres ſuos Mutazzum & Muajadum Societate fœderis ſui, eoſque coëgit ut ſeſe ipſos ea abdicarent; atque hac de re teſtes quoſdam contra eos appellavit. ſcripſitque ad Muhammedem f. Abdallæ, f. Taheri, f. Huſeini, qui Præfectus præſidij erat Bagdadi, eique ſignificavit, Mutazzum & Muajadum ſe rogaviſſe, uti veniã ijs largiretur, Societate fœderis, quam ipſis Mutewakkelus impoſuerat, ſeſe abdicandi: parvos ſe eſſe, & debiles, neq; judicium aſſequutos, neque in Iſlamiſmi negotijs verſatos. eoſque ſponte ſe ipſos, non invitos, ea dignitate abdicaviſſe. Hortati autẽ eum erant ad depoſitionem fratrum ejus Waſifus, Nuga, & reliqui, qui auctores fuerant cædis Mutewakkeli: timebant enim ne, devoluto ad eos imperio ſe, propter patrem eorum, occiderent.

Cœpit 6 Martij. A.C. 862.

Muſtanſirus fratres ſuos ſucceſſionis jure abdicat.

Eodem anno obijt Muſtanſirus Billa. Diciturque Tafuris veneno eum ſuſtuliſſe. alij ajunt eum in aurem ejus oleum inſtillaviſſe; atque inde exulcerato capite, eum obijſſe. Vita a. exceſſit die 25. Rabij prioris. ut imperaverat menſes ſex, minus aliquot diebus; annos natus 25. Quod ad formam ejus attinet. mediocri fuit ſtatura, candidus, magnis oculis, naſo diſtorto, & mirum in modum obeſus. Quod ad naturam, animoſus, atque audax, verum avarus. Verſus etiam fecit, qui hi ſunt.

Muſtanſiri obitus.

Forma.

Natura.

Quando attollent dies eum quem humiliarunt, & ducetur mihi ſeculum ſuper equo forti?

Alo animam meam ſpe: & feſtino ſuper eo quod me contriſtat, atque reficior.

Narrat autem Baſjerus miniſter, dicens. Cum die quodam Muſtanſirus tempore Chalifatus ſui dormiviſſet, evigilavit flens, atque ejulans: veritus autem ego ſum eum interrogare cauſam; ſtetique poſt oſtium; & ecce ſupervenit Abdalla f. Amri Bariarus, qui, audita ejulatione ejus, atque planctu, Eheu Baſjere, inquit, quid eſt illi? Ego autem ei ſignificavi, illum è ſomno evigilaviſſe flentem. Itaque, ingreſſus ad eum, dixit, Ne flere faciat tibi Deus

Somnium.

Deus oculum, ô fidelium Imperator. quamobrem fles? Reſpondit ille, Accede ô Abdalla. utque ad eum acceſſit, dixit, Vidi inter dormiendum Mutewakkelum dicentem mihi, Eheu Muhammed, occidiſti me, oppreſſiſti me, atque eripuiſti mihi Chalifatum meum. per Deum! non frueris eo poſt me niſi paucos dies; deinde autem ingredieris ignem. unde evigilans non ſum meus, præ metu. Reſpondit a. ei Abdalla, hæc Confuſiones ſunt ſomniorum ex cogitationibus tuis eu de re nata: itaque eas à te pelle, luſu & hilaritate: ac jube afferri tibi vinum: & ne cura viſionem. Atque id fecit: ſed non deſijt eſſe conſternatus, donec obijt.

Deſperatio. *Cum autem morbus ejus ingraveſceret, exijt ejus mater, eumque rogavit, quomodo valeret: ille autem reſpondit, Per Deum, diſcedit à me mundus, & vita futura.*

Officiales. *Liberos reliquit quatuor mares. Conſiliarij ejus fuerunt Chaſibus, & poſt eum Ahmed filius ejus. Iudex Gjafar Abbaſæus. Ianitor Waſifus, & Nuga, & filius Romali, & filius Onameni.*

Symbolũ. *Symbolum ſigilli ejus fuit* Timorem accipit qui ab eo declinat.

Imperium. *Chronologus ait eum imperaſſe dies 178, quorum primus fuit Iovis, & ultimus Sabbathi: elapſis annis Hegiræ 247, menſibus tribus, & diebus tribus: annis autem ſolaribus mundi 6353, menſibus novem, & diebus 12.*

الله لك عينا يا امير المومنين ما بالك تبكي فقال له ادن يا عبد الله فدني منه فقال له كنت نايما فرايت المتوكل يقول لي ويحك يا محمد قتلتني وظلمتني وغصبتني خلافتي والله لا تمتعت بها بعدي الا اياما يسيرة ثم مصيرك الى النار قال فانتبهت لا املك نفسي من كثرة جزعي فقال له عبد الله هذه اضغاث احلام لما في نفسك من هذا الامر فدع عنك باللهو والطرب وادع بالنبيذ ولا تعني بالرويا * قال ففعل ذلك وما زال منكسرا حتى مات قال انه لما اشتدت عليه خرجت امه وسالته عن حاله فقال والله ذهبت مني الدنيا والاخرة * اولاده اربعة ذكور ووزراوه الخصيب واحمد ولده بعده قاضيه جعفر العباسي حجابه وصيف ونوغا وابن الرومال وابن اونامن * نقش خاتمه يوتي الحذر من مال منه * قال المورخ ان مدة خلافته مائة ثمانية وسبعين يوما اولها يوم الخميس واخرها يوم السبت لتتمة مايتي سبع واربعين سنة للهجرة وثلاثة اشهر وثلاثة ايام ولتمام ستة الف وثلثماية ثلاثة وخمسين سنة وتسعة اشهر واثني عشر يوما شمسية للعالم ۞

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Duodecimus Abbaſidarum, & Chalifa trigeſimus tertius, AHMED ABVLABBAS MVSTAÏNVS BILLA f. Muhammedis f. Mutaſimi, f. Haronis Raſjidi.

الثاني عشر من الخلفا العباسيين وهو الثالث والثلثون المستعين بالله ابو العباس احمد بن محمد بن المعتصم بن هرون الرشيد *

MATER *ejus genitrix dicta fuit Maharifa. Ajunt autem, mortuo Muſtanſiro, conveniſſe Nugam majorem, & Nugam minorem, Vtamaſum, Ahmedem f. Chaſibi, & aliquot alios ex primoribus, & conſultaſſe, quem Chalifatui præficerent.*

وامه ام ولد يقال لها مخارق * قيل لما توفي المستنصر اجتمع نوغا الكبير ونوغا الصغير واوتامش واحمد بن الخصيب وجماعة من الموالي واجالوا الراي في من يولون الخلافة وكرهوا

ان يتولاها احد من ولد المتوكل خوفا
من ان يقتلهم لقتل المتوكل فاجتمع
رايهم على احمد بن محمد بن المعتصم فبايعوه
بالخلافة وقت العشا الاخير من
ليلة الاثنين لست خلون من ربيع الاخر
سنة ثمان واربعين ومايتين للهجرة وعمره
ثمان وعشرين سنة ولقب المستعين بالله
واستوزر اتامش واستكتب احمد بن
الخصيب وركب من الغد الى دار
العامة بزي الخلافة واصطف الناس
صفين واذا صيحة عظيمة وجاء خمسون
فارسا وقدر الف رجل من العوام
والسوقة شاهرين السيوف وهم يصيحون
يا منصور يا معتز وشدوا على الناس
وجرى قتال عظيم ثم انهزمت المعتزية
وسكنت الغوغا واستقرت الخلافة
للمستعين وامر بحبس المعتز والموية ابني
المتوكل ۞

قال وفي سنة تسع واربعين ومايتين
وثب الاتراك على اتامش وكان
غالبا على امر المستعين كله فقتلوه
وقتلوا كاتبه شجاع بن القسم وانتهبوا
دار اتامش واخذوا منها اموالا جليلة
وكان الذي دبر الحيلة في قتله
وصيف ونوغا لما كان يستبد به من
الامور ويستاديه من الاموال واضطربت
بذلك امور الترك واختلف اهواوهم ۞

قال وفي سنة خمسين ومايتين خرج
يحيى بن عمر بن حسن بن زيد بن علي
بن الحسين بن علي بن ابي طالب
بالكوفة وانضاف اليه خلق كثير
فوجه اليه محمد بن عبد الله بن طاهر
بن الحسين جماعة فتقاتلوا فقتل يحيى
وانهزم اصحابه واتي براسه الى محمد
فوجه به الى المستعين ونصب بسر من
راى وجعل في صندوق في بيت
السلاح ۞

وفي سنة احدى وخمسين ومايتين
وثب وصيف ونوغا في جماعة من
الموالي على باغر وقتلوه لانه كان قد
استولى على دار الخلافة وعزم على قتل

Noluerunt autem ei præeſſe quemquam filiorum Mutewakkeli; quod metuerent, ne eos occideret, ob cædem Mutewakkeli. itaque unanimi conſenſu elegerunt Ahmedem f. Muhammedis, f. Mutaſimi, & Chalifam eum crearunt, tempore veſpertino diei lunæ, qui ſextus erat Rabij poſterioris, anni Hegiræ 248, cum natus eſſet annos 28, & cognominatus fuit Muſtaïnus Billa. Conſiliarium aſſumpſit Vtamaſum, Scribam autem Ahmedem f. Chaſibi. Cum autem poſtridie ornatu Chalifatus indutus veheretur in curiam, populuſque duobus ordinibus diſpoſitus eſſet, ecce magnus ortus eſt clamor, & venerunt quinquaginta equites, & circiter mille pedites, ex populis & ſubditis, oſtendentes gladios, & clamantes, O adjute, O Mutazze. *impetuque in populum facto, magna commiſſa eſt pugna. ſed in fugam deinde verſis tumultuatoribus illis, quievit plebs, & ſtabilitum fuit imperium Muſtaïno: qui in carcerem juſſit conjici Mutazzum & Muaijadum filios Mutewakkeli.* Seditio.

Anno 249 irruerunt Turcæ in Vtamaſum, qui negotia omnia Muſtaïni adminiſtrabat, eumque occiderunt; interficientes quoq; Segjaüm f. Hatimi: & diripuerunt ædes Vtamaſi, magnamq; opum vim ex iis nacti ſunt. Procuraverant autem cædem ejus Waſifus & Nuga; quod à negotiis Imperatorem excluderet, & contra illos eum incitaret. Atque eo facto turbatæ fuerunt res Turcarum, & varia fuit eorum ſollicitudo. Cœpit 24 Feb. A. C. 863. Vtamaſi cædes.

Anno 250 [illegible] prodijt Iahja, f. Omaris, f. Iahjæ, f. [illegible], f. Zeidi, f. Alis, f. Huſeini, f. Alis, f. Abutalibis, cui multi ſe mortales adjunxerunt. At Muhammed f. Abdallæ, f. Taheri, f. Huſeini exercitum contra eum miſit: commiſſoque prælio, occiſus eſt Iahja, & milites ejus in fugam verſi. Caput autem ejus portatum fuit ad Muhammedem, qui id miſit ad Muſtaïnum: atque affixum fuit Samarræ: & poſitum in ciſtam armamentarij. Cœpit 13 Feb. A. C. 864. Iahja fil. Omaris.

Anno 251 irruerũt Waſifus & Nuga, cum aliquot ex primatibus, in Iaazum, eumque occiderunt; quia occupaverat arcem imperialem, & in animo habuerat interficere Muſtaïnum, Cœpit 3 Feb. A. C. 865. Iaazi cædes.

Muſtaïnum, Waſifum, & Nugam. cumque occiſus eſſet, tumultuati ſunt ejus milites, magnaque, propter cædem ejus, orta eſt ſeditio. Et Muſtainus ſibi metuens fugit Bagdadum, cum Waſifo & Nuga. ſed aſſequuti eum aliquot è Principibus rogarunt eum ut reverteretur in aulam ſuam, Samarram. verum is noluit. itaque illi reverſi Samarram, è carcere eductum Mutazzum crearunt Chalifam, fratremque ejus Muaÿadum Socium fœderis ejus. Deſcendit autem Muſtaïnus Bagdadum menſe Muharramo.

Muſtaïnus fugit.

Mutazzus creatur Chalifa.

Cumque Mutazzo Samarræ confirmatum eſſet imperium, miſit fratrem ſuum Ahmedem f. Mutewakkeli oppugnatum filium patrui ſui Muſtaïnum, idque vigeſimo tertio Muharrami. abijtque Bagdadum cum quinque mille equitibus ex Turcis, & Faraïnis, & duobus millibus ex Magaribis. Muſtaïnus autem ſe munivit Bagdadi, foditque ei foſſam, ad regionem orientalem; plantavitque catapultas, & patefecit fontes in viis. At Ahmed f. Mutewakkeli eũ obſedit, arctiſſima obſidione, multiſque diebus plurima commiſſa ſunt prælia, Præerat autem omnibus illis prælijs Muſtaïni Muhammed f. Abdallæ f. Taheri, f. Huſeini. Tandem autem hic Abdalla Taherides, deficiens à Muſtaïno, (quod intellexiſſet eum juſſiſſe Nugam & Waſifum ut ipſum occiderent) pacem fecit cum Ahmede f. Mutewakkeli, eique aſſenſus eſt de abdicatione Muſtaïni, certis conditionibus, & pactis inter eos initis. miſitque Ahmed conditiones illas ad Mutazzum, qui eas approbavit, & manu ſua obſignavit; idque cum Taherides Muſtaïnum jam compuliſſet, ut ipſe teſtaretur ſe imperium ſuum illi tradere. qua de re teſtes contra eum appellavit Primates Bagdadi, & Iudices ejus.

& perſequitur Muſtaïnum.

Bagdadi obſidio.

Eodem anno Tabriſtanam occupavit Haſenus f. Zeidi, f. Muhammedis, f. Iſmaelis ex poſteris Alis f. Abutalibis: multiſque, ab eo, & Suleimane filio Abdallæ, Præfecto Muhammedis filij Abdallæ fil. Taheri, commiſſis prælijs, tandem Suleiman cepit Tabriſtanam, & Haſenus fugit in Dailamam.

Haſenus f. Zeid rebellat,

& fugatur.

Eodem quoque anno prodijt in regione Dailamæ Talibita quidam nomine

المستعين ووصيف ونوغا فلما قتل شغب اصحابه ووقعت الفتنة بسبب قتله وهرب المستعين الي بغداد خوفا علي نفسه ومعه وصيف ونوغا فلحقوه جماعة من القواد وسالوه ان يرجع الي قصره بسر من راي فابي فرجعوا الي سر من راي فاخرجوا المعتز من محبسه وبايعوه بالخلافة ولاخيه المويد بولاية عهده وكان انحدار المستعين الي بغداد في المحرم ۞

قال ولما تم الامر للمعتز بالله بسر من راي جهز اخاه احمد بن المتوكل لقتال ابن عمه المستعين وذلك لسبع بقين من المحرم فسار الي بغداد في خمسة الف فارس من الاتراك والفراعنة والفين من المغاربة وتحصن المستعين ببغداد وحفر لها خندقا من الجانب الشرقي ونصب المناجنيق وبين العيون في الطرقات ونازله احمد بن المتوكل وحاصره حصارا شديدا وجرت وقعات متعددة في ايام كثيرة وكان القايم بامر المستعين في تلك الحروب كلها محمد بن عبد الله بن طاهر بن الحسين واخر الامر ان ابن طاهر ينكر للمستعين لانه بلغه ان المستعين امر نوغا ووصيف بقتله فصالح ابن طاهر احمد بن المتوكل ووافقه علي خلع المستعين علي شرايط وتقريرات جرت بينهما وسير تلك الشرايط الي المعتز بالله فامضاها وكتب بها خطه وذلك بعد ان كلف ابن طاهر المستعين ان اشهد عليه انه صير امره اليه وشهد عليه بذلك اكابر بغداد وقضاتها ۞

قال وفي هذه السنة غلب علي طبرستان الحسن بن زيد بن محمد بن اسمعيل من ولد علي بن ابي طالب وجرت بينه وبين سليمان بن عبد الله عامل محمد بن عبد الله بن طاهر حروب اخرها ان سليمان تغلب علي طبرستان وهرب الحسن الي الديلم ۞

وفيها خرج ببلاد الديلم طالبي يدعي

Haſenus

الحسن ابن احمد الكوكبي بن اسمعيل
بن ابرهيم من ولد علي بن ابي طالب
فهرب منه اصحاب السلطان واستولي علي
منازلهم ثم صار الي المدينة فهرب منه
عاملها ثم سار منه الي مكة فمنعه
اهلها من دخولها فحاصرها حصارا
شديدا حتي مات اهلها جوعا وعطشا
ثم رحل عنها بعد سبعة وخمسين يوما
الي جدة فحبس عن اهل مكة الميرة
وقطع السابلة ثم اعترض الناس يوم الموقف
بعرفات فقتل خلقا كثيرا وسلب
الناس فهربوا ولم تتم وقفتهم ووقف هو
واصحابه ومات في سنة اثنتين وخمسين
ومايتين ۞

وفي هذه السنة كان خلع المستعين
بالله قال انه اشهد علي نفسه انه خلع
نفسه من الخلافة وانه قد احل الناس
من بيعته ودعي للمعتز بالله ببغداد يوم
الجمعة لاربع خلون من المحرم ونقل المستعين
الي قصر الحسن بن وهب ووكل به
من يحفظه * ثم احدر المستعين الي
واسط ووكل به احمد بن طولون ودس
اليه المعتز بالله سعيد الحاجب فقتله
بالقادسية واحتز راسه وقيل ان احمد بن
طولون باشر قتله في شوال من هذه
السنة واتي براسه الي المعتز بالله بن عمه
وهو يلعب بالشطرنج فقيل له هذه راس
المخلوع فقال دعوه هناك حتي افرغ
من لعب الشطرنج فلما فرغ يلعب نظره
وامر بدفنه وكانت خلافته سنتين
وتسعة اشهر واياما وعمره احدي
وثلثين سنة ۞

سيرته كان فيه لين وانقياد
لاتباعه مهملا اموره شديد الخوف
علي نفسه * وكان وزراوه احمد
بن الخصيب ثم نكبه واستوزر ابا
صالح عبد الله بن محمد بن سجاي
القاسم حجابه اتامش ثم وصيف ثم نوغا
قضاته احمد بن ابي الشوارب الاموي
ومحمد بن وزير الواسطي * قال المورخ
خلع لتمام مايتين احدي وخمسين سنة

Haſenus f. Ahmedis.

Haſenus f. Ahmedis Kewkebi, f. Iſmaëlis, f. Ibrahimi, è poſteris Alis f. Abutalibis, quem cum fugiſſent milites Principis, potitus eſt manſionibus eorum. hinc abijt Medinam, cujus Præfectus eum quoque fugit; deinde

Meccam obſidet.

Meccam, cujus cives introitu eum prohibuerunt, unde eam arctiſſima obſidione cinxit, ita ut cives fame & ſiti perirent. poſt dies autem 57 ab ea diſceſſit Gjuddam, & Meccanos interclusit commeatu, atque inhibuit itinera. Cum autem deinde cives die ceremoniarū in Arafato conveniſſent, multos mortales occidit, hominesque ſpoliavit, qui fugæ ſe dederunt, nondum abſolutis ceremonijs: ipſe autem cum ſuis militibus eas celebravit. & obijt anno 252.

moritur.

Muſtaïnus imperio depoñitur.

Eodem anno imperio depoſitus fuit Muſtaïnus Billa, qui ipſe teſtes appellavit qui contra eum teſtarentur, ipſum ſe Chalifatu abdicaviſſe, populumque abſolviſſe juramento fidelitatis ei præſtito. vocatuſque ad imperium Bagdadi fuit Mutazzus, die Veneris, quarto Muharrami. Muſtaïnus autem tranſlatus fuit in arcem Haſeni f. Wahebi, & deſtinatus fuit quidam ejus cuſtodiæ. Deinde factus eſt deſcendere Waſitum, & præfectus ei Ahmed f. Tuluni: ſed ſubornavit Mutazzus Billa Saïdum Ianitorem, qui eum interfecit, Cadiſiæ, & caput ei abſcidit. ſunt tamen qui dicunt Ahmedem f. Tuluni eum occidiſſe, menſe Sjewalo hujus anni. Cum autem caput ejus allatum eſſet ad Mutazzum filium patrui ejus, ipſo ludente latrunculis, dictumque ei eſſet, Hoc caput eſt depoſiti imperio. ille reſpondit Relinquite id iſtic, donec abſolvero luſum latrunculorum. Abſoluto autem luſu, id intuitus eſt, & ſepeliri juſſit. Imperavit annos duos, menſes novem, & aliquot dies, annos natus 31.

& occiditur.

Ejus natura.

Quod ad naturam ejus attinet. Lenis fuit, & auſcultans ijs qui eum ſequebantur, differens negotia ſua, & valde ſibi timens.

Officiales.

Conſiliarij ejus fuerunt Ahmed f. Chaſibi, &, hoc depoſito, Abuſalihus Abdalla f. Muhammedis, fil. Segjai, f. Caſimi. Ianitores, Vtamaſus, hinc Waſifus, & deinde Nuga. Iudices, Ahmed f. Abuſjawaribi Amawæus, & Muhammed f. Waziri, Waſitæus.

Imperium.

Chronologus ait depoſitum eum fuiſſe elapſis annis Hegiræ 251, &

& diebus 4, annis autem ſolaribus mundi 6357, & quinque menſibus.

Narrant hiſtoriæ Chriſtianorum, tempore Muſtaïni, anno Hegiræ 252 conſtitutum fuiſſe Alexandriæ Patriarcham, nomine Sanitium, eumque, cum 11 annos ſediſſet, obiiſſe.

واربعة ايام للهجرة ولتمام ستة الف وثلثماية سبع وخمسين سنة وخمسة اشهر شمسية للعالم ۞

والذي ورد تواريخ النصارى انه قدم لليعاقبة بطرك على الاسكندرية في ايام المستعين في سنة اثنتين وخمسين ومايتي للهجرة اسمه سانيتيو اقام احدي عشرة سنة وتنيح ۞

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Decimus tertius Abbaſidarum, & Chalifa trigeſimus quartus MVHAMMED ABV-ABDALLA MVTAZZVS BILLA f. Mutewakkeli, f. Mutaſimi, f. Haronis Raſchidi.

الثالث عشر من الخلفاء العباسيين وهو الرابع والثلثون المعتز بالله ابو عبد الله وقيل محمد بن المتوكل بن المعتصم بن هرون الرشيد *

MATER ejus genitrix nomen habuit Fatiha. Vnanimi conſenſu creavit eũ populus Chaliſam, cum depoſitus eſſet Muſtaïnus, idque die quarto Muharrami, anni 252. Muaijadus in carcerẽ conijcitur. *Atque eodem anno conjecit Mutazzus in carcerem fratrem ſuum Muaijadum, eumque depoſuit Societate fœderis ſui, & anguſtijs affecit. cumque deinde intellexiſſet Turcas velle ut è carcere educeretur, juſſit eum panno involvi, hujuſque extremitates prehenſas teneri donec expiravit.* Necatur. *Deinde eduxit eum ad Iudices, & Primates: cumque nullum in eo eſſet veſtigium, neque vulnus, dixit eum morte naturali extinctum.*

Præfectus Aegypti. *Eodem anno depoſuit Iezidum f. Abdallæ gubernatione Aegypti, qui præfectus ei fuerat tempore Mutewakkeli, anno 241. & hoc depoſito, præfecit ei Mazahimum f. Chacani.*

Cœpit 10 Ianuarij A.C. 867. *Anno 253 irruerunt Turcæ in Waſifum, eumque occiderunt, ob ſtipendia ſua. Eodem anno ablegavit Mutazzus Billa Ahmedem f. Mutewakkeli Waſitum: deinde autem eum revocavit in regionem orientalem Bagdadi; ubi manſit. Eodem quoque anno obijt Muhammed f. Abdallæ, f. Taheri, Bagdadi, die decimo quarto Dulkiadæ, cujus nocte luna eclipſin paſſa eſt.*

امه ام ولد يقال لها فتيحة وامه اجمع الناس على بيعته لما خلع المستعين وذلك لاربع خلون من المحرم سنة اثنتين وخمسين ومايتي * قال وفي هذه السنة حبس المعتز اخاه المويد وخلعه من ولاية عهده وضيق عليه ثم بلغه ان الاتراك ارادوا اخراجه من محبسه فامر المعتز فلفه في لحاف سمور ومسك بطرفيه حتى مات ثم اخرجه الى القضاة والاكابر ولا اثر فيه ولا جرح وقال لهم انه مات حتف انفه ۞

وفي هذه السنة عزل يزيد بن عبد الله عن امرة مصر وكان قد تولاها في ايام المتوكل سنة احدي واربعين ومايتي ولما عزل يزيد ولاها المعتز مزاحم بن خاقان ۞

وفي سنة ثلث وخمسين ومايتي وثب الاتراك على وصيف فقتلوه بسبب ارزاقهم * وفيها بعث المعتز بالله احمد بن المتوكل الى واسط ثم رده الى الجانب الشرقي من بغداد فنزل به * وفيها توفي محمد بن عبد الله بن طاهر ببغداد في ليلة الرابعة عشر من ذي القعدة وكان القمر قد كسف في تلك الليلة ۞

قال وفي سنة اربع وخمسين ومايتي قتل
نوغا الصغير بسر من راي بامر المعتز بالله
ونصب راسه بسر من راي ثم ببغداد *
وفيها توفي ابو الحسن بن محمد بن علي بن
الحسين بن علي بن ابي طالب وهو العاشر
من الايمة الاثني عشر الذين يعتقد الشيعة
ايامهم * وفيها توفي مزاحم بن خاقان فولي
مصر ابنه محمد ثم مات فوليها احمد بن
طولون في شهر رمضان سنة اربع وخمسين
ومايتي * وخلع المعتز دبر عليه حاجبه
صالح بن وصيف قيل جاء اليه ومعه جماعة
فدخلوا عليه وجروا برجليه الي باب
الحجرة واقاموه في الشمس وكان يرفع
قدما ويحط اخري وجعلوا يلطمونه
ويقولون اخلعها فاجابهم الي خلع نفسه
فادخلوه حجرة وبعثوا الي ابن ابي الشوارب
والقاضي وجماعة من الشهود واحضروهم
واشهدوهم انه قد خلع نفسه وكان ذلك
يوم السبت لليلتين خلتا من شهر رجب
ثم سلم المعتز لمن يعذبه فمنع الطعام والشراب
ثلاثة ايام وادخل به سردابا واطبقوا عليه
بابه فاصبح ميتا وذلك لليلتين خلتا
من شعبان * وكانت خلافته من
حين بويع له بسر من راي اربع سنين
وستة اشهر وثلاثة وعشرين يوما ومن
حين خلع المستعين وبويع البيعة العامة
ثلاث سنين وسبعة اشهر الا اياما وصلي
عليه المهتدي بالله * ووزراوه محمد بن
جعفر ثم عيسي بن فرخناه ثم ابو محمد
جعفر بن اسرايل الانباري قاضيه احمد
بن الحسن بن ابي الشوارب حاجبه صالح
بن وصيف كان غالبا علي امره وهو
الذي عمل علي خلعه وقتله وكان المعتز
موثر اللذات مشتغلا بها معرضا عن
تدبير الملك بسببها والنظر في مصالحه *
قال المورخ مدة خلافته ثلاث سنين
وستة اشهر وعشرين يوما اولها يوم
السبت واخرها يوم الاثنين لتتمة مايتي
اربع وخمسين سنة وستة اشهر واربعة
وعشرين يوما للهجرة ولتمام ستة الف

Anno 254 occiſus fuit Nuga minor, Samarræ, juſſu Mutazzi; & caput ejus affixum fuit, primum Samarræ, deinde Bagdadi. Eodem anno obijt Abulhaſenus fil. Muhammedis, filij Alis, f. Huſeini f. Alis, f. Abutalibis; qui duodecimus erat illorum Principum, quos agnoverat factio. Eodem quoque anno vita exceſsit Mazahimus f. Chacani, ac præfectus Aegypto fuit filius ejus Muhammed, & hoc mortuo, Ahmed f. Tuluni, menſe Ramadano anni 254. Depoſitionem Mutazzi procuravit Ianitor ejus Salihus f. Waſifi. hic enim, ut ajunt, venit ad eum cum quibuſdam alijs. cumque ingreſsi ad eum eſſent, traxerunt eum pedibus ejus, ad portam uſque domus, & erexerunt eum in ſole, cum pedem alterum attolleret, alterum deprimeret. cœperuntq; colaphis eum cædere, ac dixerunt, Depone Chalifatum. Ille autem, morem ijs gerens, Chalifatu ſe abdicavit. Hinc eum introduxerunt in ædes, ac miſsis legatis, ad filium Abuſjawaribi, & Iudicem, atque aliquot teſtes, juſſerunt eos adeſſe, ac teſtati eos ſunt, ipſum ſe Chalifatu abdicaviſſe; idque die Sabbathi, ſecundo menſis Regjebi. Hinc traditus fuit Mutazzus cuidam qui eum affligeret. cumque tribus diebus nec cibus ei, nec potus datus eſſet, introductus fuit in caveam, cujus porta poſt eum clauſa fuit; & mane inventus eſt mortuus, idque die ſecundo menſis Sjaabani. Imperavit, ex quo ſcilicet inauguratus fuit Samarræ, annos 4, menſes 6, & dies 23: ex quo autem Muſtainus ſe imperio abdicavit, atque ipſe publica inauguratione receptus fuit, annos 3 & menſes ſeptem, minus aliquot diebus. Oravit pro eo Muhtadis Billa. Conſiliarij ejus fuerunt Muhammed f. Gjafaris; hinc Iſa f. Farhanahi, deinde Abu-Muhammed Gjafar f. Iſraelis Anbaræus. Iudex, Ahmed f. Haſeni, f. Abuſjawaribi. Ianitor, Salihus f. Waſifi, qui pleraq; negotia ejus adminiſtravit, & hoc etiam effecit, ut depoſitus fuerit, & occiſus. Deditus autem fuit Mutazzus voluptatibus, iiſque ita ſtudens, ut regni gubernationem, & conſiderationem ejus quod ex uſu illius erat neglexerit. Chronologus ait eum imperaſſe annos tres, menſes 6, & dies 20: quorum initium dies fuit Sabbathi, finis autem Lunæ; elapſis annis Hegiræ 254, menſibus

Cœpit 1 Ianuarij. A.C. 868.

Præfectus Aegypti.

Mutazzi depoſitio.

Mors.

Officiales

Natura.

Imperium.

menſibus ſex, & diebus 24. annis autem ſolaribus mundi 6360, menſibus decem, & diebus 17.

Patriarcha Alexandrinus.

Narrant autem Chriſtianorum hiſtoriæ Patriarcham Oſanium conſtitutum fuiſſe anno primo Mutazzi, die decimo tertio Tubæ, anni 575 Martyrum, qui incidit in annum 252 Hegiræ. fueratque presbyter in monaſterio Abu-Macari: ac ut ſedit annos undecim, & menſes tres, vita exceſſit.

Annotatio.

Patriarchæ Sanitij facta.

Continent Vitæ Patriarcharum, nominatum eum fuiſſe Sanitium, & conſtitutum anno Hegiræ ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, quo, imperio depoſito Muſtaino, præfectus ei fuit Mutazzus Billa. Convertit autem hic, tempore ſuo, quoſdam qui negabant paſſionem Domini Meſſiæ, inde à tempore ſeparationis, eoſque recepit, & Baptizavit, ac concionatus eſt in templis eorum. ſcripſitque ad Patriarcham Antiochenum, & certiorem id eum fecit; qui converſione eorum gaviſus eſt. Fecit quoque hic Patriarcha Alexandriæ aquæductus ſubterraneos, quibus aquam dulcem derivavit è lacu Alexandrino in alveos urbis. Hoc principatum tenente, Ægypti Præfectus erat Ahmed f. Tuluni.

Theophilus Imp. Rom.

Michaël.

Baſilius.

Tempore autem Mutazzi obiit Theophilus f. Michaëlis Romanorum Imperator, cui filius ſuus Michaël ſucceſſit. Huic, uti narrat filius Batrici, inter cæteros duces fuit quidam ei carus, & quem præ reliquis amabat, nomine Baſilius, qui cum Michaël Imperator, ſeſe refecturus, exiiſſet in inſulam, quæ prope Conſtantinopolin eſt, in eo mari quod vocatur Pontus, eum interfecit, & imperium occupans, Romanorum Imperator eſt factus, licet non eſſet è ſtirpe regia (erat enim origine Saclabæus.) cædi autem ejus prætexuit, res malas ab eo perpetratas: & inter cæteras, quod, cum mulierem quandam amaret, juſſiſſet Baſilium eam ducere; rem tamen cum ea non habere, ipſeq; cum ea concubuiſſet, (propterea quod non licebat ei, viva adhuc exiſtente uxore ſua, aliam ducere.) factum hoc turpe & indignum judicans, aiebat Baſilius, eum interfecit.

وثلثماية وستين سنة وعشرة اشهر وسبعة عشر يوما شمسية للعالم ۞

والذي ورد تواريخ النصاري ان البطرك اوسانيوس قدم في اول سنة من خلافة المعتز بالله في ثالث عشر طوبه سنة خمس وسبعين وخمسمايه للشهدا وهي السنة الثانية والخمسين ومايتي للهجرة وكان اقنوما بدير ابي مقار واقام احدي عشرة سنة وثلاثة اشهر ومات *

حاشية *

تضمن سير البطاركة ان اسمه سانيتيو وانه قدم في سنة اثنتين وخمسين ومايتي للهجرة من السنة التي خلع فيها المستعين فتولي فيها المعتز بالله * وفي ايامه رجع اقواما كانوا ينكرون الام السيد المسيح من زمان الفرق فقبلهم وعمدهم وكرز في كنايسهم وكتب الي بطرك انطاكيه فعرفه بذلك ففرح برجوعهم. * قال وعمل هذا البطرك مجاري تحت الارض بمدينة الاسكندرية يعبر الما الحلو فيها من خليج اسكندرية الي الادر بها * وفي رياسته كان احمد بن طولون عاملا علي مصر ۞

قال وفي ايام المعتز بالله مات توفيل بن ميخايل ملك الروم وملك بعده ابنه ميخايل علي الروم وقال بن بطريق انه كان من جملة قواده قايد يحبه ويوثره علي جميع اصحابه اسمه بسيل فخرج ميخايل الملك يتنزه في الجزيرة التي بظاهر القسطنطينية في البحر الذي يدعي بنطس فقتله بسيل القايد وغلب علي الملك وتملك علي الروم ولم يكن من بيت الملك لان جنسه صقلابي واعتذر انه قتله لامور ردية جرت منه من جملتها انه عشق امراة فامر باسيل ان يتزوجها ولا يطاها ويكون ميخايل الملك يضاجعها بحكم انه لا يقدر يتزوج امراة اخري في حياة زوجته قال واستقبحت هذا الامر فقتلته *

فاقام باسيل ملكا على الروم مدة خلافة المعتز والمهتدي وبعض خلافة المعتمد ۞

Imperavit autem Baſilius Romanis tempore Chaliſatus Mutazzi, & Muhtadis; & ex parte quoque Mutamidi.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

الرابع عشر من الخلفاء العباسيين وهو الخامس والثلثون المهتدي بالله ابو عبد الله قيل محمد بن الواثق بالله بن المعتصم بن هرون الرشيد *

Decimus quartus Abbaſidarum, & Chaliſa trigeſimus quintus, MVHAMMED ABV-ABDALLA MVHTADIS BILLA, f. Watici, f. Mutaſimi, f. Haronis Rasjidi.

وامه رومية اسمها قرب * قال لما قبض الاتراك على المعتز احضروا محمدا بن الواثق وبايعوه بالخلافة وكان المعتز اول من بايعه ولقبه المهتدي بالله وذلك لثلاث خلون من شهر رجب سنة خمس وخمسين ومايتين ولما بويع بالخلافة منع الشرب واطرح الغنى والملاهي وامر بنفي القيان وطرد السباع وكلاب الصيد التي كانت في دار الخلافة وازال المظالم والزم نفسه الاشراف على الدواوين والحسبانات والجلوس للناس في كل اثنين وخميس والكتاب بين يديه ۞

MATER *ejus Romana fuit nomine Caraba. Cum Turcæ prehendiſſent Mutazzum, advocatum hunc Muhammedem f. Watici crearunt Chaliſam. ac Mutazzus quidem primus omnium eum Imperatorem ſalutavit, & cognominavit Muhtadim Billa, idq; die tertio menſis Regjebi, anni 255. Creatus autem Chaliſa vetuit uſum vini: & rejecit Cantores ac Mimos: Augures autem exulare juſſit. abegit quoque leones, & canes venaticos, qui in arce imperiali erant: & ſuſtulit tributa. quin ipſe ſibi impoſuit inſpectionem judiciorum, & rationum: & ſedens vacavit populo ſingulis diebus Lunæ, & Iovis, librum ante ſe habens.* Muhtadis probitas.

قال وفي هذه السنة ظهر الحبيب صاحب الزنج بالبصرة وهو رجل ادعى انه علي بن محمد بن احمد من ولد علي بن ابي طالب وكذب وقيل ان اسمه علي بن محمد بن عبد الرحيم من بني عبد القيس فجمع الزنج الذين كانوا برسم السباع وكان مبدا ظهوره في سنة تسع واربعين ومايتين وكان مشعبذا عيارا منجما فاسد العقيدة فاستغوى جماعة من ذوي الجهل من الزنج والغلمان وعبر دجلة ثم مضى الى البحرين وذعى الى نفسه على انه من ولد علي بن ابي طالب وتبعه خلق كثير ثم انتقل الى حي بني تميم ولم يزل ينتقل من حي الى حي ويقوي امره الى سنة سبعين ومايتين وسنذكر في كل سنة ما جرى له فيها من الحوادث ان شاء الله تعالى

Eodem anno manifeſtavit ſe Habibus Rihorum Dominus, Baſræ, vir qui dicebat ſe eſſe Alim filium Muhammedis, filij Ahmedis, è poſteris Alis filij Abutalibis, verum mentiebatur. aiunt autem nomen ejus fuiſſe Alim f. Muhammedis, f. Abdurrahimi, è poſteris Abdulcaiſi. Hic collegit Ribos, qui leonum more vivebant: cæpitque innoteſcere anno 249. homo inquies, Aſtrologus, & noxiæ religionis. qui multos homines ſimplices ex Ribis, & pueros ſeduxit. Trajecto Tigri abijt in Bahrainam, prædicans ſe eſſe oriundum ab Ali f. Abutalibis, & multos apud ſe habens mortales. Deinde adijt familiam filiorum Temimi. neque deſtitit ab una familia, ad aliam diſcedere, & imperium ſtabilire, ad annum uſque ducenteſimum ſeptuageſimum. Commemorabimus autem, favente Deo Opt. Max. in ſingulis annis, quid ei in ijs contigerit. Habibus Rihorum Dominus rebellat.

Cum

Cum itaque illo anno vires ejus creſcerent, conſternatæ ſunt Regiones, & crevit in hominum animis ejus terror, nec quiſquam ei occurrit quin ab eo vinceretur.

Cœpit 9 Decemb. A.C. 869.

Anno ducenteſimo quinquageſimo ſexto venit Muſa fil. Nugæ Samarram: fuerat enim Rajæ, & in Tabriſtana, bellum inferens Alawæo, qui in illis tractibus prodierat, cumque Samarram veniſſet, abſcondit ſeſe ab eo Salihus f. Waſifi: ſed diligentiſſime eum quæſivit Muſa, donec eũ nactus eſt, eumq; occidit: & circumportatum fuit poſtridie caput ejus, & clamatum, Hæc pars ejus eſt qui Dominum ſuum interfecit, eumque necari juſſit: & factum id fuit tribus diebus.

Salihus f. VVaſifi necatur.

Cauſa interitus Muhtadis.

Eodem anno occiſus fuit Muhtadis Billa. cũ enim Muſa f. Nugæ, & Bancialus conſentirent de eo occidendo, ſuaſit Muſa Bancialo, uti Muhtadim adiret, & ſimularet ſe ei ſubijcere, interim autem neci ejus ſtuderet. Abijt itaque Bancialus ad Muhtadim: ſed hic eum in vincula conjecit. unde tumultum excitantes Principes circumdederunt arcem, petentes à Muhtadi ut Bancialum dimitteret: verum is caput illius abſciſſum ad eos projecit. Hinc tumultuati ſunt Turcæ, & pugna ab ijs & Magaribis commiſſa, quibus utrimque quatuor millia ceciderunt. Sed Turcæ rurſus numero decem millium convenientes, Ducem ſuum conſtituerunt Tagarbam fratrem Banciali. Et egreſſus Muhtadis, in ſinu Alcoranum ferens, opem imploravit Magaribarum, Farainorum, & quorundam è vulgo. Sed irruens in eos Tagarbas cum Turcis, in fugam eos vertit: abijtque Muhtadis fugiens, & manu enſem tenens, ac duobus ſaucius vulneribus, atq; ingreſſus eſt domum Muhammedis f. Mardadi. at illi ingreſſi quoque eum apprehenderunt: & Ahmed fil. Chacani impoſuit eum jumento, eumque, à tergo ſequens, egit, & in domum ſuam introduxit; ubi cœperunt verberare eum, & faciem ejus conſpuere, dicentes, Depone Chalifatum. at illo id recuſante, quidam ejus teſtes conculcavit, donec eũ occidit, idque die 16 menſis Regjebi. Crearunt autem Chalifam Ahmedem f. Mutewakkeli, eumque cognominarunt Mutamidum Alalla, &

Banciali cædes.

Muhtadis fugit.

capitur.

occiditur.

فلما قوي امره في تلك السنة وغلب البلاد وقويت في النفوس هيبته وكان لا يلتقيه احد الا كان الظفر له ۞

قال وفي سنة ست وخمسين ومايتين قدم موسي بن بوغا من سر من راي وكان بالري وطبرستان لمحاربة العلوي الخارج بتلك البلاد فلما قدم من سر من راي اختفي منه صالح بن وصيف واشتد طلب موسي بن بوغا الي ان ظفر به فقتله وطيف براسه من الغد ونودي هذا جزا من قتل مولاه وامر بقتله وفعل ذلك ثلاثة ايام ۞

قال وفي هذه السنة كان مقتل المهتدي بالله وذلك ان موسي بن بوغا وبانكيال اتفقا علي قتله فاشار موسي بن بوغا بانكيال بالمضي الي المهتدي ويظهر له انه علي طاعته ويدبر علي قتله فمضي بانكيال الي المهتدي فاعتقله فجاشت الموالي واحتاطوا بالقصر وطالبوا المهتدي باطلاق بانكيال فقطع راسه ورماها لهم فجاشت الاتراك ووقعت الحروب بينهم وبين المغاربة فقتل من الفريقين اربعة الف واجتمعت الاتراك في عشرة الف وقدمت عليها طغربا اخا بانكيال وخرج المهتدي والمصحف في عنقه يدعو الي نصر المغاربة والفراعنة وبعض العامة فحمل عليهم طغربا والاتراك فهزموهم ومضي المهتدي منهزما والسيف في يده وقد جرح جرحين فدخل دار محمد بن مرداد فدخلوا عليه واخذوه اسيرا وحمله احمد بن خاقان علي دابة فاردف خلفه سايسا وادخله الي داره وجعلوا يصفعونه ويبصقون في وجهه ويقولون اخلعها فامتنع فوطي رجل علي انثييه حتي قتله وذلك لاربع عشرة ليلة بقيت من شهر رجب وبايعوا احمد بن المتوكل ولقبوه المعتمد علي الله

واحضروا شهودا شاهدوا المهتدي وانه
مات سليما وليس به الا جرحا يوم الوقعة
وقيل انه بن عم بانكيال قتله بخنجر
وشرب من دمه وصلي عليه القاضي جعفر
بن عبد الله الهاشمي ودفن بسر من راي
فكانت مده خلافته احد عشر شهرا
واياما وكان عمره يناهز اربعين سنة *
صفته مربوعا حسن الوجه اسمر رقيقا اشهل
العينين عظيم البطن طويل اللحية اجلح *
وسيرته ورعا صالحا جميل الطوية مرضي
السيرة محمد المذهب يكاد يكون في
بني هاشم مثل عمر بن عبد العزيز *
ووزراوه ابو ايوب بن احمد قاضيه الحسن
بن ابي الشوارب حجابه صالح بن وصيف
وبانكيال وموسي بن بوغا نقش خاتمه
من تعدي الحق ضاع مذهبه ۞

قال المورخ كان اول خلافته يوم
الثلثا واخرها يوم الثلثا لتتمة مايتي
خمس وخمسين سنة وستة اشهر وسبعة
عشر يوما للهجرة ولتمام ستة الف وثلثمايه
احدي وستين سنة وتسعة اشهر وستة
وعشرين يوما شمسية للعالم ۞

advocarunt teſtes, qui teſtarentur Muhtadim ſanum obiiſſe, non enim in eo erant niſi duo vulnera, quæ tempore prælij acceperat. Sunt qui dicunt filium patrui Banciali eum occidiſſe, & de ſanguine ejus bibiſſe. Oravit pro eo Iudex Gjafar f. Abdallæ Haſjemæus. Sepultus eſt Samarræ. Imperavit menſes undecim, & aliquot dies: annos natus circiter quadraginta.

Ejus forma.

Quod ad formam ejus attinet. mediocris fuit ſtaturæ, pulchra facie, fuſcus, gracilis, ovillis oculis, magno ventre; prolixa barba, & calva fronte.

Natura.

Quod ad naturam. abſtinens, bonus, pulchrorum conceptuum, optimæ indolis, ac laudabilis vitæ, & fere inter Haſjemidas fuit tanquam Omar fil. Abdulazizi.

Officiales.

Conſiliarius ejus fuit Abuiobus fil. Ahmedis. Iudex, Haſenus fil. Abuſjawaribi. Ianitores, Salihus, f. Waſſi, Bancialus, & Muſa filius Nugæ.

Symbolum.

Symbolum ſigilli ejus, Qui tranſgreditur æquum errat ejus greſſus.

Chronologus ait initium Chalifatus ejus fuiſſe diem Martis, uti & finem, elapſis annis Hegiræ 255, menſibus ſex, & diebus 17. annis autem ſolaribus mundi 6361, menſibus 9, & 26 diebus.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

الخامس عشر من الخلفا العباسيين
وهو السادس والثلاثون المعتمد علي
الله ابو العباس احمد بن
المتوكل بن المعتصم بن
هرون الرشيد *

وامه ام ولد يقال لها فينان
بويع له بالخلافة يوم قتل
بن عمه المهتدي بسر من
راي لاربع عشر ليلة بقيت
من شهر رجب سنة ست وخمسين
ومايتي ۞

وفي هذه السنة قوي امر الخبيث
صاحب الزنج واكثر من القتل
والقتال والنهب فخرج له جعلان فلقيه
فهزم جعلان ومن معه واخذ الزنج اربعة

Decimus quintus Abbaſidarum, & Chaliſa trigeſimus ſextus, AHMED ABULABBAS MUTAMIDUS ALALLA, fil. Mutewakkeli, f. Mutaſimi, fil. Haronis Raſjidi.

MATER *ejus genitrix dicta fuit Finana. Creatus eſt Chaliſa Samarræ, eo die quo occiſus fuit filius patrui ejus Muhtadis, die ſcilicet 16 menſis Regjebi anni ducenteſimi quinquageſimi ſexti.*

Rihorum victoria.

Atque eodem anno viribus crevit Princeps Rihorum, & cæde, pugna, ac prædatione graſſatus eſt. Sed exiit contra eum Gjalanus: cui ille occurrit, in fugam eum cum ſuis vertens. ceperuntque Rihi viginti quatuor

naves

naves marinas, eas circumdantes, & occidentes omnes illos qui in ijs erant. Hinc abijt Habibus Obullam, eamque adorſus, & multis in ea mortalibus occiſis, urbe eſt potitus. Deinde contendit Abbadanum, cujus cives arcem ei tradiderunt: & magna pecuniæ vi ab ijs accepta, abijt in Ahwazam, quam & occupavit. Cumque jam 80 hominum millia ſe illi adjunxiſſent, cœperunt etiam timere cives Baſræ, & multi, relicta urbe, in varia loca diſperſi ſunt.

Habibus capit Obullam, & Abbadanum atque Ahwazam.

Cœpit 29 Novemb. A.C. 870.

Anno 257 adorſus eſt Habibus omni vi ſua Sabadum f. Gjafaris f. Dinani, & eos qui cum illo erant, eoſque vicit, multos eorum occidens. Mutamidus autem contra eum multos exercitus miſit, diverſis vicibus, qui cum illo multas pugnas commiſerunt: ſed in omnibus ijs victoria ceſſit Principi Riborum. Tandem Baſram obſedit arctiſſima obſidione, adeo ut fames, & commeatus defectus cives affligerent: urbemque ingreſſus, viginti civium millia occidit, & ea potitus eſt.

Habibus Baſram obſidet, & capit.

Cœpit 17 Novemb. A.C. 871.

Anno 258 miſit Mutamidus contra eum Muham. Muwallidum, contra quem prodijt Habibus, & multis commiſſis prælijs, tandem in fugam verſus eſt Muhammed jam memoratus, & Habibus exercitũ ejus delevit.

Habibus vincit Muallidum.

Eodem anno conſtituit Mutamidus fratrem ſuum Abu-Ahmedem f. Mutewakkeli Socium fœderis ſui; concedens ei præfecturam Orientis, Diarrebiæ, Mauſilæ, Awaſimæ, & Aegypti; & dignitatis ei veſtem induens, ac cognominans eum Muafficum Billa: futurum quoque ſucceſſorem ejus deſignans filium ſuum Gjafarem f. Mutamidi, quem cogominavit Mufawidum Ilalla: concedens ei præfecturam Occidentis. Hinc miſit Muwafficum Billa, & cum eo Muſlihum, cum magno exercitu, oppugnatum Habibum: cui cum occurriſſent, acerrimæ commiſſæ ſunt pugnæ; in quibus cum ſagitta Muſlihum tetigiſſet, & occidiſſet, milites ejus in fugam verſi ſunt. Muwafficus autem cum ſuis ſecedens nonnihil, vires collegit. Erat autem Habibus mendaciſſimus, ſuiſque perſuadebat, ſe abſcondita quæque ſcire, & ea facere poſſe, quæ in poteſtate hominis non eſſent. Deinde prælium commiſſum eſt cum Iahja f. Muhammedis

Muafficus Socius fœderis.

Muafficus Habibum adoritur.

Muſlihus perit.

Iahja Dux Habibi miſere perit.

وعشرين مركبا من مراكب البحر واحتاطوا حولها وقتلوا كلمن كان فيها ثم سار الحبيب الي الايلة فهجمها وقتل خلقا عظيما بها واستولي عليها ثم سار الي عبادان فسلم اهلها الحصن اليه واخذ منهم اموالا كثيرة ثم سار الي الاهواز فاخذها واجتمع معه ثمانون الفا من الخلق فخاف منه اهل البصرة وانتقل جماعة وتفرقوا في عدة اماكن ۞

قال وفي سنة سبع وخمسين ومايتي اتي الحبيب صاحب الريح سعيد بن جعفر بن دينان ومن معه علي غرة فظفر بهم وقتل منهم خلقا كثيرا فجهز اليه المعتمد جيوشا كثيرة في عدة دفعات وكان بينهم وقعات كثيرة وكان الظفر فيها لصاحب الريح ثم حاصر البصرة حصارا شديدا واضر باهلها الجوع وانقطاع الميرة فدخلها وقتل من اهلها عشرين الفا واستولي عليها ۞

وفي سنة ثمان وخمسين ومايتي جهز اليه المعتمد محمد المولد فخرج اليه الحبيب وجري بينهم قتال كثير فانهزم محمد المذكور واستباح الحبيب عسكره ۞

وفي هذه السنة جعل المعتمد اخاه ابا احمد بن المتوكل ولي عهده وضم اليه ولاية المشرق وديار ربيعة والموصل والعواصم وديار مصر وخلع عليه ولقبه الموفق بالله وجعل ولي عهده ابنه جعفر بن المعتمد ولقبه المفوض الي الله وجعل اليه ولاية المغرب وجهز الموفق بالله لقتال الحبيب ومعه مفلح في عسكر عظيم فالتقوا مع الحبيب وجرت حروب شديدة اصاب مفلح فيها سهما فقتله وانهزم اصحابه وانحاز الموفق واصحابه الي جهة فتثبتوا فيها وكان الحبيب كذابا مخرقا وكان يوهم اصحابه انه يعلم المغيبات ويفعل ما ليس في قدرة البشر ثم كانت وقعة بين يحيي بن محمد

الازرق قايد الحبيب وجرح جراحات مثخنة صعبة منعته من الهرب فاسر واتي به الي سر من راي فضرب مايتي صوط وقطعت يداه ورجلاه ثم قطع بالسيوف واحرق * وكانت وقعات بين الموفق بالله والحبيب كانوا فيها متكافيين ثم انحاز الموفق بالله واصحابه الي واسط لمرض حدث لاصحابه الي حين اصلحوا ۞.

قال وفي سنة تسع وخمسين ومايتين دخل يعقوب بن الليث الصفار نيسابور وكان قد تغلب بتلك الناحية وحبس محمد ابن طاهر بن الحسين واهل بيته وقبض نعمهم ثم سار خلف الحسن بن زيد العلوي المقدم ذكره بعد وقعات جرت بينهم ودخل يعقوب طبرستان واستولي عليها * وفيها عاد الموفق بالله الي بغداد واستولي علي قتال الحبيب محمد المولد * وفيها هجم اصحاب الحبيب الاهواز فقتلوا فيها خمسين الفا واخربوا اسوارها فجهز المعتمد بالله عبد الرحمن بن مفلح الي الاهواز واسحق بن دراج الي البصره وابرهيم بن سيما الي داورد لحرب الحبيب فجرت بينهم وقعات كثيرة ۞

وفي سنة ستين ومايتي قاتل الحبيب صاحب الريح * وفيها كانت وقعات بين امرا المعتمد وبين الحبيب قتل فيها خلق كثير ۞

قال وفي سنة احدي وستين ومايتي كانت وقعات بين الحبيب وبين محمد من واصل قتل عامل المعتمد علي فارس وغلب عليها فضم المعتمد فارس والاهواز والبصرة والبحرين الي موسي بن نوغا مع ما كان معه من عمل المشرق فجهز موسي بن نوغا عبد الرحمن بن مفلح الي الاهواز وولاه اياها وضم اليه طيسم التركي وكان محمد بن واصل مقيما بالاهواز علي حرب الحبيب فلما اتصل به ذلك زحف الي عبد الرحمن والتقيا برامهرمز فظفر ابن واصل بابن مفلح

Azraci, duce Habibi, quo vulnera accepit periculoſa & gravia, quæ impediverunt eum, quo minus fugere potuerit; unde captus fuit, & ductus Samarram, ubi cū ducentis plagis cæſus eſſet, manus ei & pedes amputati ſunt. hinc gladijs in partes ſciſſus fuit, & combuſtus. Commiſit quoque Muafficus cum Habibo aliquot prælia, in quibus pares fuerunt. Deinde Muafficus cum militibus ſuis ſeceſſit Waſitum, ob morbum qui invaſerat milites ejus, donec convaluerunt.

Anno 259 ingreſſus eſt Iaacobus f. Alliti Safarus Niſaburum, cum potitus jam rerum eſſet in illis partibus, & Muhammedem f. Taheri f. Huſeini in carcerem conjecit, cum domeſticis ejus, delicias eorum capiens. Deinde perſequutus eſt Haſenum f. Zeidi Alawæum, cujus ſupra meminimus, ut aliquoties acie conflixerant. & ingreſſus Iaacobus Tabriſtanam ea eſt potitus. *(Cœpit 6 Novemb. A.C. 872.)* *(Iaacobus f. Alliti rebellat.)* *(& capit Tabriſtanam.)*

Eodem anno reverſus eſt Muafficus Bagdadum, & bello cum Habibo gerendo præfecit Muhammedem Muwallidum. Eodem quoque anno irruerunt milites Habibi in Ahwazā, & quinquaginta in ea occiderunt hominum millia, ac muros ejus deſtruxerunt. Miſit a. Mutamidus Billa Abdurrahmanem f. Muflihi Ahwazam, & Iſhacum, f. Daragi Baſram, atque Ibrahimum f. Simæ Dauracum, bello petitum Habibum. & hi multas cum eo commiſerunt pugnas. *(Ahwazus ab Habibo capitur.)*

Anno 260 bellum movit Habibus Princeps Rihorum. Eodem anno prælijs aliquot cum Habibo certarunt duces Mutamidi, quibus multi perierunt. *(Cœpit 26 Octobris. A.C. 873.)*

Anno 261 acie aliquoties conflixerunt Habibus & Muhammed f. Waſili, qui, occiſo Præfecto Perſiæ Mutamidi, eam occupaverat. ſed præfecit Mutamidus Perſiæ, Ahwazæ, Baſræ, & Bahrainæ Muſam f. Nugæ, præter ea quibus jam præerat in Oriente. Miſitque Muſā f. Nugæ in Ahwazam Abdurrahmanem f. Muflihi, eundē ei præficiens, eique adjungens Tiſamum Turcam. Erat autem in Ahwaza Muhammed f. Waſili bellum gerens cum Habibo, qui, cum id intellexiſſet, proceſſit contra Abdurrahmanem, & concurrerunt in Ramahormuza, vicitque filius Waſili filium Muflihi, *(Cœpit 15 Octobris A.C. 874.)* *(Muhammed fil. VVaſili rebellat.)*

&

& eum cepit. At Mutamidus miſit ad filium Waſili, ut dimitteret filium Muflihi. & profectus eſt filius Waſili Iſtacharam, bellum illatum Muſæ f. Nugæ. Cum autem Muſa videret rei difficultatem, & eorum multitudinem qui captabant Orientem, defungi voluit Præfecturis Orientis: ijſque ſolutus, removit ab ijs Vicarios ſuos, & contendit Samarram.

Muſa deponit præfecturam Orientis.

Victoria Iaacobi Alliti.

Eodem anno prælium commiſſum eſt à Muhammede filio Waſili, & Iaacobo fil. Alliti: fugitque filius Waſili, & cepit Iaacobus arcem ejus; in qua erant quadraginta mille ſtaterum millia.

Cœpit 6 Octobris. A.C. 875.

Anno 262 exijt Mutamidus Alalla oppugnatum filium Alliti. hic enim potens jam factus, & rebellis, terram pervaſerat, donec venerat Waſitum, eamque ingreſſus erat, in Gjumada poſteriori. Cum autē Mutamidus Bagdadum veniſſet, diſceſſit illinc Sjitam; ſed perſequutus eum eſt Mutamidus cum Socio fœderis ſui Muaffico Billa. Concurrerunt autē menſe Regjebo: & in fugam verſis militibus filij Alliti, ſpoliavit Muafficus exercitum ejus; ac ſalvavit Muhammedem, f. Zaheri, qui ferramentis gravatus erat. Hinc Muafficus perſequutus eſt Iaacobum f. Alliti, Safarum, qui ſolum de ſe ſalvando ſollicitus erat. Eodem quoque anno prælia aliquot commiſſa ſunt ab Habibo & Mutamido, in quibus victoria ceſſit Habibo.

Fugit Iaacobus.

Cœpit 24 Septemb. A.C. 876.

Anno 263 pugna commiſſa eſt à militibus Habibi, & Ahmede f. Libonæ, Samarræ primum, deinde in Ahwaza, qua ſuperior evadens Ahmed, multos è militibus Principis Rihorum occidit. At hi deinde in inſidijs collocati, cum illi iterum reverterentur, prodierunt contra eos, ut ne unus quidem eorum evaſerit; & capita eorum miſerunt ad Habibum. Ahmed autem f. Libonæ fugæ ſe dedit.

Clades Ahmedis.

Cœpit 13 Septemb. A.C. 877.

Anno 264 milites Habibi ingreſſi ſunt Waſitum, cujus cives aufugerant, eamque igne combuſſerunt, prædas nacti innumeras. Deinde prælia multa commiſſa ſunt ab ijs, & militibus Mutamidi.

Cœpit 3 Septemb. A.C. 878. Antiochia capitur.

Anno 265 obſedit Præfectus Aegypti Ahmed f. Tuluni Antiochiam, in qua erat Sima Longus, neque ante diſceſſit, quam

واسره فبعث المعتمد الي بن واصل في اطلاق بن مفلح وتوجه الي اصطخر لحرب موسي بن نوفا فلما راي موسي شدة الامر وكثرة المتغلبين علي المشرق سال الاعفا من اعمال المشرق فاعفي وعزل نوابه عنها وقدم الي سرمرراي * وفيها كانت وقعة بين محمد بن واصل ويعقوب بن الليث فهزم ابن واصل واخذ يعقوب قلعة له وكان فيها اربعون الف الف درهم ۞

قال وفي سنة اثنتين وستين ومايتي خرج المعتمد علي الله لقتال بن الليث وسببه ان ابن الليث كان قد تجبر وعصي وشق الارض حتي اتي واسط فدخلها في جمادي الاخرة فلما صار المعتمد ببغداد ارتحل منها الي شيث وانهض خلف بن الليث وولي عهده الموفق بالله فالتقيا في شهر رجب فانهزم اصحاب بن الليث واستباح الموفق عسكره وخلص محمدا بن زاهر وكان مثقلا بالحديد وتوجه الموفق في اثر يعقوب بن الليث الصفار ولم يكن ليعقوب همه الا النجاة بنفسه * وفيها كانت بين الحبيب صاحب الريح وبين المعتمد حروب كان الظفر فيها للحبيب ۞

وفي سنة ثلاث وستين ومايتي كانت وقعة بين اصحاب الحبيب واحمد بن ليبونه بسرمرراي ثم بالاهواز كان الظفر فيها لاحمد وقتل من اصحاب صاحب الريح جماعة ثم انهم كمنوا فلما كروا راجعين خرج عليهم اصحاب الحبيب فلم يسلم منهم احد وبعثوا برروسهم الي الحبيب وهرب احمد بن ليبونه ۞

وفي سنة اربع وستين ومايتي دخل اصحاب الحبيب واسط وانهزم اهلها واحرقها الريح بالنار وغنموا اموالا كثيرة لا تحصي ثم كانت حروب كثيرة بينهم وبين اصحاب المعتمد ۞

وفي سنة خمس وستين ومايتي حاصر صاحب مصر احمد بن طولون انطاكية وفيها سيما الطويل فلم يزل بها حتي

فتحها وقتل سيما * وفيها صارت جماعة
من اصحاب الخبيث في طلب ميرة الي
جبل فاغاروا عليها واخذوا اربع سفن
مملوة طعاما ثم دخلوا في النعمانية
فاحرقوا سوقها واكثر منازل اهلها
وسبوا ثم ساروا الي جرجرايا فسبوا
ونهبوا واحرقوا ۞

وفي سنة ست وستين ومايتي دخل
اصحاب الخبيث رامهرمز فاحرقوا
جامعها وقتلوا ما لا يحصي واكثروا من
السبي والنهب . ۞

وفي سنة سبع وستين ومايتي ندب
الموفق بالله ولده ابا العباس المعتضد
بالله لحرب الخبيث باصحابه فخرج
في عشرة الف فارس وراجل وواصلهم
كانوا في اكثر من ماية الف
فانهزموا من مواضعهم التي كانوا
استولوا عليها وغنم من اموالهم ما
لا يحصي واستنقذ من النسا المسلمات
التي كن في اسره خمسة الف امراة
وردهن الي اهاليهن سوي من ظفر بهن
من الريحيات ثم وصل الي بلد الخبيث
الذي بناه وسماه المنيعة فاخذ جميع
ما فيها ثم هدم سورها ثم طم خنادقها
واحرق ما كان فيها من السفن
ثم تبعهم الموفق بالله الي مدينة كانوا
قد بنوها وحصنوها بخمس خنادق
امام كل سور خندق وهجمها وهزمهم
منها واخذ منها من الاموال ما لا يحصي
ثم تبعهم في البلاد وقتل من اكابرهم
مثل ابن الشعراني وابن جامع وغيرهما
من القواد ثم تبع الموفق بالله الخبيث
صاحب الريح الي مدينته المسماة
بالمختارة وكان عدو الله الخبيث قد
حصنها بالخنادق بالعدد والسلاح
والابواب وهو فيها في ثلثماية الف فلما
راي الموفق حصانة البلد علم انها لا
تفتح في مدة قريبة فابتني مدينة بازايها
سماها الموفقية ودعا التجار اليها وبني
بها الجامع وضرب الدنانير والدراهم
فيها واقام في مصابرة الخبيث

eam cepit, & occidit Simam. Eodem anno excurrerunt aliquot de militibus Habibi Gjebulam, eamque adorſi ſunt, & ceperunt quatuor naves plenas annona. hinc abierunt Numaniam, & combuſſerunt forum ejus, ac majorem domorum civium partem, & captivos etiam abduxerunt. Deinde perrexerunt Gjergjerajam, ubi captivos quoque nacti ſunt, & prædatione atque incendio graſſati. Victoriæ Habibi.

Anno 266 ingreſſi milites Habibi Ramahormuzam, templum ejus incenderunt, innumeros mortales occiderunt, & multos captivos ac ſpolia nacti ſunt. Cœpit 25 Auguſti. A.C. 879.

Anno 267 hortatus eſt Muaffícus Billa filium ſuum Mutadidum Billa Abulabbaſem ad bellum inferendum Habibo, cum ſuis militibus. Is itaq; egreſſus cum decem mille equitibus, & peditibus, ad eos pervenit. erant autem illi plures quam centum mille numero: & aufugerunt ex locis ſuis quæ ceperant: unde ipſe innumeras prædas eſt conſequutus, & liberavit quinque mulierum Muſlimarum, quæ in carcere ejus erant, millia; eaſque ſuis reſtituit, exceptis iis quas ex Rihis nactus erat. Deinde pervenit ad urbem Habibi, quam ædificaverat, & vocaverat Mabiam, cepitque omnia quæ in ea erant, hinc murum ejus diruit, ac foſſas implevit, combuſtis quæ in iis erant navibus. Hinc perſequutus eos eſt Muafficus ad urbem uſque, quam ædificaverant, & muniverant quinque foſſis, ad ſingulos ſcilicet muros ſingulis factis foſſis, eamque adorſus, illos expulit, & immenſas opes eſt nactus. Poſt perſequutus eos eſt per regionem, & principes aliquot eorum occidit, ut filium Saarabis, filium Gjamii, & alios duces. tandem perſequutus Habibum eſt ad urbem uſq; nominatam Mahbaram, quam hoſtis ille Dei Habibus muniverat foſſis, apparatu bellico, armis, & portis; & in qua ipſe erat cum trecentis militum millibus. Videns autem Muafficus munitionem urbis, animadvertit eam brevi tempore capi non poſſe: & urbē è regione ejus extruxit, quam nominavit Muaffikiam: & in eam vocavit mercatores. ædificavit quoq; in ea templum, & aureos in ea atque ſtateres cudit, patienter, exſpectans Habibum.

Cœpit 11 Auguſti. A.C. 880.

Mutadidus bello perſequitur Habibum.

Mabiam capit & deſtruit.

Muafficus bellum infert Habibo.

Mahbara urbs Habibi.

Muaffikia conditur à Muaffico.

& conſumptionem facultatum ejus. Hinc magna militum illius pars ad eum defecit. Facto autem Gjumada poſteriori, milites Muaffici, labefactato muro, in urbem irruperunt, & pugnarunt cum militibus Habibi. duraruntque in ijs clades, & direptio, ad Sjaabanum uſque. Reſtiterunt autem ijs diu, & à ſe eos propulſarunt, donec, impetu in eos facto, exercitus Muaffici eos abegit, à flumine, & in fugam vertit. Deinde Duces aliquot Habibi ad Muafficum tranſierunt.

Cœpit 1 Auguſti A.C. 881.

Anno 268 progreſſus eſt Muafficus ad Vrbem Habibi, & multis ruinis murum ejus labefactavit, ac per ſingulas urbem ingreſſus eſt. Habibus autem & milites ejus in loco quodam urbis convenerunt, & ſe in eo defenderunt. at Muafficus multis eos vicibus oppugnavit, & victor ſemper evaſit.

Habibus fugit.

Eodem anno manifeſtè rebellare cœpit Luluus domino ſuo Ahmedi f. Tuluni Præfecto Aegypti.

Cœpit 21 Iulij A,C. 882.

Anno 269 pugnas aliquot pugnarunt Muafficus & Habibus, at vulneratus ſagitta in pectore ſuo Muafficus, aliquamdiu à bello deſiſtere coactus fuit: at ſanatus deinde ad id redijt, & progreſſus ad urbem Habibi, murum ejus diruit, ac multos occidit, multoſque cepit, & multos illæſos reliquit.

Luluus ab Ahmede deficit.

Eodem anno ſcripſit Luluus ſervus Ahmedis f. Tuluni ad Muafficum; petens ab eo veniam ipſum adeundi, & Domino ſuo reſiſtendi; certaſque poſtulans conditiones, quas cum Muafficus [illegible] conceſſiſſet, eum adijt. Et eodem anno præcepit Muafficus uti in ſuggeſtis malediceretur Ahmedi f. Tuluni. cujus rei cauſa hæc fuit. Mutamidus Alalla conſtituerat Socium fœderis ſui fratrem ſuum Muafficum Billa. at hic ilico major eo fuerat factus, neque relictum fuit Mutamido quidquam, cum eo, niſi ſolus titulus, & quod in ſuggeſtis oraret, nomenque ejus cuderetur ſuper aureis, & ſtateribus. Gubernatio regni tota Muaffici erat; non illius. Mutamidus autem hoc anno profectus eſt in Aegyptum, apud Ahmedem f. Tuluni interceſſurus pro fratre ſuo Muaffico, idque poſt epiſtolas aliquot ea de re ultro citroque ſcriptas inter Mutamidum

Muafficus excommunicat Ahmedem.

ejus rei cauſa.

وبذل الاموال فهرب جماعة من اصحابه اليه فلما كان ذو الحجة ثلم اصحاب الموفق في سور مدينة الحبيب ثلما ودخلوا فيها وقتلوا اصحاب الحبيب فوقع فيهم القتل والنهب الي شهر شعبان فوثقوا عليهم طويلا ودافعوا عن نفوسهم الي ان حملوا عليهم جيش الموفق فسكروهم عن النهر وهزموهم وصار جماعة من قواد الحبيب الي الموفق ۞

وفي سنة ثمان وستين ومايتي زحف الموفق الي مدينة الحبيب فثلم في سورها ثلما كثيرة ودخل الي المدينة من جميع الثلم فانهزم الحبيب واصحابه وانضموا الي مكان في المدينة عصوا فيه وقاتلهم الموفق في دفعات كثيرة وكان الظفر فيها كلها للموفق * وفي هذه السنة اظهر لولو الخلاف علي مولاه احمد بن طولون صاحب مصر ۞

وفي سنة تسع وستين ومايتي جرت حروب بين الموفق بالله وبين الحبيب صاحب الزنج فاصاب الموفق سهم في صدره فامتنع بسببه مدة من القتال ثم برا واعاد القتال وزحف الموفق الي مدينة الحبيب وهدم سورها وقتل جماعة واسر جماعة واستامن جماعة ۞

وفيها كتب لولو مولي احمد بن طولون الي الموفق يستاذنه في المصير اليه ومقاومة مولاه وشرط لنفسه شروطا فاجاب الموفق اليها فتوجه لولو اليه * وفي هذه السنة امر الموفق بالله بلعنة احمد بن طولون علي المنابر والسبب في ذلك ان المعتمد علي الله ولا اخاه الموفق بالله ولاية عهده فاستولي عليه الموفق ولم يبق للمعتمد معه الا مجرد الاسم والدعا علي المنابر وضرب اسمه علي الدنانير والدراهم فاما تدبير الملك فهو للموفق دونه فلما كان في هذه السنة توجه المعتمد علي الله يريد مصر ليكون عند احمد بن طولون مباينا لاخيه الموفق وذلك بعد مكاتبات جرت بين المعتمد

علي الله وبين احمد بن طولون في ذلك
فلما بلغ الموفق ذلك وهو في قتال
الخبيث صاحب الزنج انفذ ورد المعتمد
علي الله كرها في سر من راى
فولي اسحق بن كنداج اعمال ابن
طولون جميعها وقلده سيفين وسماه
ذا السيفين ولم يقدر علي ذلك فلما
بلغ ابن طولون ذلك وكان بدمشق
كتب الي مصر ان الموفق بالله
قد نكث ببيعة المعتمد وامر جميع
الفقها والاشراف بمسيرهم الي دمشق
فصاروا اليه واتفقوا علي خلع الموفق
واقنع بذلك الابكار بن عبد الله
قاضي مصر فانه قال لاحمد بن طولون
انت اوردت علينا كتابا من المعتمد
بان الموفق ولي عهده فاورد الان
كتابا بانخلاعه فقال هو الان مغلوب
مقهور وانا احبسك حتي ترد كتابه
لا طلقتك فقيده وحبسه . واسترجع
منه ما كان دفعه اليه من جوايزه
فوجدها في منزله نحو اتيهها ستة
عشر كيسا فيها ستة عشر الف دينار
فبلغ الموفق ذلك فامر بلعنة احمد بن
طولون علي المنابر فلعن ببغداد وساير
العراق ۞

قال وفي سنة سبعين ومايتي كان
مقتل الخبيث صاحب الزنج وذلك انه
لما استولي الموفق علي مدينته واخرب
قصره وهدمه واحتاط علي اهله وعيالته
ووجه بهم الي سر من راي هرب عدو
الله بنفسه وخاصته فظفر به وقتله
ونصب راسه علي قناة وطيف به في
البلاد ثم بعث به الموفق مع ابنه المعتضد
بالله الي مدينة السلام وطيف بها ونصب
علي باب الجسر وكان هذا الفتح من
اعظم الفتوحات واجلها وكان مقتله
يوم السبت لليلتين خلتا من صفر وكان
خروج الخبيث لاربع بقين من رمضان
سنة خمس وخمسين ومايتين فكان مدة
سلطانه اربع عشرة سنة واربعة اشهر وستة
ايام ولما قتل الخبيث تلقب الموفق

& Ahmedem f. Tuluni. quod cum intellexiſſet Muafficus; qui totus erat in oppugnando Habibo, Principe Riborũ, miſit, & Mutamidũ invitum reduxit Samarram. Præfecturis autem omnibus Ahmedis fil. Tuluni præfecit Iſhacum f. Kendahi, quem, duobus ei datis gladijs, vocavit Dulſeifeinum (id eſt Duos habentem gladios) *quod in ejus poteſtate non erat. Filius autem Tuluni qui Damaſci erat, hac re cognita, ſcripſit in Aegyptum, Muafficum irritum feciſſe creationem Mutamidi, qua Socium fœderis ſui eum creaverat, & Damaſcum juſſit venire Sapientes omnes & Nobiles; qui cum ad eum veniſſent, unanimi conſenſu depoſuerunt Muafficum, excepto Abcaro f. Abdallæ, Iudice Aegypti. hic enim Ahmedi f. Tuluni dixit, Tu miſiſti ad nos epiſtolam Mutamidi, qua Muafficum Sociũ fœderis ſui conſtituit: itaque & nunc epiſtolam nobis mitte, de ejus depoſitione. Reſpondit Ahmed, Nunc Mutamidus victus eſt, & cogitur. Ego à te in carcerem conijciam, ac non dimittam, donec reddas epiſtolam ejus. & compeditum eum in carcerem conjecit, ac recepit ab eo dona omnia quæ ei dederat, eaque in ædibus ejus invenit, ſedecim ſcilicet marſupia, in quibus ſedecim erant aureorum millia. Hoc cum intellexiſſet Muafficus, juſſit ei maledici in ſuggeſtis, & maledictum ei fuit Bagdadi, & in reliqua Iraca.*

Iſhacus f. Kendahi.

Abcarus f. Abdallæ.

Anno 270 occiſus eſt Habibus Riborum Princeps. cum enim Muafficus urbe ejus potitus eſſet, & [illegible] ejus diruiſſet, atque deſtruxiſſet, populumque ejus & familiam nactus eſſet, eoſque miſiſſet Samarram; fugit hoſtis ille Dei, cum ijs quæ ipſius erant: ſed nactus eum eſt, & occidit Muafficus, caputque ejus lanceæ affixit, & circumportari juſſit, per regionem. Deinde autem id miſit, cum filio ſuo Mutadido Billa, Salamam, ubi & circumportatum fuit; & Deinde affixum Portæ pontis. Atque hæc victoria maxima fuit, & inſignis. Occiſus a. eſt die Sabbathi, ſecundo menſis Safari. Ac prodierat vigeſimo ſexto Ramadani, anno 255. ita ut dominatus fuerit annos 14, menſes 4, & dies ſex. Occiſo Habibo, cognominatus fuit Muafficus, Naſirus

Cœpit 19 Iulij A.C. 883.

Habibi interitus.

Imperium.

Naſirus Lidinilla, (*id eſt* Subveniens religioni Dei) *præter cognomen ejus prius.*

Ahmedis f. Tuluni mors.

Eodem anno vita exceſſit Ahmed f. Tuluni, idque die decimo octavo Dulhiggiæ, aut, ut alij volunt, decimo Dulkiadæ. Ajunt eum, cum mortem præſentiret, manibus ſublatis ad cælum, dixiſſe, O Domine, miſerere ejus qui ſui ipſius quantitatem ignoravit; & oſtende quod gratioſus ei ſis, dum moritur. Reliquit liberos mares triginta tres.

Natura.

Quod ad naturam ejus attinet, multæ fuit juſtitiæ, & eleemoſynarum. quin ajunt eleemoſynas ejus ſingulis menſibus trecenta aureorum millia confeciſſe.

Liberalitas.

Culinæ ejus ſingulis diebus deſtinati erant mille aurei, & perſonis eccleſiaſticis, ſingulis menſibus, totidem quoque aureos largitus eſt. Quin & ipſo Præfecturam Aegypti tenente, Bagdadum portati ſunt, & hominibus probis, eruditis, ægrotis, & pauperibus diſtributi bis millies mille aurei, & ducenta aureorum millia.

Divitiæ.

Reliquit autem in ærario ſuo decies millies mille aureos. Servorum millia habuit ſeptem, & totidem equorum; octo autē millia mulorum, & camelorum, ac trecentos equos bellicos. hæc omnia tanquam ſua, & propria. Erat autem ejus tempore reditus Aegypti trecenties millies mille aureorum.

Crudelitas.

Cæterum crudelis fuit, & effuſor ſanguinis, ajuntq́ numerum eorum quos interfecit, & eorum qui in carcere ejus mortui ſunt, octodecim millium fuiſſe.

Succeſſor.

Mortuo autem Ahmede f. Tuluni, filius ejus Hamarujas iis omnibus potitus eſt, quæ in manu patris ejus fuerant in Aegypto, & Syria, idque die decimo Dulkiadæ anno 270.

Cœpit 29 Iunij A.C. 884.

Anno 271 obijt Turana filia Haſeni, filij Sahali, uxor Almamonis, annos nata 84.

Cœpit 8 Iunij. A.C 886.

Rex Hiſpaniæ.

Anno 273 vita exceſſit Muhammed f. Abdurrahmanis, filij Hakemi, Rex Hiſpaniæ, Amawæus: cui in imperio ſucceſſit filius ſuus Mundirus f. Muhammedis, f. Abdurrahmanis, f. Hakemi.

Cœpit 14 Aprilis. A.C. 891.

Muaffici obitus, & natura.

Anno 278 obijt Muaffícus Billa, die Mercurij, vigeſimo primo Safari. Ad naturam ejus quod attinet. animo fuit forti, prudēs, peritus regiminis ac gubernationis,

الناصر لدين الله مضافا للقبه الاول ۞

قال وفي هذه السنه كانت وفاة احمد بن طولون وذلك لعشر بقين من ذي الحجة وقيل لعشر خلون من ذي القعده وقيل انه لما حس بوفاته رفع يديه الي السماء وقال يارب ارحم من جهل مقدار نفسه وانظره حلمك عنه وقضي نحبه وخلف ثلاثة وثلاثين ولدا ذكورا ✱ سيرته كان كثير البر والصدقات فقيل أن صدقاته في كل شهر ثلاثة الف دينار وكان راتب مطبخه في كل يوم الف دينار وكان يجري علي اهل المساجد في كل شهر الف دينار وحمل الي بغداد في مدة ولايته مصر ما فرق علي الصالحين والعلماء وتصدق به علي الضعفا والمساكين الفي الف ومايتي الف دينار وترك في خزانته عشره الف الف دينار وكان له سبعة الف مملوك وسبعة الف فرس وثمانية الف بغل وجمل برسم خاصة ثلثمية فرس للحرب وكان خراج مصر في ايامه ثلثماية الف الف دينار ✱ الا انه كان ظالما سفاكا للدماء فيقال ان عدة من قتله ومن مات في محبسه ثمانية عشر الفا ولما توفي احمد بن طولون فاستولي ولده خمارويه علي ما كان بيد والده من مصر والشام وذلك لعشر بقين من ذي الحجة سنة سبعين ومايتي ۞

قال وفي سنة احدي وسبعين ومايتي توفت توران ابنه الحسن ابن سهل زوجة المامون وكان عمرها اربع وثمانين سنة ۞

وفي سنة ثلث وسبعين ومايتي توفي محمد بن عبد الرحمن ابن الحكم ملك الاندلس الاموي فبويع بالخلافة بعده ولده المنذر بن محمد بن عبد الرحمن ابن الحكم ۞

قال وفي سنة ثمان وسبعين ومايتي كانت وفاة الموفق بالله يوم الاربعا لثمان بقين من صفر وسيرته كان ميمون النية صاحب راي وتدبير وسياسة

وحزم وشهامة وكان شجاعا وسمحا
وكان يقول والله اني اري جلساي
بالعين التي اري بها اخوتي والله لو تهيا
لي لنقلت اسماهم من الندمان والجلساء
الي الاخوان والاصدقا ولما مات الموفق
بالله قام بتدبير الملك بعده ولده
المعتضد بالله ابو العباس احمد وخلع
عليه عمه المعتمد على الله وولاه عهده
بعد ان خلع ولده جعفر من ولاية عهده
وغلب المعتضد بالله على عمه المعتمد
كما كان ابوه الموفق غالبا عليه ۞

وفي هذه السنة كان ابتدا امر
القرامطة وهم طايفة من الباطنية الملاحدة
وكان ابتدا امرهم ان رجلا من ناحية
السواد كان يظهر الزهد والتقشف
ويزعم ان الله تعالي فرض عليه خمسين
صلاة في اليوم والليلة فاشتهر ذلك عنه
ثم اعلم من كان معه انه يدعو الي
امام من اهل البيت ثم اقام بقرية
واستغوي اهلها وياخذ من كل واحد
منهم دينارا ويوهمهم انه ياخذه للامام
ثم بعد ذلك مضي الي جميع القري
المجاورة له ثم اخذ له اثني عشر نفسا وامرهم
ان يدعوا الناس الي دينه فاشتغل
اكثر اهل السواد عن اعمالهم بما افرضه
عليهم من الصلوات وكان للهيصم في
تلك الناحية ضياع فوقف علي نقص
اكرته في العمارة فعرف بمذهبهم
واهتمامهم الي هذا الرجل فقبض عليه
وحبسه في بيت وقفله ووضع مفتاحه
تحت راسه واشتغل بالشرب وكانت
جارية الهيصم سمعته يحلف ليقتله
ورقت له فلما نام الهيصم اخذت المفتاح
من تحت راسه وفتحت الباب واخرجته
واغلقت الباب كما كان وردت
المفتاح الي موضعه فلما اصبح الهيصم
اخذ المفتاح يفتح الباب فلما يجده
وشاع الخبر بذلك فظن الناس انه
قد رفع ثم ظهر لهم في موضع اخر
بعد مدة فسالوه عن قضيته فقال

animoſus, audax, fortis, & liberalis. Solitus erat dicere, Adſpicio ego familiares meos eo oculo quo adſpicio fratres meos: &, per Deum! ſi liceret mihi, transferrem nomina eorum à ſociis & familiaribus, ad fratres, & amicos. Mortuo autem Muaffico ſucceſſit ei in gubernatione regni. Ahmed Abulabbas Mutadidus Billa, filius ejus, cui & patruus ſuus Mutadidus dignitatis veſtem induit, conſtituens eum Socium fœderis ſui, depoſito ea dignitate filio ſuo Gjafare. Mutadidus autem hic patruo ſuo plus quoque polluit, uti pater ejus illi polluerat. **Succeſſor.**

Eodem anno cœperunt Caramitæ, genus quoddam hominum ex Batinis hæreticis, quorum initium hujuſmodi fuit. Vir quidam è tractu Sawadæ ſimulabat jejunium & vitæ aſperitatem: ajebatque Deum Opt. Max. injunxiſſe ipſi quinquaginta orationes quotidie, atque id de eo divulgatum fuit. Deinde ſignificavit eis qui ipſi aderant, ſe vocaturum eſſe Principem è domeſticis. Hinc in pago quodam ſubſtitit, ejuſque incolas decepit, capiens à ſingulis aureum unum, eiſque perſuadens ſe accipere eum Principi. Poſtea abiit in omnes pagos vicinos, & aſſumpſit homines duodecim, quibus præcepit uti populum ad religionem ſuam vocarent. Cumq; major incolarum Sawadæ pars orationibus, quas ipſis injunxerat opera ſua negligeret, Haidamus, cui in illo tractu agri erant, animadvertit agricolas ſuos in cultura deficere. & intelligens eos homini huic deditos, ejuſque ſtudioſos eſſe, eum prehendit, & domui cuidã incluſit, eamq; obſeravit, & clavem capiti ſuo ſuppoſuit; ac vino ſe ingurgitavit. Puella autẽ Haidami, cum audiviſſet eum jurantem, fore ut illum occideret, miſerta illius eſt, &, cum dormiret Haidamus, clavem ſub capite ejus cepit, januam aperuit, eumque eduxit, & janua iterum clauſa, ut ante, clavem in locum ſuum repoſuit. Haidamus cum tempus matutinum adveniſſet, clave ſumpta, januam aperuit, atque eum non invenit. quod cum divulgatum eſſet, populus certo credidit eum ſublatum eſſe. At cum aliquanto poſt alio in loco appareret, eumque interrogarent, quomodo id factum eſſet? ille reſpondit, **Caramitarum origo.**

Fieri

Fieri non poteſt ut quis mihi noceat. atque ita major etiam iis eſt viſus. Cum autem ſibi metueret, abiit in Syriam, neque ſcitur quid de eo ſit factum. Ajunt autem nomen ejus fuiſſe Carmatum; atque inde vocatos illos eſſe Caramitas. Deinde diſperſi Caramitæ creverunt in pagis Cufæ. Cumque iis præeſſet Ahmed f. Muhammedis Tabæus, ſingulis tributum unius aurei impoſuit.

Cœpit 3 Aprilis. A.C. 892. *Anno 279 obiit Mutamidus Alalla, Bagdadi, decimo nono Regjebi, idque ex eo,*

Mutamidi obitus. *quod in ripa multum ediſſet, & bibiſſet, ut imperaverat 23 annos, & dies tres, ac portatus eſt Samarram, atque ibi ſepultus,*

Forma. *annos natus quinquaginta. Quod ad formam ejus attinet. ſubfuſcus fuit, pulchra facie, magno capite, juſta ſtatura, prolixa barba, in fronte varorum habens veſtigia, & jam multa canicie, tum in capillis, tum*

Natura. *in barba. Quod ad naturam. Gluto fuit, amans luſum & hilaritatem, ita voluptatibus deditus & ſtudens, ut ſubditorum ſuorum gubernationem, & negotiorum regni ſui inſpectionem negligeret. unde totum imperium ſibi aſſumpſit frater ejus Muafficus Billa; qui & optimè regnum administravit: ut & filius ejus Mutadidus poſt illum; ſicuti ante expoſuimus. neque fuit ipſis gubernantibus Mutamido quidquam præter nudum Chalifæ titulum. Quin ajunt, cum peteret aliquid id ei recuſatum fuiſſe, eaque de re ipſum hoc carmen dixiſſe,*

An non mirum hoc eſt, quod mei
ſimilis videt quod exiguum eſt
recuſari ſibi?
Et cujus nomine totus mundus capitur
is nihil habeat de eo in
manu ſua?

Officiales. *Conſiliarii ejus fuerunt Abdalla f. Chacani, deinde Suleiman f. Wahebi, deinde Haſenus f. Muchalledi, tribus vicibus, deinde Saidus f. Muchalledi, tandem Abuſacarus f. Iſmaelis f. Melici. Iudices, Haſenus fil. Sahali, f. Abusjawaribi, & deinde Ahmed f. Alis, frater ejus. Ianitores, Muſæ f. Nugæ,*

Symbolū. *& deinde Gjafar f. Nugæ Hamiſaris. Symbolum ſigilli ejus fuit,* Felix eſt qui alterius exemplo eruditur.

لا يمكن احد ينالني بشر فعظم في
اعينهم وخاف علي نفسه وخرج الي
الشام ولم يعرف له خبر وقيل ان
اسمه قرمط ولهذا سموا القرامطة ثم فشا
القرامطة وكثروا بسواد الكوفة
ووقف احمد بن محمد الطاني علي
امرهم فوضع علي كل واحد منهم
دينارا ۞

وفي سنة تسع وسبعين ومايتين
كانت وفاة المعتمد علي الله وذلك
لاحدي عشرة ليلة بقيت من شهر
رجب وكان سببه انه شرب علي
الشط شرابا كثيرا فات وكانت مدة
خلافته ثلاث وعشرين سنة وثلاثة ايام
ببغداد وحمل الي سر من راي ودفن بها
وكان عمره خمسين سنة وصفته كان
اسمر رقيق السمرة حسن الوجه كبير
الهامة تام القامة طويل اللحية بجبهته اثر
جدري وكان قد كثر الشيب في
راسه ولحيته * وسيرته كان خليعا
محبا للهو والطرب مقبلا علي اللذات
واشتغل بذلك عن تدبير رعاياه والنظر
في امر مملكته فغلب علي الامر كله
اخوه الموفق بالله وقام بتدبير الملك
احسن قيام وبعده ولده المعتضد وقد
ذكرنا ذلك ولم يكن للمعتمد معهما
الا مجرد اسم الخلافة ويقال انه كان
يستدعي الشي فلا يجاب اليه فقال
في ذلك شعرا

اليس من العجايب ان مثلي يري
ما قل ممتنعا عليه *
ويوخذ باسمه الدنيا جميعا وما من
ذاك شي في يديه *

ووزراوه عبيد الله بن خاقان ثم سليمان
بن وهب ثم الحسن بن مخلد ثلاث
دفعات ثم صاعد بن مخلد ثم ابو
الصقر بن اسمعيل بن بلبل وقضاته
الحسن بن سهل بن ابي الشوارب ثم اخوه
احمد بن علي وحجابه موسي بن بوغا
ثم جعفر بن بوغا الحميري ونقش خاتمه
السعيد من وعظ بغيره ۞

Chronologus

قال المورخ خلافته انقضت لتمام
مايتي ثمان وسبعين سنة وستة اشهر
وثمانية عشر يوما للهجرة ولتمام سنة الف
وثلثماية اربع وثمانين سنة وتسعة واربعين
يوما شمسية للعالم ۞

Chronologus ait Chaliſatum ejus finitum eſſe cum elapſi eſſent anni Hegiræ ducenti ſeptuaginta octo, menſes 6, & dies 18; anni autem ſolares mundi ſex mille trecenti & octoginta quatuor, ac dies quadraginta novem.

والذي ورد تواريخ النصارى
من الحوادث في ايام المعتمد على الله
ان باسيل ملك الروم مات في سنة
تسع وخمسين ومايتي للهجرة وملك بعده
ابنه لاون وكان حكيما فيلسوفا *
قال وفي السنة الثامنة من خلافة المعتمد
وقيل السابعة وهي سنة ثلاث وستين
ومايتي للهجرة قدم الاب ميخاييل
بطريركا على الاسكندرية للقبط
اليعاقبة في ايام احمد بن طولون
اقام بطريركا خمس وعشرين سنة
وتنيح في حادي وعشرين امشير وقيل
في العشرين من برمهات وصادره احمد
بن طولون في عشرين الف دينار وابتاع
للمصادرة رباع الكنايس بالاسكندرية
وارض الحبش بمصر والكنيسة المجاورة
للمعلقة بقصر الشمع بمدينة مصر لليهود
وقرر الديارية على كل نصراني قيراط
في السنة وقام بالنصف من المقرر عليه
ومات احمد بن طولون قبل ياخذ
النصف الاخير * وفي بطريركيته قتل
خمارويه بن احمد بن طولون في
سادس وعشرين طوبه سنة ستماية واثني
عشر لدقلاديانوس ومات البطريرك واقام الكرسي بغير بطرك اربع عشرة سنة ۞

Quod ad ea attinet quæ Hiſtoria Chriſtianorum narrant accidiſſe tempore Mutamidi: tradunt Baſilium Imper. Rom. obiiſſe anno Hegiræ 259, eique ſucceſſiſſe filium ejus Leonem, qui ſapiens fuit, & philoſophus. Anno autem octavo Chaliſatus Mutamidi, aut, ut alij volunt, ſeptimo, qui fuit Hegiræ 263; conſtitutus eſt Michael Patriarcha Alexandriæ Aegyptijs Iacobitis, tempore Ahmedis f. Tuluni; ſeditque annos 25, & obijt die vigeſimo primo Amsjiri, aut, ſecundum alios, vigeſimo Barmahati. Huic Ahmed f. Tuluni tributum impoſuit viginti millium aureorum: ob quod ille vendidit Iudæis quartam templorum Alexandriæ partem, terram Habasjæ, in Aegypto, & templum illud vicinum Malacæ, in Caſrosjama, in urbe Miſra: & ſingulis Chriſtianis tributu annuum Kiratii unius impoſuit: ſolvitque dimidium tributi ſibi impoſiti. & Ahmed f. Tuluni vita exceſſit, antequam partem alteram perſolveret. Hoc Patriarchatum tenente, occiſus quoque fuit Hamarujas fil. Ahmedis, f. Tuluni, die vigeſimo ſexto Tubæ, anni ſexcenteſimi duodecimi Diocletiani. Mortuo autem Patriarcha, vacavit ſedes annos 14.

Impetator Romano.

Patriarcha Alexandrinus.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

السادس عشر من الخلفا العباسيين
وهو السابع والثلاثون المعتضد
بالله ابو العباس احمد بن
الموفق بالله ابي احمد طلحة
بن المتوكل
وامه ولد اسمها ضرار بويع له
بالخلافة يوم توفي عمه
المعتمد وذلك لاحدى
عشرة ليلة بقيت من شهر رجب سنة

Decimus ſextus Abbaſidarum, & Chaliſa trigeſimus ſeptimus AHMED ABULABBAS MUTADIDUS BILLA, filius Talhæ Abu-ahmedis Muaffici Billa, filij Mutewakkeli.

MATER *ejus genitrix nomen habuit Daracæ. Creatus fuit Chaliſa eo die quo obijt Patruus ejus Mutamidus, die ſcilicet decimo nono Regiebi, anno Hegiræ 279.*

& Conſiliarium aſſumpſit Abdallam f. Suleimanis, f. Wahebi.

Mutadidus ducit filiam Hamarujæ.

Eodem anno duxit Mutadidus Catrannadam filiam Hamarujæ, filij Ahmedis, f. Tuluni, Præfecti Aegypti. quo ſequens pertinet hiſtoria. Hamadanus quidam f. Hamduni, f. Hariti Adawæi, Talabæus, Princeps erat è Principibus Arabum, in Diarrebia, & locis vicinis, filioſque habebat Huſeinum, Abdallam, & Davidem; ex quibus Huſeinus f. Hamadani hoc anno dedit ſe in miniſterium Mutadidi Billa, qui copiarum aliquot ducem eum conſtituit. atque ita miniſterio ejus vacavit.

Hiſtoria Hamadani.

Hamadanus autem pater ejus in manu ſua habebat arcem Maradinæ, cumque animus Mutadidi ab eo abalienatus eſſet, egreſſus eſt Bagdado Mauſilum, & cepit Maradinam. Ille autem cum intellexiſſet intentionem Mutadidi contra ipſum, filium ſuum reliquerat Maradinæ, & fugerat in locum cui nomen Huſeiniæ, quæ arx erat magna, ac munita; & in qua vir erat nomine Sjadadus, cum decem millium millibus. Mutadidus autem Maradinam, caſtris ad eam poſitis, diem unum obſedit. Deinde ipſe, portam arcis adiens, clamavit, O fili Hamadani. is autem ei reſpondit. & ille dixit, Aperi portam. cumque eam aperuiſſet Mutadidus in ea ſedit; & juſſit ſupellectilem omnem atque opes, quæ in ea erant alio transferri, & deinde arcem dirui. Hinc miſit quoſdam petitum Hamadanum, ex Huſeinia: qui arcem quoque illam deſtruxerunt, & captum Hamadanum ad Mutadidum adduxerunt. Mortuo autem Mutadido, & filio ejus Muctafi ad imperium evecto, in miniſterium ejus ſe dedit Abdalla Abulhigja f. Hamadani, qui Seifuddaulam genuit, idque anno 280: & is ducem copiarum aliquot eum conſtituit. Nos autem res eorum geſtas omnes ſuis locis, volente Deo, explicabimus.

Cœpit 2. Martij. A.C. 895.

Anno 282 venit Catrannada filia Hamarujæ filij Ahmedis f. Tuluni Bagdadum, introducente eam Mutadido Billa, die vigeſimo quarto Rabij poſterioris.

Hamarujas Rex Aegypti occiditur.

Eodem anno occiſus fuit Hamarujas jam nominatus, mactante eum quodã familiariũ ejus, in lecto ejus, die tertio Dulhiggiæ.

تسع وسبعين ومايتين للهجرة واستوزر عبد الله بن سليمان بن وهب ۞

وفي هذه السنة تزوج المعتضد قطر الندا ابنة خمارويه ابن احمد بن طولون صاحب مصر وكان من حديث ذلك ان حمدان وهو ابن حمدون بن الحارث العدوي التغلبي وكان اميرا من امراء العرب بديار ربيعة وما والاها وكان له اولاد وهم الحسين وعبد الله وداود فوصل الحسين بن حمدان في الى خدمة المعتضد بالله ساكر واستمر في خدمته ون ابوه بيده قلعة ماردين ى منه المعتضد فخرج من الى الموصل واخذ ماردين فلما علم حمدان ان مقصد المعتضد له ترك ولده بماردين وهرب الى مكان يقال له الحسينية وهي قلعة عظيمة حصينة وبالقلعة رجل يقال له شداد في عشرة الف رجل فنازل المعتضد بالله ماردين وحاصرها يوما واحدا ثم اتى الى باب القلعة بنفسه وصاح يا ابن حمدان فاجابه فقال افتح الباب ففتحه فقعد المعتضد في الباب وامر بنقل ما في القلعة من اثاث واموال ثم امر فهدمت القلعة ثم بعث في طلب حمدان من الحسينية جماعة فهدموا القلعة وظفروا بحمدان فاتوا به الى المعتضد ولما توفي المعتضد وولي ولده المكتفي اتصل بخدمته ابو الهيجاء عبد الله بن حمدان وهو ولد سيف الدولة وذلك في سنة ثمانين ومايتين للهجرة وجعله راس العساكر وسنذكر جميع امورهم في مواضعه ان شاء الله تعالى ۞

وفي سنة اثنتين وثمانين ومايتين وصلت قطر الندا ابنة خمارويه بن احمد بن طولون الى بغداد ودخل بها المعتضد بالله لثمان من شهر ربيع الاخر ۞ وفي هذه السنة كانت مقتل خمارويه وذلك انه وثب به بعض خواصه فذبحه في فراشه في ثلث خلون

من ذي الحجة فاقعد الجند بعده ولده
جيش بن خمارويه فوثب عليه جماعة من
الجند وقالوا لا نرضي الا بعمك فقتل عمه
ورمي براسه اليهم ۞
وفي سنة ثلث وثمانين ومايتين وثب
الجند على جيش بن خمارويه فقتلوه
فقتلوا امه وانتهبوا داره واخربوها وقام
بالامرة بمصر والشام بعده اخوه هرون
بن خمارويه والتزم ان يحمل الى امير
المومنين المعتضد بالله من مصر في
كل سنه الف الف دينار ۞
وفي سنة ست وثمانين ومايتين نزل
المعتضد بالله علي امد فحاصرها وفيها
احمد بن محمد بن شيخ فاغلقوا ابوابها
ومانعا ونصبوا عليها المناجنيق مدة
وطلب احمد الامان منه فامنه وخلع
عليه وتسلمها المعتضد بالله ۞
قال وفي هذه السنة كتب هرون
بن خمارويه امير مصر والشام الى
المعتضد بان يتسلم اعمال قنسرين
والعواصم وان يحمل اليه في كل سنه اربعماية
الف دينار وخمسين الف دينار ويسال
تجديد الولاية علي مصر والشام فاجابه
المعتضد الي ذلك وبعث اليه العهد والخلع
وتسلم بولاية الخليفة قنسرين والعواصم ۞
قال وفي هذه السنة ظهر رجل من
القرامطة يقال له ابو سعيد الجنابي واجتمع
اليه خلق كثير واشتدت شوكته
ونازل هجر وهي مدينة البحر ومنزل
سلطانها فلما لم يقدر عليها نزل بالاحسا
وبينهما ميلان ثم اقطع اراضي هجر والاحسا
وحاصر اهل هجر حصارا شديدا عشرين
شهرا حتي اكلوا الكلاب الميتة ثم فتحها
وقتل من فيها واخذ ما بها من الاموال ۞
وفي سنة سبع وثمانين ومايتين للهجرة
جهز المعتضد بالله العباس بن عمر لقتال
القرمطي فالتقيا فاسره القرمطي ونحو
من سبعماية رجل من اصحابه وقتل جماعة
وهرب ولم يفلت منهم الا القليل ۞

& in locum ejus collocârunt milites filium ejus Gjeiſum f. Hamarujæ. ſed adorſi eum milites quidam dixerunt, Non volumus quemquam, niſi patruum tuum: unde ille patruum ſuum occidit, & caput ejus ad illos projecit. Succedit Gjeiſus.

Anno 283 irruentes milites in Gjeiſum f. Hamarujæ eum interfecerunt, & occiderunt quoque matrem ejus, atque diripuerunt, & deſtruxerunt domum ejus: factuſque Imperator Aegypti & Syriæ eſt poſt fratrem ſuum, Haron fil. Hamarujæ: qui pollicitus eſt quotannis ex Aegypto ſe laturum Imperatori fidelium Mutadido mille & quingenta aureorum millia. Cœpit 19 Februarij. A.C. 898. Gjeiſus occiditur quoque, & ſuccedit Haron.

Anno 286 caſtris poſitis ad Amidam eam obſedit Mutadidus, eratque in ea Ahmed f. Muhammedis f. Sjeihi, qui, clauſis portis, ſe munivit. Sed applicatis ad eam aliquamdiu catapultis, petijt Ahmed ab eo ſecuritatem, quam ei conceſſit, veſtem quoq; ei induens, atque ita Mutadidus urbem recepit. Cœpit 17 Ianuarij. A.C. 899. Amida capitur.

Eodem anno ſcripſit Haron f. Hamarujæ Imperator Aegypti et Syriæ ad Mutadidum, ut ſibi traderentur Præfecturæ Kinnaſrinæ & Awaſimæ: id ſi fieret, ſe quotannis ei laturum quadringenta & quinquaginta aureorum millia. Petijt quoque, ut ſibi renovaretur Præfectura Aegypti, ac Syriæ. & morem ei geſſit Mutadidus, miſitque ei pactum, & dignitatis veſtem: atque ita Præfecturam, nomine Chalifæ, accepit Kinnaſrinæ, & Awaſimæ. Haron Rex Aegypti emit Præfecturas Kinnaſrinæ & Awaſimæ.

Eodem quoque anno prodijt Caramita quidam vocat[illegible]uſaidus Hamanæus; cujus vires, multis ad eum congregatis, cum creviſſent, obſedit Hagjaram, quod opidum eſt ad mare ſitum, & ſedes dominij ejus. Cum autem ei non prævaleret, obſedit Ahſam diſtantem ab Hagjara duobus milliaribus. hinc depopulatus eſt terras Hagjaræ, & Ahſæ; & arctiſſima obſidione cinxit cives Hagjaræ, viginti menſes, ita ut comederent canes mortuos. Tandem eam cepit, civeſque occidit, & quæcunque in ea erant opes rapuit. Abuſaidus Caramita, obſidet & capit Higjaram.

Anno 287 miſit Mutadidus Billa Abbaſem f. Omaris oppugnatum Caramitam: cui cum occurriſſet, cepit eum Caramita, & circiter ſeptingentos ex militibus ejus: multos autem occidit; & multi in fugam ſe dederunt, neque evaſerunt ex ijs niſi pauci. Cœpit 7 Ianuarij. A.C. 900.

Anno

Mutadidi obitus.

Anno 289 vita defunctus eſt Mutadidus Billa Imperator fidelium, Bagdadi, die Lunæ, vigeſimo ſecundo Rabij poſterioris. Ajunt autem eum ex immoderata Venere obijſſe. ſunt tamen qui dicunt Iſmaëlem f. Melici miſcuiſſe ei venenum. Oravit pro eo Abuomar Iudex. Imperavit annos novem, menſes 9, & dies quatuor, annos natus 46.

Forma.

Quod ad formam ejus attinet. macilento fuit corpore, fuſcus, juſta ſtatura, jam incipiens caneſcere, raris myſtacibus, barba anteriori parte longa, & tingebat ſe nigredine.

Natura.

Quod ad naturam. ſolers fuit atque ingenioſus, boni regiminis, boni & ſubtilis conſilij, negotijs obortis, celeris, atque alacer: quin & ſingularis in rebus ſuis experientiâ atque ingenio. Ajunt in filijs Abbaſi, poſt Almanſorem, neminem ei ſimilem extitiſſe bonitate adminiſtrationis regni, & cura ejus. Exoneravit populum cenſu; & ſuſtulit tributum quod ſumebatur Meccæ & Medinæ. Cumque aliquando, ut ajunt, ad inſtructionem exercitus pecuniâ indigeret, ærario eum deficiente, & ſignificatum ei eſſet, Bagdadi Magum quendam eſſe valde opulentum, accerſi eum juſſit, pecuniam ab eo mutuaturus. At cum ille reſpondiſſet, Pecunia mea coram te eſt, cape de ea quantum velis; dixit Mutadidus, Quomodo confidis fore, ut ego eam tibi reſtituam? Ille autem reſpondit, Cum Deus Opt. Max. ô fidelium Imperator, concredat tibi ſervos ſuos, & terras ſuas, tuque fidelem te præſtes & juſtitiam adminiſtres, egone tibi concredere timeam pecuniam meam? Ad hæc Mutadidus lacrymantibus oculis, Abi, inquit, nihil, (per Deum!) à te mutuabor, quin ſi quando te contingat indigentē eſſe, ea quæ nos habemus, tua erunt. Ajunt autem effuſorem ſanguinis eum fuiſſe, & ob leve delictum occidiſſe, & quotieſcunque alicui è ſervis ſuis iratus erat, fodiſſe foſſam, eumque, depreſſo capite, in eam demiſiſſe, & terrâ ſuperinjecta foſſam impleviſſe.

Officiales.

Conſiliarius ejus fuit Abuſacarus f. Iſmaëlis, f. Melici: at hunc deinde prehendit, & Conſiliarium conſtituit Abdallam f. Suleimanis, f. Wahebi. deinde Ahmedem Abulabbaſem f. Muhammedis. poſt Abuharimum Abdulhamidum, f. Abdulazizi Selwai. tandem Ioſephum f. Iaacobi.

وفي سنة تسع وثمانين ومايتي توفي
امير المومنين المعتضد بالله ببغداد
وذلك يوم الاثنين لسبع بقين من ربيع
الاخر وقيل انه مات من كثرة الجماع
وقيل ان اسمعيل بن مليك سقاه سما
وصلي عليه ابو عمر القاضي وكانت
مدة خلافته تسع سنين وتسعة اشهر
واربعة ايام وكان عمره ست واربعين
سنة * صفته نحيف الجسم اسمر معتدل
القامة قد وخطه الشيب خفيف
العارضين في مقدم لحيته طول يخضب
بالسواد * سيرته ذكيا فطنا حسن
السياسة جيد الراي ثاقب الراي سريع
النهضة عند الحوادث منفردا بالامور
بتجربة وحيلة فيقال انه لم يكن في
بني العباس مثله بعد منصور في حسن
الاصطناع بتدبير المملكة والقيام بها
ووضع عن الناس البقايا واسقط المكوس
التي كانت توخذ بالحرمين *
وقيل احتاج المعتضد في تجهيز جيش
الي مال عجز عنه بيت المال فاخبر
ان في بغداد مجوسيا له مال عظيم
فاحضره ليقترض منه مالا فقال له
مالي بين يديك فخذ منه مهما اردت
فقال له المعتضد كيف وثقت ان
ارد عليك فقال له يا امير المومنين
الله تعالي امنك علي عباده وبلاده
فتودي الامانة وتحكم بالحق فاخافك
علي مالي قال فدمعت عينا المعتضد
قال انصرف والله لا نقترض منك شي
ومتي كان لك حاجة فحاجتنا مرفوع
لك * وقيل كان سفاكا للدماء
والقتل علي الذنب اليسير وكان اذا
غضب علي احد من غلمانه حفر له حفرة
ودلاه علي راسه فيها وضم بالتراب عليه *
ووزراوه ابو الصقر بن اسمعيل بن مليك
ثم قبض عليه واستوزر عبد الله بن
سليمان بن وهب ثم ابو العباس احمد بن
محمد ثم ابو حازم عبد الحميد بن عبد
العزيز السلوي ثم يوسف بن يعقوب *

حاجبه صالح *نقش خاتمه الاضطرار يزيل الاختيار* قال المورخ ان مدة خلافته تسع سنين وثمانية اشهر وتسعة وعشرين يوما اولها يوم الثلثا واخرها يوم الاثنين لتتمة مايتين ثمان وثمانين سنة وثلاثة اشهر وثلاثة وعشرين يوما للهجرة ولتمام سنة الف ثلثمايه ثلث وتسعين سنة وسبعة اشهر وعشرة ايام ٭

والذي ورد تواريخ النصارى ان زوجة لاون ملك الروم توفيت في سنة احدي وثمانين ومايتين للهجرة فاراد التزويج بغيرها فمنعه نيقولاوس بطريرك القسطنطينية وقال له انك شماس ان تزوجت لا تعد تدخل الهيكل وقال لاون انما اردت التزويج ليكون لي ولد يرث الملك بعدي فلم يمكنه وكتب الي البطاركة بجميع ممالك النصاري يعلمهم بذلك فورد الجواب بان يتزوج فتزوج ورزق ولدا وسماه قسطنطين ونفي نيقولاوس بطريرك القسطنطينيه وصير عوضه بطركا ۞

قال وفي سنة اثنتي وثمانين ومايتي خرج خمارويه بن احمد بن طولون من مصر الي الشام فاقام بدمشق وبني له قصرا تحت دير مسران على نهر لوزا وفيه قتل والذي تولي قتله ستة خدم وهم طاهر سابور لولو نطيف شفيع الراي الداوادي وقتلت الخدم الستة وحملت روسهم الي مصر وصلبت اجسادهم بدمشق وحمل خمارويه الي مصر ودفن في الجبل المقطم ۞

قال وفي سنة اربع وثمانين ومايتي ليلة الخميس ثامن وعشرين ربيع الاول حدث بمصر ريح شديده صعبة هدمت المنازل وطرحت علي الناس رملا احمر وكان يري في السماء اربعة اعمدة نار فلم يزل هذا الي الصباح ثم انكسرت الريح وصار الجو والارض والاشجار وكلما يري احمر ثم صار اصفر الي نصف النهار ثم صار اسود الي نصف النهار الثاني ثم انحلت السواد ۞

Ianitor ejus fuit Salihus. Symbolum ſigilli ejus, Neceſſitas aufert arbitrium. *Chronologus ait eum imperaſſe annos 9, menſes 8, & dies 29; quorum initium dies fuit Martis, & finis, Lunæ: elapſis annis Hegiræ 288, menſibus tribus, & diebus 23. annis autem ſolaribus mundi 6393, menſibus ſeptem, & diebus decem.* Symbolum. Imperium.

Tradunt Chriſtianorum hiſtoriæ, uxorem Leonis Imperatoris Romanorum obiiſſe anno Hegiræ 281, cumque aliam ducere vellet, Nicolaum Patriarcham Conſtantinopolitanũ eum impedíviſſe, atque dixiſſe, Tu miniſterium habes ſacrum, itaque, ſi uxorem duxeris, ne revertere ut ingrediaris templum. Reſpondit Leo, Vtique ego ſolum cupio uxorem ducere, ut ſit mihi filius qui hæres ſiat regni, poſt me. Verum cum ille id non permitteret, ſcripſit Imperator ad Patriarchas, in omnibus Chriſtianorum regnis, & rem iis ſignificavit; ac reſponſum accepit, ut uxorem duceret: quod cum feciſſet, filium nactus eſt, quem vocavit Conſtantinum: Nicolaum autem Patriarcham Conſtantinopolitanum in exilium miſit, & in locũ ejus alium ſubſtituit. Res Chriſtianorum.

Anno 282 abiit Hamarujas f. Ahmedis, f. Tuluni, ex Aegypto in Syriam, ſubſtititque Damaſci, ac ædificavit ſibi aulam infra Monaſterium Meſrani, ad fluvium Luzæ: atque in ea eſt interfectus. Occiderunt autem eum ſex famuli, Taherus ſcil. Saburus, Luluus, Natifus, Sjafiurraius & Aldawadis, quorum omnium, cum morte mulctati eſſent, capita in Aegyptum miſſa ſunt, trunci Damaſci crucifixi. Hamarujas autem portatus fuit in Aegyptum, & ſepultus in monte Mucattamo. Hamarujæ Regis Aegypti cædes.

Anno 284 die Iovis, vigeſimo octavo Rabii prioris, magnus & vehemens in Aegypto ortus eſt ventus, ædificia diruens, & in homines jaciens arenam rubram, apparentibus in cælo columnis igneis. duravitque hoc ad tempus uſque matutinum, quo ſedatus eſt ventus; ſed facta ſunt aër, terra, arbores, & quæcunque videbantur, rubra, & deinde flava, ad meridiem uſque, hinc nigra, ad meridiem ſequentis diei, quo ceſſavit nigredo. Tempeſtas in Aegypto.

Anno

Terræ motus.

Anno 286 ortus eſt in Aegypto terræ motus, die Mercurij, ſeptimo Dulkiadæ, inde à media nocte, ad auroram uſque, & vehementer concuſſæ ſunt ſtellæ illæ, quæ vocantur flammæ, & motæ in ortum, occidentem, ſeptentrionẽ, atque meridiem, ita ut non potuerit quiſquam cælum intueri.

قال وفي سنة ست وثمانين ومايتي حدث في مصر رجفة يوم الاربعا لسبع خلون من ذي القعدة من نصف الليل الي الصباح واضطربت الكواكب التي يقال لها الشهب اضطرابا شديدا وكانت الشهب تنتقل شرقا وغربا وشمالا وجنوبا ولم يكن لاحد طاقة ان ينظر في السماء لاجل ذلك

Caput decimum octavum.

Decimus ſeptimus Abbaſidarum & Chalifa trigeſimus octavus, Alis Abu-Muhammed Muctafis Billa, filius Mutadidi, f. Muaffici, f. Mutewakkeli.

السابع عشر من الخلفا العباسيين والثامن والثلثون المكتفي بالله ابو محمد علي بن المعتضد بن الموفق بن المتوكل *

Mater *ejus genitrix dicta fuit Chadia, aut, ſecundũ alios, Hibaca. Creatus fuit Chalifa eo die quo obijt pater ejus, 22 Rabij poſterioris, anno 289; quo tempore cum ipſe eſſet Rakæ, Conſiliarius ejus Caſamus fil. Abdallæ, f. Suleimanis, f. Wahebi, inaugurationem ejus procuravit Bagdadi; ſcripſitque ad eum, ut adveniret. cumque veniſſet Bagdadum, in Gjumada priori, renovata ei fuit inauguratio, & ſtabilitum imperium. Cæterum Caſamus ille filius Abdallæ, Conſiliarius, vivo adhuc Mutadido, ſtatuerat Chalifatum avertere à filijs Mutadidi. quod cum Badirus Mutadidæus ſciret, metuit Caſamus ne id reſciſceret Muctafis, eumque occideret. itaque hoc egit, ut periret Badirus; qui in Gjebela agebat, & inimicitiam poſuit inter eum & Muctafim, quem & hortatus eſt, ut milites illius contra ipſum corrumperet. Vnde miſit Muctafis plurimum pecuniæ, idque inter eos diſtribuit. Cum autem ex militibus Baderi multi eum deſererent, contendit Waſitum. ſed profectus eſt contra eum Muctafis, cum magno exercitu, eum oppugnatum. & miſit Caſamus Haramum Iudicem ad Badirum, cum libello ſecuritatis, à Muctafi: cui confidens Badirus,*

Caſami ſtrategema contra Badirum.

وامه ام ولد يقال لها خاضع وقيل جيجك بويع له بالخلافة يوم توفي والده لسبع بقين من ربيع الاخر سنة تسع وثمانين ومايتين وهو يومئذ بالرقة فاخذ له وزيره القسم بن عبد الله بن سليمان بن وهب البيعة ببغداد وبعث الي المكتفي كتابا بالتهنية فقدم المكتفي بغداد في جمادي الاولي وجددت له البيعة واستوثق له الامر وكان القسم بن عبد الله الوزير في حياة المعتضد قد عزم علي صرف الخلافة من ولد المعتضد وكان بدير المعتضدي عالما بذلك فخاف القسم منه ان يطلع المكتفي علي ذلك فيقتله فعمل القسم في هلاك بدير وكان مقيما في الجبل فسعي له في الوحشة بينه وبين المكتفي وحمله علي ان يفسد اصحاب بدير عليه فبعث اليهم المكتفي مالا كثيرا ففرق فيهم ففارق بديرا منهم جماعة وتوجه بدير الي واسط فخرج المكتفي الي محاربته فعسكر بنهر ديال وبعث القسم الحارم القاضي الي بدير بكتاب امان من المكتفي واطمان بدير

وامر غلمانه بنزع السلاح وتوجه سايرا
الي بغداد فبعث القسم من قتل بدير
واتاه براسه وعاد المكتفي ۞
قال وفي هذه السنة ظهر رجل من
القرامطة يقال له يحيي بن زكرويه
بن مهرويه فانضمت اليه جماعة كبيرة
فقصده شكر الديلمي وولي المكتفي
بناحية الرصافة فقتله واحرق مسجد
الرصافه وصار هو واصحابه في الشام
ووالبها طغج بن حنف من قبل هرون
بن حمارويه بن احمد بن طولون فجهز
اليه طغج جيوشا فهزمهم في وقعات
متعددة ثم حاصر دمشق فبعث هرون
الي طغج مددا له بدر الكبير مولا بن
طولون فاجمع هو وطغج علي محاربه
القرمطي فقاتلوه قريبا من دمشق
فقتل يحيي القرمطي فولت القرامطة
اميرهم اخاه الحسين بن زكرويه وعمره
اثنتين وعشرين سنة وزعم انه احمد بن
محمد بن اسمعيل بن جعفر الصادق
واظهر شامة في وجهه زعم انها تشبه
شامة ابيه وجاء الي حمص وحاصرها
وفتحها ثم مضي الي دمشق فصالحه
اهلها علي مال حملوه اليه ثم عاد الي
حمص ثم الي حماة والمعرة وقتل من اهل
البلاد ما لا يحصي كثرة ثم عاد الي
بعلبك فقتل اكثر اهلها ثم سار الي
سلميه فحاربه اهلها ومانعوه ثم صالحوه
فاعطاهم الامان ففتحوا له ابوابها فدخلها
وقتل جميع من بها حتي صبيان والبهايم
وخرج بها عين نطرق ثم سار الي
القري فقتل وسبي واحرق واخرب الشام
جميعه ۞
وفي سنة تسعين ومايتين جهز
المكتفي بالله الاعز لحرب القرمطي
وكان الاعز واصحابه قد نزلوا سيردون
من الحشر ونزعوا ثيابهم فادركوا
المطوق قايد جيش القرمطي في عشرة
الف فقتل منهم خلقا كثيرا وافلت
الاعز في نفر يسير من اصحابه الي حلب

juſſit milites ſuos arma deponere, & profectus eſt Bagdadum. ſed miſit Caſamus quendam, qui eum occidit, & caput ejus illi attulit. ac reverſus eſt Muctafis.

Atque hoc anno prodijt Caramita quidam, nomine Iahja, f. Zacrunæ, f. Mahrunæ, cui magna ſe multitudo adjunxit. Et profectus contra eum eſt Sjecrus Dailamæus Præfectus Muctafis, in tractu Ruſafæ. ſed occîdit eum Iahja, & incendit templum Ruſafæ; atque abijt, cum militibus ſuis in Syriam, cui, nomine Haronis f. Hamaruja, f. Ahmedis, f. Tuluni, præerat Taagjus f. Hanafi, qui copias aliquot contra eum miſit, quas ille multis prælijs in fugam vertit. Deinde autem obſedit Damaſcum. Miſitque Haron. ad Taagjum ſubſidio Bederum majorem, ſervum filij Tuluni, qui, cum ſimul decreviſſent bello adoriri Caramitam, eum oppugnarunt, prope Damaſcum, ubi occiſus fuit Iahja Caramita. At Imperatorem ſuum deſignarunt Caramitæ fratrem ejus Huſeinum fil. Zacrunæ, annos natum viginti duos, qui Ahmedem ſe dicebat eſſe fil. Mohammedis, f. Iſmaëlis, fi. Gjafari, oſtendens & maculam in fronte ſua, quam ajebat referre maculam patris ſui. adijtque Emiſſam eamque obſedit, & cepit. Deinde abijt Damaſcum, cujus cives, pecunia ad eum allata, pacem ab eo redemerunt. hinc reverſus eſt Emiſſam. Poſtea abijt Hamatam, & Maarram, ac innumeros incolas occidit. Deinde reverſus eſt Balabecum, & majorem civium ejus partem interfecit. hinc adijt Selmiam, cujus incolæ bellum primum ei moverunt, eique reſtiterunt, ſed deinde pacem cum eo fecerunt, deditque ijs libellum ſecuritatis; unde portas urbis ei aperuerunt. at ingreſſus omnes qui in ea erant interfecit, etiam pueros, & beſtias. Hinc pagos adijt, multoſque occîdit, & captivos avexit, totamque Syriam incendit atque vaſtavit.

Anno 290 miſit Muctafis Billa Alazum bellum illatum Caramitæ. Cumque Alazus Sirdunum deſcendiſſet, cum militibus ſuis, veſtes ſuas exuerunt, & aſſequuti ſunt Mutawicum Ducem exercitus Caramitæ, cum decem millibus: ſed hic pleroſque eorum occidit, evaſitque Alazus, cum paucis de militibus ſuis, ſeque recepit Halebum.

Iahja Caramita.

Ejus victoriæ,

& interitus.

Huſeinus Caramita,

Ejus victoriæ,

Et perfidia.

Cœpit 5 Decemb. A.C. 902.

Huſeinus Alazum in fugam vertit.

&

& Mutawicus quoq; Halebum petiijt: ſed reſtitit ei Alazus, cum iis quos reliquos habebat militibus, & civibus urbis, ita ut eum repellerent. Cum autem Muctafis hæc intellexiſſet, Rakam abiit, & complures exercitus miſit contra Caramitam, exercitum poſt exercitum.

Cœpit 24 Novemb. A.C. 903. Caramitæ vincuntur.

Anno 291 prælium commiſſum eſt à militibus Muctafis & Caramitæ, quo in fugam verſi ſunt Caramitæ, & multi eorum capti, qui portati Bagdadum manibus primum, & pedibus, deinde capite truncati ſunt.

Cœpit 13 Novemb. A.C. 904. Haronis Regis Aegypti cædes.

Anno 292 occiſus fuit Haron fil. Hamaruiæ, filii Ahmedis, f. Tuluni, Dominus Aegypti, die undecimo Safari: eique ſucceſſit Senanus f. Ahmedis, f. Tuluni.

Muctafis Aegyptum capit.

Eodem anno miſit Muctafis Muhammedem f. Suleimanis, Scribam, cum numeroſiſſimo exercitu, in Aegyptum; iſque eam ſubegit, & nactus eſt opes filiorum Tuluni, ipſoſque cepit; & omnia miſit ad Muctafim, menſe Safaro huius anni.

Cœpit 2 Novemb. A.C. 905. Muhammed f. Alis debellatur.

Anno 293 miſit Muctafis Fanicum Mutadidæum & Badirum Hamamæum in Aegyptum, oppugnatum Muhammedem f. Alis Halibum (qui Aegyptum occupaverat, multoſque ſeduxerat, & prodierat contra Imperatorem; jamque multos collegerat milites) & aliquot commiſſis præliis, plurimi de Halibi militibus ceciderunt, Fuſtatæ; ipſeque victus fuit, & cum aliquot ducibus ſuis portatus ad Muctafim, qui compedibus eos conſtrinxit, & in carcerem conjecit. Aegypti autem gubernationi præfecit Iſam fil. Muhammedis Boſiræum.

Zacrunas Caramita, ejuſque victoriæ.

Eodem anno prodiit Zacrunas f. Muhrunæ Caramita pater Diſſiaſæ, multiſque ad eum cōgregatis Arabibus, contendit cum iis Baſram, & Adriatam, earumque cives interfecit, & opes eorum rapuit. Hinc Damaſcum abiit, cui nomine Muctafis præerat Keigalagus; ſed hic ab urbe aberat, bellum gerens in Aegypto, cum Halibo (cujus ante facta eſt mentio) & Vicarium ſuum in ea conſtituerat Salibum f. Fadli, quem occiderunt Caramitæ. at hos in fugam verterunt milites qui in urbe erant, ita ut capere eam nequiverint, ob multitudinem populi.

ثم زحف المطوق الى حلب فحاربه
الاعز بمن بقي معه وباهل البلد حتى
ردوه وبلغ المكتفي ذلك فخرج الى
الرقة وسرح الجيوش لقتال القرمطي
جيشا بعد جيش ☼
وفي سنة احدى وتسعين ومايتين
كان وقعة بين اصحاب المكتفي
القرمطي فانهزم اصحاب القرمطي واسر
جماعة كبيرة فحملوا الى بغداد
ايديهم وارجلهم ثم ضربت

ثنتين وتسعين ومايتين
بن احمد بن طولون
ي عشرة ليلة
بالامر بعده سنان
☼
وفي هذه السنة سير المكتفي محمدا
بن سليمان الكاتب في جيش كثيف
الى مصر فتحها واحتوى على اموال
بني طولون واسباهم وبعث بذلك الى
المكتفي في صفر في هذه السنة ☼
قال وفي سنة ثلث وتسعين ومايتي
سير المكتفي فاتك المعتضدي وبدير
الحمامي الى مصر لمحاربة محمد بن
علي الخليج الذي قد تغلب على مصر
واستغوى جماعة وخرج على السلطان
فكثر جمعه فكان بينهم حروب قتل فيها
خلق كثير من اصحاب الخليج بالفسطاط
وظفر به وحمل معه الى المكتفي فقيدهم
وحبسهم وولى المكتفي مراة مصر عيسى
بن محمد البوسري ☼
وفي هذه السنة ظهر زكرويه بن مهرويه
القرمطي والد ذي الشامة فانضمت اليه
جماعة من العرب وسار بهم الى بصرى
واذرعات فقتل اهلها واستصفى اموالهم
وسار الى دمشق وعاملها كيغلغ من
قبل المكتفي الا انه كان غايبا عنها بمصر
لمحاربة الخليج المقدم ذكره وكان
خليفته عليها صالح بن الفضل فقتلته
القرامطة صالح وهزموا الجند بدمشق
ولم يمكنهم اخذها لكثرة اهلها

Vnde

فقصد زكرونه واصحابه طبرية فلقيهم
يوسف بن ابرهيم عامل الاردن فجهز
لهم المكتفي جيشا من العراق وجيشا
من الشام فهزموهم وادخلوهم البرية
وتبعوهم الي موضع يعرف بالصوان
فقاتلوهم فانهزم اصحاب المكتفي اقبح
هزيمة واستباحت القرامطة عسكرهم
وقتلوا منهم عددا كبيرا ۞
قال وفي سنة اربع وتسعين ومايتي
اعرض زكرونه الحاج قتل الرجال
واسر النسا واستباح كلما كان في
القافلة * وانهض المكتفي بالله
جماعة من القواد لحرب القرامطة فكان
الظفر لاصحاب المكتفي واستاسروا
زكرونه وجماعة من اهل بيته واحتووا
علي جميع ما في عسكره وبعد خمسة
ايام مات زكرونه لان الذي
استاسره ضربه علي دماغه فات من
ذلك ورمي ما في باطنه وحمل الي
بغداد فادخل وعلي راسه الريش وامراته
بين يديه يوميذ والاسري معهما ثم قتلوا
عن اخرهم ۞
قال وفي سنة خمس وتسعين ومايتي
توفي امير المومنين المكتفي بالله
ببغداد لثلث عشرة ليلة خلت من ذي
القعدة فكانت مدة خلافته ستة
سنين وستة اشهر وعشرين يوما وكان
عمره احدي وثلاثين سنه وشهورا *
صفته كان قصير لحسن الوجه رقيق
السمرة اعين وافر اللحية * سيرته حسن
العقيدة كارها لسفك الدما سمحا
فكانت امواله جمة وعساكره كثيرة
اليه وسلك طريق ابيه * وكان المكتفي
مايلا الي ولد علي بن ابي طالب رضي
الله عنه * وزيره القسم بن عبد الله بن
سليمان بن واهب ثم توفي فوزر له
العباس بن الحسن بن ايوب * قضاته
ابو خازم يوسف بن يعقوب ثم ابو عمر
ثم علي بن ابي الشوارب حاجبه خفيف
السمرقندي نقش خاتمه بالله علي بن
احمد يثق ۞

Vnde Zacrunas cum ſuis contendit Tyberiam, ubi occurrit eis Ioſephus f. Ibrahimi, cui Muctaſis miſit legionem unam ex Iraca, & alteram ex Syria, quæ in fugam eos verterunt, atque adegerunt in deſertum, ad locum qui appellabatur Sawanum, ubi, pugnâ commiſſâ, turpiſſimæ ſe fugæ mandarunt milites Muctaſis, & Caramitæ caſtris eorum potiti ſunt, magnumque eorum numerum occiderunt.

Anno 294 adorſus Zacrunas agmen peregrinantium viros occîdit, mulieres captivas abduxit, & quidquid in agmine erat rapuit. Hortatus autem cum eſſet Muctaſis Billa duces aliquot ad oppugnationem Caramitarũ, victoria militibus ejus ceſſit, ceperuntque Zacrunam, & multos ex domeſticis ejus, ac rebus omnibus, quæ in caſtris ejus erant, potiti ſunt. Poſt quinque autem dies mortuus eſt Zacrunas; qui enim eum ceperat, ictu cerebrum ejus læſerat, atque ex eo vulnere obiit. Inteſtinis autem ejus exemtis, portatus eſt Bagdadum. cumque in urbem inferretur, capiti ejus impoſitæ erant plumæ, atque uxor ejus ante eum incedebat, & comitabantur eos captivi, qui deinde interfecti ſunt, uti meruerant. Cœpit 22 Octobris A.C. 906. Zacrunas vincitur.

Anno 295 vita exceſſit Imperator fidelium Muctaſis Billa, Bagdadi, die decimo tertio Dulkiadæ, ut imperaverat annos ſex, menſes ſex, & viginti dies, annos natus 31, & aliquot menſes. Quod ad formam ejus attinet. brevis ſtaturæ fuit, pulchra facie, ſubtili rubedine, magnis oculis, & prolixa barba. Quod ad naturam, religioſus, abhorrens ab effuſione ſanguinis, & liberalis. divitias autem habuit magnas, & exercitus multos. Inceſſit via patris ſui: & bono affectu fuit erga filios Alis f. Abutalibis, felicis memoriæ. Conſiliarius ejus fuit Caſamus fil. Abdallæ, fil. Suleimanis, fil. Wahebi, quo vita defuncto, Conſiliarium ſuum conſtituit Abbaſem fil. Haſeni, fil. Iobi. Iudices ejus fuerunt Ioſephus Abuharimus fil. Iacobi, hinc Abuomar, deinde Alis fil. Abusjawaribi, Ianitor, Haſiffus Samarcandæus. Symbolum ſigilli ejus, Alis fil. Ahmedis confidit in Deum. Cœpit 12 Octobris. A.C. 907. Muctaſis obitus. Forma. Natura. Officiales. Symbolũ.

Chronologus

Imperium. *Chronologus ait eum obiiſſe die Sabbathi, elapſis annis Hegiræ 294, menſibus undecim, & diebus octo, annis autem ſolaribus mundi 6399, menſibus undecim; & diebus viginti.*

Saleucia à Saracenis capitur. *Narrant Hiſtoriæ Chriſtianorum urbem Seleuciæ, in Regione Romanorum captam fuiſſe menſe Rabio poſteriori anni 290; captivos autem in Ægyptum intraductos menſe Regjebo hujus anni.*

Abuabdalla Muhtaſibus. *Eodem anno prodiit in Occidente quidam dictus Abu Abdalla Muhtaſibus, fugavitque exercitus filii Aglabi, & milites ejus occîdit, ac dominatus eſt in Occidente: & multi ab eo fugerunt.*

Defectus Nili. *Eodem anno Nili incrementum, in Ægypto, attigit tredecim cubitos, & duos digitos, neque amplius: & egreſſi homines cujuſcunque religionis, aquas à Deo petiverunt, at nihilo plus Nilus eſt auctus.*

قال المورخ وكانت وفاته يوم السبت
لتمام مايي اربع وتسعين سنة واحد
عشر شهرا وثمانية ايام للهجرة ولتمة
ستة الف وثلثماية تسع وتسعين سنة واحد
عشر شهرا وعشرين يوما للعالم شمسية ۞
والذي ورد تواريخ النصاري ان
مدينة صلوقية من بلاد الروم فتحت في
شهر ربيع الاخر سنة تسعين ومايي
ودخلوا بالسبي الي مصر في رجب من
هذه السنة * وفيها خرج بالمغرب
رجل يقال له ابو عبد الله المحتسب
فهزم جيوش ابن الاغلب وقتل اصحابه
وملك المغرب وانهزم منه زيادة ۞
وفي هذه السنة بلغ نيل مصر ثلاثة
عشرة ذراعا واصبعين لا غير وخرج
الناس علي اختلاف مذاهبهم واستسقوا
ولم يزداد شي عن ذلك ۞

CAPVT DECIMVM NONVM.

Decimus octavus Abbaſidarum, & Chalifa trigeſimus nonus, GJAFAR ABVLFADLVS MVCTADIRVS BILLA, f. Mutadidi, f. Muaffici, f. Mutewakkeli.

MATER ejus genitrix nomen habuit Saafæ. Creatus fuit Chalifa Bagdadi, eo die quo obiit frater ejus Muctafis, die ſcilicet decimo tertio Dulkiadæ, anni 295; quo tempore annorum erat tredecim, & aliquot menſium. neque ante eum quiſquam imperium adeptus eſt annis eo minor.

Mundirus Rex Hiſpaniæ moritur. *Eodem anno vita exceſſit Mundirus f. Muhammedis, fil. Abdurrahmanis, fil. Hacemi, Amawæus, Rex Hiſpaniæ: eique in Chalifatu ſucceſſit filius ejus Abdalla f. Mundiri.*

Cœpit 30 Septemb. A. C. 908. *Anno 296 depoſitus fuit Muctadirus, & inauguratus Abdalla fil. Mutazzi, cognominatus Abulabbas; cujus mater appellabatur Habana. idque in hunc modum accidit. Milites irruentes in Abbaſem fil.*

الثامن عشر من الخلفا العباسيين
وهو التاسع والثلاثون المقتدر
بالله ابو الفضل جعفر بن
المعتضد بن الموفق بن
المتوكل *
وامه ام ولد يقال لها سعف
بويع له بالخلافة ببغداد
يوم توفي اخوه المكتفي
لثلث عشرة ليلة خلت من ذي القعدة
سنة خمس وتسعين ومايي وعمره يوميذ
ثلث عشرة سنة وشهورا ولم يتولي الخلافة
قبله من هو اصغر سنا منه ۞
وفي هذه السنة توفي المنذر بن محمد
بن عبد الرحمن بن الحكم الاموي
ملك الاندلس فبويع بالخلافة بعده
ابنه عبد الله بن المنذر ۞
قال وفي سنة ست وتسعين ومايي
كان خلع المقتدر وتبعه عبد الله بن
المعتز ويكني ابا العباس وامه ام ولد
يقال لها حبان وكان من حديث
ذلك ان الجند وثبوا علي العباس ابن

الحسن وزير المقتدر فقتلوه واحضروا
عبد الله بن المعتز فبايعوه بالخلافة
بعد ان شرط عليهم ان لا يكون
ذلك حرب ولا سفك دم ولقبوه المرتضي
بالله فلما بويع كتب الي المقتدر
بالله يلزم دار ابن طاهر بوالدته
وجواريه وخدمه وامر ابن المعتز الحسين
بن عمر صاحب الشرطة ان يصير الي
دار المقتدر فخرج اليهم الغلمان
ورموهم بالنشاب وجرت بينهم حروب
شديدة اخرها ان اصحاب المقتدر
ظهروا عليهم وانهزم ابن المعتز وتفرقوا
اصحابه واستتر ابن المعتز عند ابن
الجصاص ولم يتم له الامر غير يوم وليلة
وعاد المقتدر بالله الي خلافته وقتل
ابن المعتز خنقا واظهروا انه مات حتف
انفه واخرج ميتا من دار السلطان يوم
الخميس ثاني ربيع الاخر وسلم الي
اهله ودفن بازا داره وعمره خمسين
سنة وكانت البيعة يوم السبت لعشر
بقين من ربيع الاول * سيرته كان
شاعرا فاضلا فصيحا وهو صاحب
التشبيهات التي ابدع فيها ولم يتقدمه
من سبق فيها عبارة ويقال انه لما
اختفي حين طلب للقتل راي طايرا
فقال

يا نفس صبرا لعل الخير عقباك *
خانتك من بعد طول الامن دنياك *
مرت بنا سحرا طير فقلت لها طوباك *
يا ليتني اياك طوباك *
ان كان قصدك شرقا فالسلام علي *
وادي الصراة ابلغي لمن كان مراك *
من موثق بالمنايا لا فكاك له *
يبكي الدما علي الف له باكي *
ورب امنة خانت شبيهتها ورب
مطلقة من بين اشراكي *

Haſeni, Conſiliarium Muctadiri, eum necaverunt; & adductum Abdallam f. Mutazzi crearunt Chalifam: ut conditionem hanc ab ijs obtinuerat, quod propterea nec bellũ moveretur, nec ſanguis effunderetur. & cognominarunt eum Murtadim Billa. Creatus autem Chalifa ſcripſit ad Muctadirum Billa, ut contineret ſe in ædibus filij Taheri, cum matre ſua, puellis ſuis, & famulis: juſſitque Huſeinum f. Omaris Præfectum præſidij, ut occuparet domum Muctadiri. Sed egreſſi ad eos milites, telis eos petiverunt, & acerrimis aliquot commiſſis prælijs, tandem ſuperiores evaſerunt milites Muctadiri, & in fugam verſus eſt filius Mutazzi, qui, militibus ejus diſperſis, delituit apud filium Haſaſi; neque imperium obtinuit, niſi diem unum, & unam noctem, quibus elapſis, Muctadirus Chalifatum recepit. Cumque ſtrangulatus eſſet filius Mutazzi, ſimularunt eum morte naturali extinctũ; & exportatus fuit ex arce imperiali, die Iovis, ſecundo Rabij poſterioris, ſuiſq; traditus, & ſepultus, è regione domus ſuæ. Natus erat annos 50. & creatus fuerat Chalifa die Sabbathi, vigeſimo Rabij prioris. Quod ad naturam ejus attinet. Poeta fuit eximius, atq; eloquens; auctor Similitudinum quas ipſe excogitavit, quarumq; nemo ante eũ exemplum ullum edidit. Ajunt eum, cum deliteſceret, & quæreretur ad ſuppliciũ, vidiſſe avem, & dixiſſe,

Abdalla f. Mutazzi creatur Chalifa.

Prælijs contendit cum Muctadiro.

Vincitur.

Necatur.

Ejus natura.

O anima patiens eſto, fortaſſis bonus erit finis tuus.
Calamitas tua poſt longitudinem negotij evaneſcet tibi.
Tranſijt nos manè avis, cui dixi, O te felicem!
Vtinam ego tu ſim, O te felicem!
Si tu in Orientem tendis, pax ſuper me.
Fluvium Euphratis fac advenire, ſi rationem habes
Ejus, qui obſtrictus eſt morti, cuique non eſt quo ſe liberet:
Flet ſanguis ſuper debili, quem nemo deflet.
Interdum fidelitatis decipit ſimilitudo: interdum ipſa dimittitur ex laqueis.

Opinor

Opinor hunc ultimum eſſe diem
ætatis meæ.
Et væ tibi hodie, ſi defleat me defleñs.

Cumque ad locum ſupplicij ejus eum adduxiſſent, dixit.

Dic gaudentibus malo noſtro, Exſpectate; ante vos quoque adverſa ſunt, & magna.

Inter alia autem Abdallæ f. Mutazzi Inventoris carmina & hoc eſt, de vino,

Vinum vetus perijt locus quietis capitis ejus, coronæ margaritarum: quod ordine connectendum eſt non habet filum.
Tranſeunt motus venti ſuper quiete ejus. & liqueſcit, ſicuti liqueſcit aurum, quod mundat fuſio.

Cum autem occideretur filius Mutazzi, occiſus quoque fuit cum eo Conſiliarius ejus David f. Alharahi, & Saudarus f. Haſaſi, qui abſconderat eum, pro ſumma ſedecim mille millium aureorum.

[Cœpit 19 Septemb. A.C. 909. Obitus Iſæ Imp. Aegypti.] *Anno ducenteſimo nonageſimo ſeptimo obijt Iſa f. Muhammedis, Buſaræus, Imperator Aegypti, die decimo Sjaabani: & præfecit Muctadirus Billa Aegypto Iakinum Haraſæum.*

[Cœpit 9 Septemb. A.C. 910. Initium Fatimidarum. Muhammed Mahadis.] *Anno 298 cœperunt florere Fatimidæ: quorum primus fuit Muhammed Mahadis, qui prodijt Segilmeſſæ, quæ ditionis Cairawani eſt, in occidente. & is hoc anno ſalutatus eſt Imperator fidelium. Deinde abijt Raccadam, dicens ſe eſſe oriundum ab Ali f. Abutalibis, genuſque ſuum illi infixum. qua de re, volente Deo, poſt dicemus. Aedificavit quoque hoc anno Mahdiam, atque in ea habitavit, imperans Africæ, Siciliæ, & provincijs Occidentis. Natus autem fuit Selmiæ, aut, ut alij volunt, in Iraca, anno 269 Hegiræ; & profectus in Occidentem, imperio ſe ingeſſit: multiſq; prælijs contendit cum filijs Aglabi, donec eos ejecit, anno Hegiræ trecenteſimo ſecundo, quo & ipſe obijt, & ſucceſſit ei in imperio filius ejus* [Kaijmus.] *Kaymus, cui mortuo ſucceſſit filius ſuus Al-*[Almanſor.]*manſor, quo vita defuncto, imperium adeptus eſt filius ejus* [Muazzus.] *Muazzus Lidinilla; qui primus fuit Chalifa Aegyptiacus, ex Fatimidis: ſicuti, volente deo, commemorabimus ſuo loco.*

اظنه اخر الايام من عمري
وموسك اليوم ان يبكي بي
الباكي *
ولما قدموه لموضع قتله قال
فقل للشامتين مهلا رويدا *
امامكم المصايب والخطوب *
ومن جملة شعر عبدالله بن المعتز البديع
قوله في لخمر
معتقة ضاع المزاج لراسها اكاليل
در ما لمنظومه سلك *
جرت حركات الريح فوق سكونها
فذابت كذوب التبر اخلصه
السبك *
ولما قتل المعتز قتل معه وزيره داود بن
الجراح وصودر بن الجصاص الذي ستره
علي جملة ستة عشر الف الف دينار ۞
قال وفي سنة سبع وتسعين ومايتي
توفي عيسي بن محمد النوسري امير مصر
في عاشر شعبان فولي المقتدر بالله امرة
مصر يكين الحربي ۞
قال وفي سنة ثمان وتسعين ومايتي
كان ابتدا الدولة الفاطمية كان
اولهم محمد المهدي وكان ظهوره
بسجلماسة من اعمال القيروان بالمغرب
في هذه السنة وسلم عليه بامير
المومنين ثم مضي الي رقاده وكان يزعم
انه من ولد علي بن ابي طالب ونسبه
مطعون فيه وسياتي ذكر هذا بعد ان
شا الله تعالي * وفي هذه السنة بني
المهدية واستقر بها وملك افريقية وسقليه
واعمال المغرب وكان مولده بسلمية
وقيل بالعراق سنة تسع وثمانين ومايتي
ودخل الي المغرب ودعي الي نفسه
وجرت له حروب كثيرة مع بني الاغلب
الي ان اخرجهم سنة اثنتي وثلثماية توفي
فيها وصار الامر الي ابنه القايم ولما مات
القايم ولي ابنه المنصور ولما مات المنصور
ولي ابنه المعز لدين الله ففتح مصر
[illegible] وهو اول خلفا مصر
الفاطميين وسنذكر ذلك في موضعه
ان شاء الله تعالي ۞

قال وفي سنة ثلثماية توفي عبد الله
بن عبد الله بن طاهر وكان اميرا
جليلا شجاعا كريما فصيحا ۞
وفي هذه السنة توفي عبد الله بن
المنذر بن محمد بن عبد الرحمن بن الحكم
الاموي ملك الاندلس فبويع بالخلافة
بعده اخوه الناصر لدين الله عبد الرحمن
بن المنذر وهو اول من سلم عليه منهم
بامير المومنين ولم يبلغني خبر لاحد
منهم بعد عبد الرحمن وكان زوال
دولتهم بعد سنة اربعماية للهجرة ۞
قال وفي سنة احدي وثلثماية كان
مقتل ابي سعيد الجنابي القرمطي وكنا
قد ذكرنا استيلاه علي هجر ومحاربته
لجيش المعتضد بالله وكسره لهم فلما
كانت هذه السنة قتله خادم له وهو
بالحمام فولت القرامطة امرهم الي سعيد
ولده فقرض لحم الخادم الذي قتل اباه
بالمقاريض حتي مات ۞
وفي سنة اثنتي وثلثماية قدم حباسة
في جماعة من المغاربة الي الاسكندرية
فغلبوا عليها وشخص مونس الخادم من
بغداد الي مصر لمحاربة حباسة فانهزم
هو واصحابه وقتل من اصحاب المقتدر
بالله سبعة الف رجل ودخل من بقي
من اصحاب المقتدر الي الاسكندرية *
وفيها عزل مونس الخادم يكين عن
امرة مصر * وفي سنة ثلاث وثلثماية
قدم ذكا الاعور الي مصر واليا عليها
من قبل المقتدر بالله عوض يكين
الحربي ۞
قال وفي سنة تسع وثلثماية امر
المقتدر بالله بقتل الحسين بن منصور
الحلاج فقتل وصلب ببغداد لان الفقها
افتوا بقتله لاشيا سمعت منه منها قوله
مزجت روحك في روحي كما يمزج
الخمر بالماء الزلال *
فاذا مسك شي فاذا انت انا في
كل حال *
سبحان من اظهر ناسوته سر سنا
لاهوته الثاقب *

Anno 300 obÿt Abdalla f. Abdallæ, f. Taheri: qui Imperator fuit egregius, ſtrenuus, humanus, & eloquens. Cœpit 17 Auguſti. A.C. 912.

Eodem quoq; anno obÿt Abdalla f. Mundiri, f. Muhammedis fil. Abdurrahmanis, f. Hakemi, Awamæus, Rex Hiſpaniæ; cui ſucceſſit in imperio frater ejus Abdurrahman Naſir-Lidinilla, filius Mundiri, qui primus fuit inter eos ſalutatus Imperator fidelium. Poſt hunc Abdurrahmanem nihil ego de illis intellexi. Deſierunt autem florere poſt annum Hegiræ 400. Abdurrahman Rex Hiſpaniæ,

Anno 301 occiſus fuit Abuſaïdus Hamanæus, Caramita, quem ante meminimus occupaſſe Hagjaram, & bellum geſſiſſe cum exercitu Mutadidi, eumque fudiſſe. cum enim hic annus ageretur, interfecit eum quidam miniſter ejus, exiſtentem in balneo, & præfecerunt Caramitæ imperio ſuo Saïdum filium ejus, qui carnem miniſtri illius, qui patrem ejus occiderat, forſicibus diſcerpſit, donec expiravit. Cœpit 7 Auguſti. A.C. 913. Abuſaidæ cædes.

Anno 302 contendit Habaſas cum multitudine Magaribarum Alexandriam; quam & ceperunt. venitque Maunaſus Alchadimus Bagdado in Aegyptum, bello perſecuturus Habaſam: ſed in fugam verſus eſt, cum militibus ſuis. & ceciderunt militum Muctadiri ſeptem millia: qui autem reliqui erant Alexandriam ingreſſi ſunt, Eodem anno depoſuit Maunaſus Alchadimus Iakinum gubernatione Aegypti. & anno 303 venit Dacaüs Alawarus in Aegyptum, Præfectus ejus futurus, nomine Muctadiri Billa, loco Iakini Hararæi. Cœpit 27 Iulij. A.C 914. Habaſas capit Alexandriam.

Anno 309 juſſit Muctadirus morte plecti Huſeinum fil. Manſoris Hallagum. interfectus autem fuit, & crucifixus, Bagdadi; quod Sapientes cenſuiſſent morte eum afficiendum eſſe, ob quædam quæ ab illo audita fuerant, inter quæ & dictum hoc ejus, Cœpit 12 Maij. A.C 921. Huſeinus f. Manſoris Poeta.

Mixtus eſt ſpiritus tuus cum ſpiritu
meo, ſicuti miſcetur vinum cum
aqua dulci.
Et cum prehendo quidquam, ecce
tu ego, in omni ſtatu.
Laus ei qui manifeſtavit humanitatem ſuam, celavit inter nos divinitatem ſuam permeantem,

Donec

Donec cœpit in creatura ſua apparere, ſub ſpecie edentis & bibentis.

Iamque aſpexit eum creatura ejus, ſicuti ſupercilium oblique reſpicit ſupercilium.

itemque hoc:

Ligatus eſt ſpiritus tuus cum ſpiritu meo, ſicuti ligatur ambra cum muſco puro.

Cumque prehendo quidquam, ecce tu ego non ſeparamur.

Qui quidem verſus videntur innuere deſcenſum, unionem, affixionem, atque ordinationem divinitatis ad hominem. Sed Deus Opt. Max. novit virum hunc, & an non intenderit aliud ab eo quod verba ejus præ ſe ferunt. Ajunt quoque eum, cum iret ad ſupplicium, dixiſſe:

Compotor meus nihil plane in ſe habet iniquitatis.

Bibendum mihi dedit ſimile ejus quod bibit, fecit hoſpitem in hoſpite.

Cumque in orbem iviſſent calices, vocavit lectum, & gladium.

Sic qui bibit vinum cum dracone, in æſtate.

Eodem anno depoſitus eſt Iakinus Hararæus gubernatione Aegypti, & præfuit ei Abuſanuſus quinque dies, ac deinde iterum Iakinus dies paucos, &, hoc depoſito, Halalus f. Iezidi.

Cœpit 1 Maij. A. C. 922. Abugjafaris Hiſtorici obitus. *Anno 310 vita defunctus eſt Muhammed Abugjafar f. Hariri, f. Muaÿadi, Tabarita, auctor Hiſtoriæ, fuitque princeps eruditus, & magna potentia. miſereatur ejus Deus.*

Cœpit 20 Aprilis. A. C. 923. *Anno 311 removit Muctadirus Billa Halalum f. Iezidi gubernatione Aegypti, præficiens ei Ahmedem fil. Keigalagi, &, hoc depoſito, Iakinum Hararæum, qui non deſijt ei præeſſe, donec occiſus fuit Muctadirus.*

Abutaherus Caramita, ejuſque victoriæ. *Eodem anno crevit potentia Abutaheri Caramitæ. Licet enim pater ejus Abuſaïdus juſſiſſet, ut imperium traderetur filio ſuo Saïdo, donec adoleſceret Abutaherus; hic tamen imperio ſe ingeſſit: & multi ſe ei adjunxerunt.*

تي بدا في خلقه ظاهرا في صورة الاكل والشارب *

ي لقد عاينه خلقه كلحظة الحاجب للحاجب *

وقوله ايضا

مزجت روحك في روحي كما يمزج العنبر بالمسك الفتيك *

اذا امسك شي فاذا انت انا لا نفترق *

ظاهر هذا الشعر يشعر بالحلول والاتحاد واثبات وصف الالهية للبشر لكن الله تعالى عالم بهذا الرجل فلعله قصد غير ما ظهر من لفظه * ويروي انه لما قدم للقتل قال

نديمي غير منسوب الى شي من الحيف *

سقاني مثل ما يشرب فعل الضيف بالضيف *

فلما دارت الكاسات دعا بالنطع والسيف *

كذا من يشرب الراح مع التنين في الصيف *

قال وفي هذه السنة عزل تكين الحربي عن امرة مصر وولي ابو قابوس خمسة ايام ثم عزل ثم تولي تكين اياما يسيرة ثم عزل ووليها هلال بن يزيد ۞

وفي سنة عشر وثلثماية توفي ابو جعفر محمد بن جرير بن مويد الطبري صاحب التاريخ وكان اماما عالما كبير القدر رحمه الله ۞

وفي سنة احدي عشره وثلثمايه عزل المقتدر بالله هلال بن يزيد عن امرة مصر وولاها احمد بن كيغلغ ثم عزله وولي تكين الحربي ولم يزل واليا عليها الي ان قتل المقتدر بالله ۞

وفي هذه السنة اشتدت شوكة ابي طاهر القرمطي فان ابا سعيد اباه كان اوصي بان يسلم الامر الي ابنه سعيد الي ان يكبر ابو طاهر فدعا الي نفسه فاجتمع اليه خلق كثير وسوا مخاريق اعتقدوها معجزات

فاوهم انه يعلم الغيب ولما كثر جمعه
قصد البصرة في الف وسبع ماية فقتل
وقتل من ظفر به من اهلها و
المسجد الجامع واقام فيها سبعة عشر
يوما ثم رحل عنها بعد ان استصفي ما
كان بها من الاموال ۞

وفي سنة اثني عشرة وثلثماية اعترض
ابو طاهر القرمطي الحاج في رجوعهم
بالنهر فقتل منهم مقتلة عظيمة وكان
صاحب بذرقة الحاج الامير ابو الهيجا
عبد الله بن حمدان والد سيف الدولة
وكان عمل الموصل وديار ربيعة
والدينور والجبال من بلاد فارس
والكوفة اليه فتقاتلا قتالا عظيما فكانت
الكسرة للقرامطة فاسروا ابا الهيجا
وجماعة من اصحاب المقتدر واستولوا علي
اموال الحاج جميعا واسروا اكثر النساء
والاطفال * ثم سار ابو طاهر الي هجر
وترك باقي الحاج بغير زاد ولا راحلة فمات
اكثر الحاج بالعطش والجفا وكان
سن ابي طاهر يومئذ تسع عشرة سنة
وحصل لابي طاهر من الاموال ما يناهز
الف الف دينار ومن الامتعة والطيب
مثلها واستاسروا من الرجال الفي وماتين
وعشرين رجلا ومن النساء خمسين امراة ۞
قال وفي هذه السنة اطلق ابو طاهر
القرمطي الامير ابا الهيجا عبد الله بن
حمدان وجماعة من الاسري وقدم رسوله
الي بغداد فسال المقتدر الافراج له عن
البصرة والاهواز فلم يجبه الي ذلك
واكرم رسوله واخلع عليه ۞

وفي سنة ثلث عشرة وثلثماية قدم
ابو طاهر القرمطي الي الكوفة فنهب
وقتل وسبي فكان من جملة ما اخذه
من الثياب الوسي اربعة الف ثوب ومن
الرحب ثلثماية راوية واشيا لا تحصي ۞

وفي سنة اربع عشرة وثلثماية اخذت
الروم ملطية عنوة فقتلوا اهلها وسبوا
واقاموا بها اياما ۞

وفي سنة خمس عشرة وثلثماية كان
ابتداء ظهور الديلم وكان اول

ajebat autem abſcondita quæque ſe ſcire. & magna multitudine auctus contendit Baſram, cum centum & ſeptem militum millibus, eamque expugnavit, & occidit quoſcunque in ea nactus eſt opidanos, ac templum incendit: utque in urbe ſubſtitit dies 17, eam reliquit, pecuniam omnem ejus adeptus.

Anno trecenteſimo duodecimo adorſus eſt Abutaherus Caramita agmen peregrinantium, in Nahara, cum reverterentur, & magnam iis cladem intulit. Præerat autem præſidio itineris eorum Abulhigja Abdalla fil. Hamadani, pater Saifuddaulæ, Præfectus Mauſilæ, Diarrebiæ, Dainawaræ, ac Gjebalæ Perſidis: & magno contenderunt prælio: quo cum viciſſent Caramitæ, ceperunt Abulhigjam, & multos de militibus Muctadiri: atque opes omnes peregrinantium ſunt nacti, & majorem partem mulierum, ac puerorum ceperunt. hinc abiit Abutaherus Hagjaram; & reliquit cæteros peregrinantes ſine viatico, & camelis; unde & plerique eorum ſiti perierunt, atque erroribus. Erat autem tum temporis Abutaherus natus annos 19. & nactus eſt pecunias, circiter mille aureorum millia, & tantundem valentia impedimenta, atque bona. in ſervitutem autem abduxit viros bis mille, ducentos; & viginti, ac mulieres 50. Cœpit 9 Aprilis. A.C. 924.

Eodem anno dimiſit Abutaherus Imperatorem Abdallam Abulhigjam f. Hamadani, & multos captivos. miſitque Legatum Bagdadum, rogatum Muctadirum ut ſibi daret Baſram & Ahwazam, id quod ei recuſavit, honorans tamen legatum & veſte eum donans.

Anno 313 venit Abutaherus Caramita Cufam, eamque diripuit, & incolas occîdit, atq; in ſervitutem abduxit. Inter alia autem quæ cepit, panni colorati erant quatuor mille, & tria camelorum millia, reſque aliæ innumeræ. Cœpit 29 Martij. A.C. 925.

Anno 314 vi ceperunt Romani Malatiam; incolaſque partim occiderunt, partim ceperunt & dies aliquot in ea manſerunt. Melita capitur à Romanis.

Anno 315 cœperunt innoteſcere Dailamiti; quorum primus Rex fuit quidam nomine Dailamorum origo, & primi Reges.

nomine Wahſjudanus f. Marzabani, cujus regni ſedes fuit Sjahriſtana. hoc mortuo regnum adeptus eſt filius ejus Haſanus, qui bellum geſſit cum Huſeino f. Alis, Fatimida, cognominato Naſirulhaco. ſed hunc Haſanū frater ſuus Alis f. Wahſjudani adorſus eſt, atque occidit. & deinde ſocer Haſani, dictus Muhammed f. Muſafiri, hunc Alim f. Wahſjudani interfecit: & ſucceſſit ei filius ejus Mahadis, quem bello quoque perſequutus eſt, & in fugam vertit Muhammed f. Muſafiri: qui Rex Dailamorum eſt factus. Mahadis autem confugit ad Aſfarum. Deinde autem timuit ſibi ab eo Aſfarus, & cepit Kazwinam, ejuſque incolas vehementer afflixit: & prælijs aliquot certavit cum Caſimo f. Huſeini, Alawæo, Aldaï, & Mahcano, filio Malis. Deinde contendit Aſfarus Gjorgjanam, eamque expugnavit: & ducem exercitus ſui conſtituit quendam dictum Mardawigum f. Ramazi fil. Mardanſjahi, cum quo Addis Alawæus prælijs aliquot contendit. & occiſo Aldaï, crevit potentia Mardawigi, & auctum eſt imperium ejus. Hinc miſit Aſfarus bellum ei illatum Muhammedem fil. Muſafiri, cujus ante mentio facta eſt. at obſedit eum aliquamdiu, in arce ejus, Mardawigus, ad quem Muhammed f. Muſafiri obſeſſus miſit, ſignificans ei quomodo regnum Aſfari expugnaret: id quod fecit, ita ut potitus ſit ijs omnibus quæ in manu illius erant, ditionibus ſcilicet Raijæ, Kazwinæ, Abharæ, Gjorgjanæ, & Tabriſtanæ. Deinde abijt Mardawigus Hamadanam, eamque cepit, & cives interfecit, ac mulieres violavit, occiditq; omnes qui in ea erant. Ajunt autem juſſiſſe eum, ut quicunque in ea occiſi erant veherenter in Dailamam, quorum numerus erat triginta millium. Hujus rei rumor cum Bagdadum perveniſſet, miſit Muctadirus Billa contra eum magnum exercitum, duce Harone f. Arabi. Concurrentibus autem exercitibus inter Hamadanam & Kazwinam, in fugam verſus eſt exercitus Muctadiri. atque hæc omnia geſta ſunt anno trecenteſimo decimo nono. Hinc Mardawigus expugnavit Iſfahanam. Deinde autem inimicitia orta eſt inter Mahcanum fil. Malis, & Mardawigum

Haſanus.
Alis.
Mahadis.
Muhammed f. Muſafiri.
Aſfarus.
Mardawigus.
ejus victoria.

ملوكهم رجل اسمه وهشودان بن المرزبان وكان مقر ملكه شهرستان فلما مات ملك ابنه حسان وجرت له حروب مع الحسين بن علي الفاطمي الملقب بناصر الحق ثم وثب علي حسان اخوه علي ابن وهشودان فقتله ثم وثب صهر لحسان يقال له محمد بن مسافر علي علي بن وهشوادن فقتله فلما ملك حارث محمد بن مسافر قاتل اخيه فقتل حر وفيروز وملك بعده ولده مهدي فقاتله محمد بن مسافر فهزمه واستولي محمد بن مسافر علي ملك الديلم واما مهدي فانه التجي الي اسفار سيرته ثم خاف منه اسفار ثم غلب اسفار علي قزوين وعسف اهلها عسفا كثيرا وجرت له حروب مع القاسم ابن الحسين العلوي الداعي ومعه كان بن مالي ثم قصد اسفار جرجان فغلب عليها وجعل قايد جيشه رجلا يقال له مرداويج بن زمار ابن مردان شاه فجرت بينه وبين الداعي العلوي حروب فقتل الداعي وقوي مرداويج وعظم امره ثم جهز اسفار لمحاربته محمدا بن مسافر المتقدم ذكره فحاصره مرداويج في قلعته مدة فبعث اليه محمد بن مسافر وهو محصور يشير اليه بان يغلب علي ملك اسفار فغلب واستولي علي ما كان بيده وهو اعمال الري وقزوين وابهر وجرجان وطبرستان ثم سار مرداويج الي همدان ففتحها واستباح دما اهلها وفروج نسايهم وقتل من كان بها فيقال انه امر بحمل من قتل بها في الديلم وكانت ثلاثين الف نكبه وجاء الخبر بذلك الي بغداد فجهز المقتدر بالله لقتاله جيشا عظيما مع هرون بن غرب فالتقيا بين همدان وقزوين فانهزم جيش المقتدر وكل ذلك في سنة تسع عشرة وثلثماية ثم غلب مرداويج علي اصفهان ثم فسدت الحال بين ماكان بن مالي وبين مرداويج

postquam

بعد مهادنة كانت بينهما وجري
بينهما حروب وكان عماد الدولة
ابو الحسن علي بن بويه يوميذ من جملة
اصحاب مهكان وكانت تلك
الحروب سنة احدي وعشرين وثلثماية
واثنتي وعشرين وكان الظفر فيها
لمرداويج فملك امد وطبرستان وعظمت
مملكته واقام بها مطهر اطاعه عامل
الخليفه بخراسان ثم اتفق ان مهكان
انهزم من مرداويج في بعض حروبه
فانحاز عماد الدوله بن بويه الي مرداويج
فاكرمه وولاه المرج اقام بها مدة علي
اجمل سيرة حتي قويت حاله ثم وقعت
وحشة بينه وبين مرداويج بعد مدة
فرحل بجيش كثيف الي اصبهان
فاخذها فبعث مرداويج لحربه اخاه
وشمكين ولم يكن لعماد الدوله بحربه
طاقه فرحل عن اصبهان الي ارجان
فملكها وملك جميع فارس * وهذه
الحوادث وقع اكثرها بعد هذه السنة
انما ذكرناها لاجل سياقه الحديث
لبلا ينتثر وسنذكر ان شاء الله بقيه
اخبار ملوكهم الي نهايتها ۞

وفي هذه السنة سير المقتدر بالله
يوسف بن ابي النباج الي محاربة ابي
طاهر بن ابي سعيد القرمطي فاسر يوسف
وانهزم اصحابه وقتل منهم خلق كثير
واستولي القرمطي علي الكوفه وخاف
اهل بغداد منه ولم يشكوا ان يقصدها
ويملكها فاشار علي بن عيسي الوزير
علي المقتدر بانفاق الاموال واستخدام
العساكر فانفق من بيت المال ثلثماية
الف دينار واخذ من والدته خمسماية
دكره وتغلب بن رايق ثم بجكم
التركي وصار اليهما تدبير الملك
وبطلت الوزارة ولم يبق الا اسمها من
يوميذ حجابة محمد بن ياقوت ثم دكا
مولاه * قال المورخ مدة خلافته ست
سنين وعشرة اشهر وعشرة ايام اولها يوم
الخميس واخرها يوم السبت لتتمة ثلثماية
وثمان وعشرين سنة وخمسة وسبعين يوما
للهجرة ولتمام ستة الف واربعماية اثني
وثلثين سنة ومائة وثلثة عشر يوما شمسية
للعالم ۞

والذي ورد تواريخ النصارى
من الحوادث في ايام الراضي انه
حدث في مصر زلزلة عظيمة لاحدى
عشرة ليلة خلت من ذي القعدة وفي
هذا اليوم اضطربت الكواكب التي
تسمي الشهب اضطرابا شديدا من نصف
الليل الي الصباح *

حاشية

وقع مثل ذلك في مملكة الملك الصالح
نجم الدين ايوب بن الملك الكامل
يذكر في موضعه بعد ذلك ۞

قال وفي سنة ثلاث وعشرين وثلثماية
في خلافة الراضي بالله قدم لليعاقبة
بطرك علي الاسكندرية يسمي مقاري
اقام عشرين سنة وتنيح ۞

وفي سنة خمس وعشرين وثلثماية
ثار المسلمون ببيت المقدس ودخلوا
كنيسة القيامة واحرقوها واخربوا
ونهبوا ما قدروا عليه ۞

وفي سنة ثمان وعشرين وثلثماية مات
سعيد بن بطريق صاحب التاريخ وكان
بطرك الملكية علي الاسكندرية يوم
الاثنين سلخ رجب منها اقام في البطركية
سبع سنين وستة اشهر وكان في ايامه
شقاق كثيرة وشر متصل بينه وبين
شعبه وادي ذلك الي ان سير محمد بن
طغج صاحب مصر قايدا من قواده يكني
بابي الحسن وضم اليه جماعة من الجند الي
مدينة تنيس فختم علي كنايسهم وما بها
من الالات والصياغات كانت كثيرا جدا

Hinc imperio potitus eſt filius Rayci; & poſt hunc Iahcamus Turca, penes quos fuit tota regni adminiſtratio, abolita dignitate Conſiliarij, & ſolo ejus nomine, inde ab eo tempore, remanente. Ianitores habuit Muhammedem fil. Iacuti: & deinde Dacaum ſervum ſuum. Chronologus ait eum imperaſſe annos ſex, menſes decem, & dies decem; quorum initium dies fuit Iovis, finis autem Sabbathi. elapſis annis Hegiræ 328, & diebus 75, annis autem ſolaribus mundi mille quadringentis & triginta duobus, ac diebus centum & tredecim. Imperium.

Quod autem ad ea attinet, quæ Chriſtianorum Hiſtoriæ tradunt accidiſſe tempore Arradis. ajunt in Aegypto magnum extitiſſe terræ motum, die undecimo Dulkiadæ, atque eo die concuſſas quoque fuiſſe ſtellas illas, quæ vocantur flammæ, concuſſione vehementi, inde à media nocte, ad auroram uſque. Terræ motus.

Annotatio.

Accidit idem quoque imperante Iobo Nazmuddino Rege bono, filio Regis perfecti, uti poſt dicetur, ſuo loco.

Anno 323 imperante Arradi, Patriarcha Iacobitarum Alexandriæ factus eſt Macarius, qui, cum 20 ſediſſet annos, obijt. Macarius Patriarcha Iacobit.

Anno 325 tumultum excitantes Muſlimi, Hieroſolymæ, ingreſſi ſunt templum reſurrectionis; idque incenderunt, & vaſtaverunt, diripientes quæcunque poterant. Templum Hieroſ. incenditur.

Anno trecenteſimo vigeſimo octavo vita exceſſit Saïdus filius Batrici, hiſtoricus, qui Patriarcha erat Orthodoxorum Alexandriæ, die Lunæ in fine menſis Regjebi, cum Patriarcha ſediſſet ſeptem annos, & ſex menſes. Hujus tempore multa fuerunt diſſidia, & continuum odium inter ipſum, & populum ejus: id quod duravit donec Muhammed fil. Taagi Dominus Aegypti Ducem quendam ſuum, cognominatum Abulhaſenum, cum militibus aliquot, miſit Tinniſum, qui templa eorū confiſcavit, uti & quæcunque in ijs erant vaſa, atque inſtrumenta, quæ plurima erant, ita Obitus Saidi f. Batrici Hiſtorici. Chriſtiani templa ſua & vaſa amittunt.

eaque recuperant.

& inter ſe reconciliantur

Templum Aſcalonis vaſtatur.

ita ut aurum eorum, atque argentum, ob multitudinem, ponderarentur magna libra. ea autem omnia conjecit in ciſtas, & vexit ad Achsjidum. Sed Epiſcopus Tinniſi adijt Scribas quoſdam, in Aegypto, qui intercedentes apud Achsjidum hoc effecerunt, uti pro quinque aureorum millibus ſua illis ſupellex reſtitueretur. itaque de facultatibus eccleſiæ vendiderunt quantum ad ſummam illam conficiendam requirebatur: eamque attulerunt ad Achsjidum. qui cum intellexiſſet Epiſcopū poſſeſsiones illas nimis vili pretio vendidiſſe, ut qui iniquus erat, miſit Tinniſum, petijtq; ab emptoribus id quod juſto pretio deerat; & ſummam aliam ab ijs accepit. Cum itaq; viderent Chriſtiani diſsidia ſua hujus rei cauſam eſſe, pacem fecerunt, & convenerunt in uno templo.

Eodem anno tumultum excitarunt Muſlimi, Aſcalone, atque irruerunt in templum quoddam magnum quod ibi erat, vocatum Templum viride Mairæ, idque deſtruxerunt, & diripuerunt quæcunque in eo erant, opem ijs ad hoc ferentibus Iudæis, qui ligna accenſa rotis in tectum traxerunt; ita ut totum deflagraverit. Epiſcopus autem fugit Ramlam, atque ibi manſit donec obijt.

حتي ان ذهبها وفضتها وزنت بالقبان لكثرتها وعبي القايد جميعها في الاقفاص وتوجه بها الي مصر الي الاخشيد فمضي اسقف تنيس في جماعة الكتاب فتوسطوا الحال مع الاخشيد علي خمسة الف دينار ويعاد اليهم موجودهم فاجاب الي ذلك وباعوا من الوقوف والعمارات التي للكنايس بقية المبلغ وحملوه اليه وبلغ الاخشيد ان الاسقف باع الاملاك بدون قيمتها وكان ظالما فارسل الي تنيس وطالب المشتريين بتفاوت الثمن واخذ منهم جملة اخري فلما علموا ان شقاقهم اوجب هذا اصطلحوا واجتمعوا في كنيسة واحدة ۞

وفي هذه السنة قام المسلمون بعسقلان علي كنيسة بها كبيرة تعرف بكنيسة مريم الخضرا فهدموها ونهبوا جميع ما فيها وعاضدهم اليهود علي ذلك وكان اليهود يشعلون النار في الاحطاب ويجرونها بالبكرات الي السقوف حتي احترقت جميعها وهرب الاسقف الي الرملة واقام بها الي ان مات ۞

CAPVT SECVNDVM.

Vigeſimus primus Abbaſidarum & Chalifa quadrageſimus ſecundus IBRAHIMVS ABV-ISHACVS MOCTAFIS BILLA, f. Muctadiri, f. Mutadidi, fil. Muaffici, fil. Mutewakkeli.

الحادي والعشرين من الخلفاء العباسيين وهو الثاني والاربعون المتقي بالله ابو اسحق ابرهيم بن المقتدر بن المعتضد بن الموفق بن المتوكل *

MATER *ejus genitrix dicta fuit Haluta. Creatus eſt Chalifa eo die quo obijt frater ejus Arradis Billa, die ſcil: decimo ſeptimo Rabij prioris, anni 329: quo tempore regnum adminiſtrabat Iahcamus Turca. neque ceſſit Moctafi quidquam, præter nudum Chalifæ nomen.*

Eodem anno exijt Iahcamus venatum, & occurrit Schythis quibuſdam iter

وامه ام ولد يقال لها حلوت بويع بالخلافة يوم توفي اخوه الراضي بالله لاربع عشرة ليلة بقيت من ربيع الاول سنة تسع وعشرين وثلثماية وتدبير المملكة يومئذ لبحكم التركي وليس للمتقي الا اسم الخلافة ۞

وفي هذه السنة خرج بحكم الي الصيد فلقي قوما من الاكراد ماشيين

فشرة الي اموالهم مستهينا بهم وكانوا
في عدد يسير فهربوا بين يديه فتبعهم
فدار رجل من خلف فطعنه بالرمح
ولا يعرفه فقتله وذلك لسبع بقين من
شهر رجب فكانت مدة امارته
سنتين وثمانية اشهر وتسعة ايام ولما توفي
بحكم فوض المتقي تدبير المملكة
الي كوتلين ثم كتب المتقي الي ابي
بكر بن رايق وهو بالشام يستدعيه
فقدم الي بغداد وفوض اليه تدبير
المملكة وكانت مدة امارة كوتلين
ثمانين يوما ۞

وفي سنة ثلاثين وثلثماية عزم البريديون
علي قصد دار الخلافة والاستيلاء على
بغداد وهولاء قوم كان ابوهم صاحب
البريد وقد تقدم ذكر ابي عبد الله
البريدي الذي تغلب على البصرة
والاهواز في خلافة الراضي فخاف منهم
المتقي وخرج هاربا الي الموصل فتلقاه
الامير سيف الدولة ابو الحسن علي بن
عبد الله بن حمدان الي تكريت
وكان مع المتقي ابو بكر بن رايق
وابو الحسن بن علي بن مقلة فحملهم سيف
الدولة الي الموصل وخدمهم واهدى
لهم الالطاف والاموال والدواب وقام
ناصر الدولة ابو محمد الحسن بن على
بن عبد الله بن حمدان لخدمة المتقي
بالله احسن قيام ولقبه المتقي ناصر
الدولة ولم يكن لقبه قبل ذلك فقال
بعض الشعراء

من كان شرفه فيما مضي لقباء
فناصر الدولة ممن شرف اللقبا *
دعوك ناصرهم لما نصرتهم
واعجز العجم ما حاولت والغرباء *

ثم بعث ناصر الدولة اخاه ابا
الحسن علي الي البريديين فهزمهم عن
بغداد فتحها ثم خرج اليهم وقد
جمعوا جمعا عظيما فقاتلهم وكسرهم
وهزمهم اقبح هزيمة واسر منهم ما ينيف
عن الفين من الديلم فاحسن اليهم وبعث
بهم الي اخيه ناصر الدولة ...... على

facientibus, eorumque opibus inhiavit, parvi eos faciens, quod pauci numero eſſent. illis autem coram eo fugæ ſeſe dantibus, is perſequutus illos eſt. ſed quidam eum circumivit, & ignotùm à tergo haſta transfixit, & occidit, idque die vigeſimo quarto Regjebi; cum imperium tenuiſſet annos duos, menſes octo, & dies novem. Iahcamus occiditur.

Mortuo autem Iahcamo, commiſit Moctafis adminiſtrationem regni Cutelino. ſed poſtea ſcripſit ad Abubecrum f. Raïci, qui in Syria erat, eumque advocavit. cum autem Bagdadum veniſſet, commiſit ei adminiſtrationem regni, cum Cutelinus id jam adminiſtraſſet dies 80. & ſuccedit ei Cutelinus huic autem Abubecrus f. Raïjci.

Anno 330 ſtatuerunt Baridæi adoriri arcem imperialē, & occupare Bagdadum. (Erant autem hi populus oriundus à Præfecto veredariorum. & jam ſupra meminimus Abdallæ Baridæi, qui Baſram & Ahwazum occupavit, imperante Arradi) Ab his cum ſibi timeret Moctafis, fugit, ſeq́ recepit Mauſilum. & occurrit ei Alis Abulhaſenus Saifuddaulas fil. Abdallæ, f. Hamadani, prope Tecritā. comitabantur autem Moctafim Abubecrus f. Raïci, & Abulhaſenus f. Alis f. Muclæ. duxitque eos Saifuddaulas Mauſilum, iiſque miniſtravit, & dedit munera, pecunias & jumenta. Optime quoq; miniſtravit Moctafi Haſenus Abumuhammed Naſiruddaulas f. Abdallæ, f. Hamadani. quà de cauſa & Moctafis eum nominavit Naſiruddaulam: non enim ante habebat hoc cognomen. unde Poëta quidam. Cœpit 25 Septemb. A.C. 941. Baridæorum origo & conatus.

Quem in eo quod præterijt nobilitavit cognomen?
Naſiruddaulas ex ijs eſt quos nobilitavit cognomen.
Vocarunt te Adjutorem ſuum, poſtquam adjuviſti eos.
Inertes facit Barbaros quod animo concipis & exteros.

Deinde miſit Naſiruddaulas fratrem ſuum Alim Abulhaſenum contra Baridæos, quibus Bagdado depulſis, urbem ipſe cepit. Cum a. deinde magnum exercitum collegiſſent, eos oppugnavit, fudit, & turpi fuga fugavit, ac plures quam bis mille Dailamos cepit, quos bene tractavit, & miſit ad fratrem ſuum Naſiruddaulam. Inſurgens autem Naſiruddaulas contra & clades.

Abube

Abubecri cædes.

Abubecrum f. Raïjci eum occîdit & eo ſe apud Moctaſim excuſavit, quod eum non occidiſſet, niſi poſtquam cognoviſſet, quod non amplius bene erga illum affectus eſſet. quam ejus excuſationem Moctaſis accepit. Hinc reverſus eſt Moctaſis Bagdadum, comitante eum Imperatore Naſiruddaula f. Hamadani, cui jam commiſerat adminiſtrationem regni. Cumque victor reverſus eſſet Alis Abulhaſenus, cognominavit eum Moctaſis Saifuddaulam, qua de re Poëta quidam.

ſucceſſor Naſiruddaulas.

Vtique Chalifa non nominavit te gladium ſuum, donec probavit te, & fuiſti acutus gladius.

Cum quieſcit, es margarita coronæ ejus: cum autem obſignat, gemma ſigilli ejus.

Almanſor f. Moctaſis ducit filiam Naſiruddaulæ.

Eodem anno matrimonio junxit Moctaſis filium ſuum Almanſorem cum filia Naſiruddaulæ fil. Hamadani, dotem ei dans centum aureorum, & quingenta ſtaterum millia. qua re & ſe ſtabilivit Naſiruddaulas, & oppreſſit Moctaſim impenſis, ita ut & ſuos, & matris ſuæ agros abalienaverit, totaque Chaliſatus ſumma ad Naſiruddaulam venerit. quod cum vehementer diſpliceret Turcis, abalienati ſunt ab eo, & magna inter eos & illum orta eſt inimicitia.

Cœpit 4 Septemb. A. C. 943.

Buzunus Turca Imperator.

Anno 332 diſceſſit Naſiruddaulas cum fratre ſuo Saifuddaula Bagdado Mauſilam, & imperio Bagdadi potitus eſt Buzunus Turca, cui & Moctaſis commiſit adminiſtrationem regni, nominans eum Imperatorem Imperatorum.

Abutaherus moritur.

Eodem anno obijt Abutaherus Caramita, tres relinquens fratres, Saïdum Abulcaſimum, qui maximus natu erat poſt Abutaherum. Abulabbaſem, qui debili erat corpore, ac multis morbis obnoxius; & Ioſephum Abujacobum, qui deditus erat luſui. at omnes unanimes erant. Habebat autem Abutaherus Conſiliarium è filijs Sjambari; & deinde fratribus ſuis tribus Conſiliarios dedit ſeptem Sjambaritas, ſingulis ſingula dans officia.

Cœpit 24 Augusti. A. C. 944.

Anno trecẽteſimo trigeſimo tertio imperio depoſitus fuit Moctaſis: cũ enim gubernationem regni commiſiſſet Buzuno Turcæ,

اي بكر بن رايق فقتله واعتذر الي المقتفي انني ما قتلته الا لما علمت انه لا يبقي عليك فقبل عذره وعاد المقتفي الي بغداد ومعه الامير ناصر الدولة بن حمدان وقد فوض اليه تدبير المملكة وعاد ابو الحسن علي منصورا فلقبه المقتفي سيف الدولة فقال بعض الشعراء

لن الخليفه لم يسمك سيفه حتي بلاك * فكنت حد الصارم *

فاذا تروح كنت درة تاجه واذا تختم كنت فص الخاتم *

وفي هذة السنة ازوج المقتفي ولده المنصور لابنة ناصر الدولة بن حمدان علي صداق مائة الف دينار وخمسماية الف درهم فتمكن ناصر الدولة لذلك وضيق علي المقتفي في نفقاته وانتزع ضياعه وضياع والدته وصارت امور الخلافة فيها اليه فعظم ذلك علي الاتراك وتنكروا له ووقعت بينهم وبين ناصر الدولة وحشة عظيمة *

وفي سنة اثنين وثلاثين وثلثماية رحل ناصر الدولة واخوه سيف الدولة من بغداد الي الموصل وغلب علي الامر ببغداد بوزون التركي وفوض اليه المقتفي تدبير الممالك وسماه امير الامرا ۞

قال وفي هذه السنة كانت وفاة ابي طاهر القرمطي وخلف ثلاثة اخوة ابا القاسم سعيد وهو كبيرهم بعد ابي طاهر وابا العباس وكان ضعيف البدن كثير الامراض وابا يعقوب يوسف وكان مقبلا علي اللعب الا انهم كانوا علي كلمة واحدة وكان لابي طاهر وزير من بني شنبر ثم من بعده وزر لاخوة الثلاثة سبعة من بني شنبر كلهم علي تدبير دعوتهم . ۞

وفي سنة ثلاث وثلاثين وثلثماية خلع المقتفي لانه كان فوض تدبير الممالك لبوزون التركي

ثم وقعت بينه وبين المتقي وحشة فخرج
المتقي من بغداد الى الموصل مغاضبا
له وطالبا من الانصار نصرته عليه
واستدعي بني حمدان من اماكنهم
لحرب بوزون فاجتمعوا وجيشوا الجيوش
وقصدوا بغداد وخرج بوزون التركي
والتقي بني حمدان فانهزم بنوا حمدان
وانكسروا واخذ ناصر الدولة وسيف
الدولة المتقي معهم الى الموصل فاقام
معهما وخلع عليهما ثم عاد المتقي
الي الرقه وكاتبه بوزون في العوده
الي بغداد فامتنع ثم ظهر له من بني
حمدان تضجر منه فبعث الى بوزون
يطلب الصلح فقابله بوزون بانم
رغبه فبعث المتقي من يستحلفه وقدم
الاخشيد صاحب مصر في المحرم من
هذه السنة الى الرقه وسال المتقي
ان يسير معه الي مصر فابا فاشار عليه
بالمقام مكانه ويمده بالمال فاتي الى
بغداد فاستقبله بوزون وقبل الارض
بين يديه وركب وسار معه ونزل
هو وحرمه في مضارب بوزون وانفذ
بوزون فاحضر عبد الله المكتفي
فبايع له بالخلافة ولقبه المكتفي
بالله وسلم له ابن عمه المتقي فاخرجه
وسمل عينيه وشهد علي نفسه بالخلع
وذلك يوم السبت لعشر بقين من صفر
فكانت مدة خلافته ثلاث سنين
واحد عشر شهرا ولم يزل باقيا الى
شعبان سنة سبع وخمسين وثلثماية
توفي فيها وعمره ستين سنة * سيرته
كان رجلا صالحا الا انه كان
مغلوبا على امره من اول دولته استبدا
الامرا بتدبير الخليفة وغلبوا علي الامر
كله ولم يبق للخليفة الا الاسم ونقش
اسمه علي الدراهم والدنانير والدعا
علي المنابر وكل اقليم فيه ملك
يستبد بتدبيره * حجابه سلامه

inimicitia inter eum & Buzunum eſt orta: abijtque Moctaſis illi iratus Bagdado Mauſilum, petens ab amicis auxilium adverſus eum; & advocavit filios Hamadani, ex locis eorum, ad oppugnandum Buzunum. Hi autem cum conveniſſent, collectis copijs, contenderunt Bagdadum. ſed egreſſus Buzunus Turca occurrit filijs Hamadani, qui fuſi ſunt, & in fugam verſi. Cæterum Naſiruddaulas & Saifuddaulas abduxerunt Moctaſim Mauſilum, atque ibi apud eos manſit, & dignitatis veſte eos induit. Hinc reverſus eſt Racam, ſcripſitque ad eum Buzunus, uti reverteretur Bagdadum; id quod recuſavit. At cum deinde animadvertiſſet filios Hamadani faſtidio ejus teneri, miſit ad Buzunum, pacem ab eo petens. hic autem eum avidiſſime excepit, cum Moctaſis jam miſiſſet qui eum adjuraret. Venerat autem Achsjidus Princeps Aegypti menſe Muharramo hujus anni Racam, & Moctaſim rogaverat, ut ſecum iret in Aegyptum; quod cum recuſaſſet, ſuaſerat ei, uti eo in loco maneret, ſe pecunia eum adjuturum eſſe. Sed is Bagdadum abijt, & occurrit ei Buzunus, qui & terram coram eo oſculatus eſt. hinc conſcendit, & abijt cum eo, atque diverſatus eſt cum comitatu ſuo in tentorijs Buzuni; qui miſit atque accerſivit Abdallam Muſtacfim, eumque creavit Chalifam & cognominavit Muſtacfim Billa, tradiditque ei filium patrui ejus Moctaſim, quem eductum oculis orbavit, & Chalifatum deponere coëgit, idque die Sabbathi, vigeſimo Safari, cum Chalifatum tenuiſſet annos tres, & menſes undecim. ſuperſtes autem fuit uſque ad Sjaabanum anni trecenteſimi quinquageſimi ſeptimi, quo obijt, annos natus ſexaginta. Naturam ejus quod attinet. vir bonus fuit, ſed poteſtate omni imperij penitus orbatus. cœperant enim jam ab initio dignitatis ejus Imperatores gubernare Chaliſam, totumque imperium occupare, ita ut nihil ei relictum fuerit præter titulum, & quod nomen ejus imprimeretur ſtateribus, & aureis, quodque orationes conciperet, in ſuggeſtis. in ſingulis enim provincijs Reges erant, gubernationem omnem ſibi adſumentes. Ianitores ejus fuerunt Salamas ſervus

Moctaſis confugit ad Naſiruddaulam & Saifuddaulã.

ab Achsjido invitatur in Aegyptum.

ad Buzunum redit.

Imperio deponitur.

moritur.

Ejus natura.

Officiales.

ſervus Hamaruja, deinde Bederus Gjerſanæus, hinc Ahmed fil. Chacani.

Imperium.

Chronologus ait Chalifatum ejus expiraviſſe die Sabbathi, elapſis annis Hegiræ 332, & diebus 50: annis autem ſolaribus mundi 6436, & diebus 45.

Annonæ caritas.

Quod ad ea attinet quæ Chriſtianorum hiſtoriæ narrant ejus tempore accidiſſe. inter cætera hoc eſt. quod anno 329 magna fuerit annonæ caritas, ita ut penitus homines defecerit cibus, & fames mirum in modum eos afflixerit. hanc autem annonæ caritatem ſequutam eſſe peſtem, quæ duravit ad initium uſque anni 330. Quin & idem accidit Bagdadi ita ut populus furfures & fœnum comederit, & tanta fuerit mortuorum multitudo, ut complures una in foſſa fuerint ſepulti, ſine oratione, atque ablutione. Supellex autem omnis tam vili erat pretio, ut quod aureum valebat, ſtatere uno veniret.

Ruſſæ Conſtantinopolin oppugnant.

Atque hoc anno, ſcilicet 329, oppugnarunt Ruſſæ Conſtantinopolin, ſed reſtiterunt ijs Romani, qui perſequuti eos ſunt, & in regionem ſuam ſe recipere coëgerunt.

Romanorum victoriæ de Saracenis.

Anno 331 venerunt copiæ Romanorum in Diarbecram, omniaque cæde, & incendio vaſtaverunt, ac multos captivos avexerunt. ceperunt quoque Arzanam & Daram, incolaſque occiderunt. hinc Naſibinum pervenerunt: & Ruhâ

Mantile Chriſti.

petierunt mantile illud quo Dominus Chriſtus faciem ſuam honorabilem abſterſerat, miſeratque ad Abgarum Regem nigrum Ruhæ; & obtulerunt pro eo Muſlimis dimiſſionem omnium captivorum Muſlimicorum, qui in manibus eorum erant: atque ea de re ſcripſerunt ad Moctafim; qui juſſit Conſiliarium Iudices omnes & Nobiles convocare, ut audiret quid ea in re cenſerent eſſe faciendum. Eorum autem quidam dixerunt quod id dare Romanis probroſum foret & indecorum Muſlimis. alij autem dixerunt redemptionem Muſlimorum captivorum è manibus Romanorum, quæ eo mantili fieret, bonam atque laudabilem fore. itaque inter eos convenit ut id Romanis darent, & captivos liberarent. id quod fecerunt.

مولاخمارويه ثم بدر الجرسي ثم احمد بن خاقان ۞

قال المورخ ان انقضاء خلافته كان يوم السبت لسنة ثلثماية اثنين وثلاثين سنة وخمسين يوما للهجرة ولتمام ستة الف واربعماية ستة وثلاثين سنة وخمسة واربعين يوما شمسية للعالم ۞

والذي ورد تواريخ النصاري من الحوادث في ايامه من جملتها ماحدث في شهور سنة تسع وعشرين وثلثماية من الغلا في ان عدم الناس القوت جمله ولحق الناس من الجوع شدايد عظيمة وتبعه وبا ولم يزل الامر كذلك الي ان دخلت سنة ثلاثين وثلثماية * قال وحدث ايضا ببغداد مثل ذلك واكل الناس بها النخالة والحشايش وكثر الموت وصار يدفن جماعة في قبر واحد بغير صلاة ولا غسل ورخص العقار والقماش حتي ابتاع ما قيمته دينار بدرهم واحد ۞

وفي هذه السنة وهي سنة تسع وعشرين وثلثماية غزا الروس القسطنطينية وقاتلهم الروم وطردوهم وانهزموا في بلادهم ۞

وفي سنة احدي وثلاثين وثلثماية وافت جيوش الروم الي ديار بكر واخربوا واحرقوا وقتلوا وسبوا خلقا كثيرا وفتحوا ارزن ودارا واحرقوا عامة بلادها وبلغوا نصيبين والتمسوا من الرها المنديل الذي كان السيد المسيح مسح بها وجهه الكريم وسيره الي الابجر ملك الرها الاسود وبذل الروم لهم بها اطلاق جميع الاسري المسلمين الذين في ايديهم وكاتبوا المتقي في ذلك فامر الوزير ان يجمع للقضاة ووجوه الدولة ويسمع ماعندهم في ذلك فمنهم من قال ان اعطاه للروم غضاضة في حق الاسلام ومنهم من قال ان استنقاذ المسلمين الاسري من يد الروم بهذا المنديل مصلحة فاتفق رايهم علي اعطايهم المنديل وخلاص الاسري ففعلوا ذلك

فاخذ الروم المنديل واطلقوا جميع
الاسري المسلمين وكانوا خلقا كثيرا
وحملوا الروم المنديل الي القسطنطينية
ودخلوا به اليها في اليوم الخامس
عشر من اب وخرج البطرك والملوك
والبطاريق والكهنة واستقبلوه
بالاناجيل والشموع وجعلوه في الكنيسة
العظما اجيا صافيا وهو الي الان بها ۞
وفي سنة اثني وثلثين وثلثماية خرجت
الروم دفعة اخري ودخلوا راس العين يوم
الثلثا ثاني عشر ربيع الاول من هذه السنة
واقاموا بها يومين وقتلوا ونهبوا وسبوا
منها الف نفس وانصرفوا الي بلادهم ۞

acceperunt enim Romani mantile, & dimiſerunt omnes Muſlimos captivos qui plurimi erant. Tulerunt autem id Conſtantinopolin, quam cum eo ingreſſi ſunt die Iovis, decimo menſis Abi. & egreſſi Patriarcha, Reges, Epiſcopi, & ſacerdotes ei occurrerunt, cum euangelijs & facibus, & collocarunt illud in templum Hagiæ Sophiæ, ubi etiam nunc extat.

Anno 332 egreſſi ſecundo Romani, ingreſſi ſunt Raſulainum, die Martis duodecimo Rabij prioris hujus anni: manſeruntque in eo biduum, occidentes ac ſpoliantes; & mille perſonas in ſervitutem abducentes, in regionem ſuam reverſi ſunt. Romanorum ſpolia.

CAPUT TERTIUM.

الثاني والعشرين من الخلفاء العباسيين
وهو الثالث والاربعين المستكفي
بالله ابو القاسم عبد الله بن
المكتفي بن المعتضد
بن الموفق *

Vigeſimus ſecundus Abbaſidarum, & Chalifa trigeſimus quartus, ABDALLA ABULCASIMUS MUSTACFIS BILLA f. Muctafis, f. Mutadidi, f. Muaffici.

امه ام ولد يقال لها غصن
بويع له بالخلافة يوم خلع
بن عمه المكتفي وذلك يوم
السبت لعشر بقين من
صفر سنة ثلاث وثلاثين وثلثماية للهجرة
ولما ولي الخلافة خلع على بوزون
التركي وفوض اليه تدبير الممالك
ولقب المستكفي نفسه امام الحق
وضرب ذلك على الدنانير والدراهم
وخطب له على المنابر ۞
وفي هذه السنه سار الامير سيف
الدولة علي بن حمدان الي حلب فملكها
في شهر ربيع الاول وكان متوليها
رجل يقال له باس المونسي من قبل
الاخشيد محمد بن طغج صاحب مصر
والشام ولما ملك سيف الدولة ......
بابرهيم العقلي في جماعة من اصحابه
فادركوه في قريه تسمي بداريج
بين سرمين والمعرة ونهبوا عياله
وكلمن معه وهرب بنفسه *

MATER ejus genitrix dicta fuit Gaſna. Creatus fuit Chalifa eo die quo imperio depoſitus fuit filius patrui ejus Muctafis, id eſt die Sabbathi, vigeſimo Safari anni 333. Chalifatui autem præfectus dignitatis veſte induit Buzunum Turcam, & commiſit ei gubernationem regnorum. Muſtacfis autem ipſum ſe appellavit Principem æquitatis, & cudit illud ſuper aureis & ſtateribus; ac oravit ipſe in ſuggeſtis. Buzunus Gubernator.

Eodem anno abijt Imperator Alis Saifuddaulas f. Hamadani Halebum, idque occupavit, menſe Rabio priori, cum ei præeſſet, nomine Muhammedis Achsjidi f. Taagi Principis Aegypti & Syriæ, vir quidam dictus Baſenus Maunaſæus. Cumque imperaret Saifuddaulas, perſequutus eſt Ibrahimum Acalæum, cum militibus aliquot ſuis, qui aſſequuti eum ſunt in pago quodam dicto Badarigo, inter Serminum & Maarram, & ſpoliarunt ſocios ejus, & quicunq; cum eo erant, ipſo elapſo. Saifuddaulas capit Halebum.

Cæterum

Cæterum Saifuddaulas antequam poſſideret Halebum, habebat Maijafarikinam & Diarbecram, quæ dono ei dederat frater ejus Naſiruddaulas, anno 323, ſicuti ante commemoravimus. Deinde autem abijt Damaſcum, quæ in manibus erat Præfectorum Achsjidi, eamque cepit, & ſubjugavit. Cumque die quodam veheretur in Gutam, comitante eum Nobili Afifæo, dixit Nobili, Guta hæc non convenit niſi uni homini: ille autem cum reſpondiſſet, Atque multi eam populi incolunt, Saifuddaulas dixit, Si eam occupent Gubernatores, aut ſubjugent Præfecti, deſerent eam incolæ ejus. quæ ejus verba Nobilis apud ſe reſervavit, & indicavit civibus Damaſcenis. Hi autem ilico ſcripſerunt ad Achsjidum, uti ad eos veniret. Caſuri bellum cum Saifuddaula. *Itaque Aegypto egreſſus eſt, cum magno exercitu, cui præfecit Caſurum Achsjidæum, qui cum ad Damaſcum veniſſet, egreſſus ei obviam eſt Saifuddaulas, & uterque è regione alterius caſtra metatus eſt. Facto autem die Veneris, dixerunt milites Saifuddaulæ, Non licet hoc die pugnare; & diſperſi ſunt per agros, quærentes pabulum jumentis ſuis, ita ut deſererentur Saifuddaulæ caſtra à majore militum ejus parte.* Saifuddaulas fugit, *quod cum cognoviſſet Caſurus, conſcendit, obruturus Saifuddaulam: qui non ante id animadvertit, quam primi exercitus Aegyptiaci milites exercitui ejus commixti eſſent: itaq; conſcendens, cum paucis militibus ſuis, turpiſſime fugit; & nactus eſt Caſurus omnia impedimenta ejus, atque opes. Saifuddaulas autem cum Emiſſam perveniſſet, eam obſedit: ſed perſequutus eum eſt Caſurus, cum copijs ſuis; unde migravit Ruſtenum, & tranſijt Hamatam. ſed & Ruſtenum verſus perſequutus eum eſt Caſurus. at reverſus ad eum eſt Saifuddaulas, prælio cum eo conflicturus; & concurrerunt ad declivitatem montis Ruſteni: atq; in fugam verſus eſt Caſurus:* in fugam vertit Caſurum. *cujus milites cum ſeſe comprimerent ſuper ponte Ruſteni, bona eorum pars in fluvium Aſim dictum delapſa eſt, & ſuffocata. Saifuddaulas autem circiter quatuor eorum cepit millia; atque omnibus*

وكان سيف الدولة قبل تملكه حلب بيده ميافارقين وديار بكر انعم عليه بذلك ناصر الدولة اخوه في سنة ثلاث وعشرين وثلثماية وقد ذكرناه اولا * ثم ان سيف الدولة سار الى دمشق وهي بيد نواب الاخشيد فملكها واستولى عليها وركب يوما الى الغوطة ومعه الشريف العقيقي يسايره فقال سيف الدولة للشريف ما تصلح هذه الغوطة الا لرجل واحد فقال له الشريف العقيقي انها لاقوام كثيرة فقال سيف الدولة ان اخذتها النواب واستولى عليها الدواوين لتبرى عنها اهلها واسرها الشريف العقيقي في نفسه وعرف بها اهل دمشق فكاتبوا الاخشيد ليأتي اليهم فسار من مصر في جيش عظيم وعلى تقدمته كافور الاخشيدي فوافا كافور دمشق وخرج سيف الدولة للقاية وخيم كل واحد منهم بازا صاحبه وجاء يوم الجمعة فقال اصحاب سيف الدولة هذا يوم لا يحل فيه القتال وتفرقوا في الضياع يطلبون العلوفة لدوابهم فخلا معسكر سيف الدولة من اكثر اصحابه وعلم كافور بذلك فركب للبس سيف الدولة فلم يشعر سيف الدولة الا واوايل العسكر المصري قد خالطه فركب في عسكر قليل من اصحابه فانهزم اقبح هزيمة واستولى كافور الاخشيدي على جميع اثقاله وامواله ووصل سيف الدولة الى حمص فنزلها وتبعه كافور الاخشيدي بالجيوش فرحل سيف الدولة الى الرستن وعبر صوب حماة وتبعه كافور الى الرستن فرجع سيف الدولة اليه ليقاتله فالتقوا عند عقبة الرستن فانهزم كافور الاخشيدي وازدحم اصحابه على جسر الرستن فسقط منهم جماعة في النهر المعروف بالعاصي فغرقوا واسر منهم سيف الدولة نحو من اربعة الف نفس واحتوى على جميع

impedi-

انقال كافور الاخشيدي ومضي
كافور منهزما الي حمص ثم الي دمشق
واطلق سيف الدولة جميع الاسري
ورجع الي حلب فلما بلغ الاخشيد
ان سيف الدولة بن حمدان قد كسر
عسكره وهزمه سار بجموعه حتي اتي
الي المعرة فبعث سيف الدولة سواده
وامواله واهله الي الجزيرة وخرج الي
لقا الاخشيد علي قنسرين وجعل الاخشيد
يطارده وطبوله وبوقاته في مقدمته
وانتقي من عسكره قريبا من عشرة الف
وسماهم الصابرية ووقف بهم في الساقة
فحمل سيف الدولة علي مقدمة الاخشيد
فانهزمت المقدمة والمطارد وملكها
واستولي علي جملة من سوادهم ودخل
الاخشيد الصابرية التي معه فاستخلص
سواده وانفصل الفريقان وعاد سيف
الدولة الي حلب ثم مضي الي منبج وقطع
الجسر ومضي الي الجزيره ومضي
الاخشيد الي الرقة فتوجه سيف الدولة
الي الرقة ونزل في مقابلة الاخشيد
والفرات بينهما وجري بينهما مراسلات
اخرها ان تقرر الامر بينهما علي ان
يكون لسيف الدولة حلب وحمص
وما بينهما ويكون للاخشيد من
حدود حمص الي اقصي العرب وحفروا
بين جوشنة واللبوة خندقا وجعلوه
فاصلا بين المملكتين وتزوج سيف
الدوله بنت الاخشيد ثم سار الاخشيد
الي مصر وعاد سيف الدولة الي
حلب ۞

قال وفي سنة اربع وثلاثين وثلثماية
كان استلا معز الدولة بن بويه علي
بغداد وكنا ذكرنا امر بني بويه
في حوادث سنه اثني وعشرين وثلثماية
وما كان من استلايهم علي بلاد
فارس ثم ان ذكرنا ان معز الدولة
احمد بن بويه غلب علي الاهواز في
سنة ست وعشرين وثلثماية ولما
كانت هذه السنة قدم معز الدولة الي
بغداد فاستتر المكتفي بالله خوفا منه

impedimentis Caſuri eſt potitus. Caſurus fugiens Emiſſam petijt, deinde Damaſcum. ac Saifuddaulas, captivis omnibus dimiſsis, reverſus eſt Halebum. Cum autem cognoviſſet Achsjidus Saifuddaulam f. Hamadani fudiſſe atque fugaviſſe exercitum ejus, abijt cum copijs ſuis, donec venit Maarram. & Saifuddaulas divitijs ſuis, opibus, atque domeſticis in Meſopotamiam miſsis, proceſsit Achsjido obviam, ad Kinnaſrinam. Achsjidus autem perſequutus eum eſt, poſitis in prima acie tympaniſtis, & buccinatoribus. atque elegit ex exercitu ſuo circiter decem mille milites, quos robur *nominavit atque in his ipſe ſtetit in poſtrema acie. Hinc Saifuddaulas impetum fecit in primam aciem Achsjidi, eamque in fugam verſam perſequutus eſt, & profligavit, ac bona divitiarum ejus parte eſt potitus. Cæterum Achsjidus ingreſſus eſt in Robur, quod ei aderat, & divitijs ſuis conſuluit. Atque ita dirempti ſunt exercitus, & abijt Saifuddaulas Halebum, deinde Mambagum, & hinc, ſublato ponte, in Meſopotamiam. At cum Achsjidus abijſſet Racam, eodem quoque contendit Saifuddaulas, & caſtra è regione ejus metatus eſt, interjecto inter eos Euphrate. Hinc alter ad alterum ſcripſit, & tandem compoſitum eſt inter eos negotium, ea lege ut Saifuddaulas poſsideret Halebum, & Emiſſam, quæq; inter ea jacent; Achsjidus autem quidquid à finibus Emiſſæ eſt, ad fines uſque Arabiæ. foderuntque foſſam inter Gjausjanam & Labwam, & eam utriusq; regni conſtituerũt limitem. ac duxit Saifuddaulas filiam Achsjidi. Deinde Achsjidus abijt in Aegyptum, & Saifuddaulas reverſus eſt Halebum.*

Achsjidus ipſe bellum gerit cum Saifuddaula.

Saifuddaulæ victoria.

Achsjidus cum Saifuddaula pacem facit.

Anno 334 potitus eſt Muazzudaulas f. Bojæ Bagdado. Filiorum autem Bojæ negotia commemoravimus cum ageremus de anno 322, diximuſque eos occupaſſe Perſiam. & deinde, Ahmedem Muazzuddaulam fil. Bojæ ſubjugaviſſe Ahwazam, anno 326. Cum autẽ hic ageretur annus contendit Muazzuddaulas Bagdadũ, & Muctafis, ejus metu, ſe abſcondidit:

Cœpit 13 Auguſti. A.C. 945.

Muazzuddaulas capit Bagdadum.

in

Muazzuddaulæ dignitas.

ac major Turcarum pars Mauſilum verſus fugit. Deinde miſit Muſtacfis ad Muazzuddaulam dona atque munera: & accedens Muazzuddaulas, diu apud eum manſit, ſumpſitque ab eo Muſtacfis juramentum fidelitatis, & magno eum jurejurando obſtrinxit. Dignitatis quoque veſtem ei induit, & torquem, atque armillas. conceſſit ei etiam poſteriorem aulæ ſuæ partem: deditque ei vexillum: & nomen ejus monetæ impreſſit; ac juſſit eum orare pro ſe, in ſuggeſtis; & nomen ei impoſuit Muazzudaulæ. fratrem autem ejus Alim Abulhaſenum, qui maximus eorum natu erat, vocavit Amaduddaulam; & Abualim, qui medius eorum erat, Rucnuddaulam. Muazzuddaulas autem minimus natu erat.

Muſtacfis deponitur.

Eodem anno imperio depoſitus fuit Muſtacfis. Cum enim Muazzuddaulas exitio ejus ſtuderet, ingreſſus ad Muſtacfim, terram coram eo eſt oſculatus, poſitaque ei eſt ſedes, cui inſedit. Deinde ingreſſi duo Dailami manus ſuas extenderunt ad Muſtacfim; qui cum putaret illos manum ejus oſculari velle, eam illis porrexit. ſed illi de lecto eum detraxerunt, & inſtitam ei de capite ſuſtulerunt. hinc portatus eſt in ædes Muazzudaulæ, qui in vincula eum conjecit, oculis orbavit, & imperio depoſuit. ac direpta fuit aula imperialis, ita ut nihil in ea relictum fuerit, idque vigeſimo ſecundo Gjumadæ poſterioris, cum imperium tenuiſſet annum unum, menſes quatuor, & dies duos, Moritur. *Obijt autem in aula imperiali, anno Hegiræ 338, annos natus quadraginta, & aliquot menſes. Cæterum ceſſavit Chalifatus ejus, cum elapſi eſſent anni Hegiræ 333, menſes 5 & dies 22: anni autem ſolares mundi 6437, menſes quinque, & dies quatuor.*

Romanus Imperator deponitur.

Quod autem ad ea attinet, ait Chronologus, quæ Chriſtianorum narrant Hiſtoriæ. referunt Conſtantinum & Stephanum filios Romani, Imperatoris Romanorum, patrem ſuum imperio depoſuiſſe, die Lunæ, decimo ſexto Canonis prioris, anno 1256 Alexandri, qui incidit in 26 Rabij poſterioris anni Hegiræ 333.

وانهزم اكثر الاتراك الي جهة الموصل
ثم بعث المكتفي بالله الي معز
الدولة الطافا وهدايا ووصل
معز الدولة ووقف بين يديه طويلا
ثم اخذ منه البيعة له واستحلفه باعظم
الايمان وخلع عليه وطوقه وسوره
وفوض اليه ما ورا بابه وعقد له
لوا وضرب السكة باسمه وامر ان
يخطب له على المنابر ولقبه معز
الدولة ولقب اخاه الحسن ابا علي عماد
الدولة وهو اكبرهم ولقب ابا علي
ركن الدولة وهو اوسطهم وكان
معز الدولة اصغرهم سنا ۞
قال وفي هذه السنة خلع المستكفي
وذلك ان معز الدولة دبر علي هلاكه
فدخل علي المستكفي وقبل الارض بين
يديه وطرح له كرسي وجلس عليه
وتقدم رجلان من الديلم فمدا ايديهما
الي المستكفي فظن انهما يريدان
يقبلان يده فناولهما يده فجذباه
من السرير ووضعا عمامته في عنقه وحمل
الي دار معز الدولة راجلا فاعتقله
وسمل عينيه وخلعه ونهب دار الخلافة
حتي لم يبق فيها شيء وذلك لثمان
بقين من جمادي الاخرة فكانت مدة
خلافته سنة واحدة واربعة اشهر ويومين
وتوفي في دار السلطان سنة ثمان
وثلاثين وثلثماية وعمره اربعين سنة
واشهر ونقضت خلافته لتمام ثلثماية ثلثة
وثلثين سنة وخمسة اشهر وعشرين يوما
للهجرة ولتمة ستة الف واربع ماية سبع
وثلاثين سنة وخمسة اشهر واربعة ايام
شمسية للعالم ۞
قال المورخ والذي ورد تواريخ
النصارى ان قسطنطين واصطفان
ولدي رومانوس ملك الروم خلعا
اباهما من المملكة يوم الاثنين
السادس عشر من كانون الاول سنة
الف ومايتي ستة وخمسين للاسكندر
موافق لاربع بقين من شهر ربيع الاخر
سنة ثلاث وثلاثين وثلثماية للهجرة

ثم اخرجاه وسيراه في مركب الي الجزيرة المعروفة بالابروي وترهباه فيها وكانت مملكته ستة وعشرين سنة وكان شيخا كبيرا وصير قسطنطين واخوه صهرهما برداس القفاس دمستقا وهو قايد الجيوش والعساكر وبعد احد واربعين يوما من مملكهما احتال صهرهما الدمستق عليهما وقبضهما ونفاهما الي بعض الجزاير في السابع والعشرين من كانون الثاني الموافق للسابع من جمادي الاخرة سنة ثلاث وثلثين وثلثماية وكانت مدة تملكهما بعد نفي ابيهما احد واربعين يوما واستولي الدمستق علي المملكة وتسمي قسطنطين فاجتمع البطرك توفيلس بالبطريك بوافيس البراكموس واتفقا علي خلع قسطنطين الدمستق واعادة رومانوس الشيخ المنفي الي المملكة وكانا يتوقعان وقتا لذلك فاتصل الخبر بقسطنطين الملك فنفي البطرك وضرب من وافق علي ذلك ضربا شديدا وحلق شعورهم ونفاهم عن المدينة ۞

وفي كانون الاول سنة الف وماييي تسعة وخمسين للاسكندر عمل قوم علي اخراج الاصطفان من الجزيرة التي هو منفي فيها واعادته الي الملك فانتهي ذلك الي قسطنطين الملك فقبض عليهم وقطع اذان بعض وضرب بعضا واشهرهم في المدينة واما قسطنطين بن رومانس الملك المنفي فانه عزم علي العصيان بالجزيرة التي كان منفيا فيها والتمس من المتوكل به الموافقة علي ذلك فقتلوه ومات رومانس الشيخ بالجزيرة في خامس وعشرين تموز سنة الف ومايتي تسعة وخمسين للاسكندر الموافق للرابع عشر من المحرم سنة سبع وثلاثين وثلثماية ۞

Hinc eum ejecerunt, & navi miſerunt in inſulam dictam Abruim, ac in monachum relegarunt; cum imperaſſet annos 26, & decrepita jam ſenectute eſſet. Conſtantinus autem & frater ejus ſocerum ſuum Bardam Caſam conſtituerunt Domeſticum, id eſt Ducem copiarum omnium, & exercituum. cumque jam dies unum & quadraginta imperaſſent, inſidiatus iis eſt Domeſticus ſocer eorum, eoſque prehendit, & in inſulam quandam relegavit, die 27 Canonis poſterioris, qui incidit in diem ſeptimum Gjumadæ poſterioris, anni Hegiræ 333; cum poſt ejectionem patris ſui imperium tenuiſſent dies 41. atque ita Domeſticus imperio potitus eſt, qui & Conſtantinus nominari voluit. Sed Patriarcha Theophilus convenit Epiſcopum Bauaphiſum, & conſenſerunt de depoſitione Conſtantini Domeſtici, & reductione Romani ſenis ejecti ad imperium, & ad id præſtandum occaſionem exſpectarunt. quod cum ſuboleviſſet Conſtantino Imperatori; in exilium miſit Patriarcham, & conſpirationis ſocios vehementer verberatos totundit, & urbe ejecit.

Conſtantinus & Stephanus.

Conſtantinus Domeſticus.

In Canone autem priori anni Alexandri milleſimi ducenteſimi quinquageſimi noni, ſtuduerunt quidam educere Stephanum ex inſula in quam relegatus erat, & ad imperium reducere. Verum Conſtantinus Imperator cum id intellexiſſet, eos prehendit, alioſque eorum auribus privavit, & alios verberavit, ac dedecore per urbem affecit. Conſtantinus quoque fil. Romani Imperatoris in exilium miſſus in inſulas, in quam deportatus erat, ſtuduit rebellare, atque ab eo qui cuſtodiæ ejus præfectus erat, aſſenſum eo in negotio petiit: ſed occiſus fuit. Romanus autem ſenex obiit in inſula, vigeſimo quinto Tammuzi, anno Alexandri milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono: qui incidit in decimum quartum Muharrami anni Hegiræ 337.

Imperat. Roman. obitus.

CAPUT

CAPVT QVARTVM.

Vigeſimus tertius Abbaſidarum, & Chalifa quadrageſimus quartus FADLVS ABVLCASIMVS, aut ut alij malunt, ABVLABBAS, MVTIVS LILLA, f. Muctadiri, f. Mutadidi, f. Muaffici, f. Mutewakkeli.

MATER *ejus genitrix nomen habuit Maſalæ. Creatus fuit Chaliſa eodem die quo patruelis ejus Muſtacſis depoſitus fuit, id eſt die 22 Gjumadæ poſterioris, anni Hegiræ 334. quo imperium adminiſtrabat Ahmed Muazzuddaulas f. Bojæ, Dailamus.*

Bellum Naſirudd. cum Muazzudd. *Eodem anno contendit Imperator Haſenus Naſiruddaulas f. Abdallæ f. Hamadani Bagdadum, oppugnatum Imperatorem Muazzuddaulam f. Bojæ: & multis ab ijs commiſſis prælijs, tandem Naſiruddaulas ingreſſus eſt urbem, & obtinuit regionem ejus Orientalem, Muazzudaula tenente Occidentalem.* fugit Naſiruddaulas. *cumque bello ſe mutuo peterent, tandem fugit Naſiruddaulas, & ceſſit imperium Muazzuddaulæ f. Bojæ.*

Buzunus moritur. *Eodem anno vita exceſſit Buzunus depoſitor Moctafis, die vigeſimo tertio Muharrami: ante ſcilicet quam Muazzuddaulas ingrederetur Bagdadum.*

Achsjidi obitus. *Eodem quoque anno vita defunctus eſt Abubecrus Achſjidus f. Taagi, Rex Ægypti & Syriæ, die 22 Dulhiggiæ, anni* Natura. *334. obijt autem Damaſci. Ad naturam ejus quod attinet. Rex fuit fortis, atque ſtrenuus, & bellis ſuis invigilans. Arradis Billa autem cognominavit eum Achſjidum, propterea quod Farganus erat: Reges autem Fargani cognominabantur nomine Achſjidi; ſicuti Reges Romanorum Cæſar, & Perſarum Caſroës appel*-Potentia. *lantur. Ajunt numerum militum ejus fuiſſe quatuor centena millia. Mamlucorum autem millia habebat octo, quorum ſingula miniſterio ejus deſtinata erant, eique excubabant ſingulos dies. Nihilominus tamen non dormiebat noctu in eodem ſemper loco. cumque in caſtris eſſet*

الثالث والعشرين من الخلفاء العباسيين وهو الرابع والاربعين المطيع لله ابو القاسم وقيل ابو العباس الفضل بن المقتدر بن المعتضد بن الموفق بن المتوكل *

وامه ام ولد يقال لها مسعلة بويع له بالخلافة يوم خلع ابن عمه المستكفي وذلك لثمان بقين من جمادي الاخرة سنة اربع وثلاثين ثلثماية وتدبير الممالك الي الامير معز الدولة احمد بن بويه الديلمي ۞

وفي هذه السنة قصد الامير ناصر الدولة الحسن بن عبد الله بن حمدان بغداد لمحاربة الامير معز الدولة بن بويه فجرت بينهما حروب اخرها ان ناصر الدولة دخل بغداد وملك الجانب الشرقي وملك معز الدولة الجانب الغربي ثم تحاربا فانهزم ناصر الدولة واستتب الامر لمعز الدولة بن بويه ۞

وفي هذه السنة توفي بوزون خالع المكتفي وذلك لثمان بقين من المحرم قبل دخول معز الدولة بغداد ۞

وفي هذه السنة توفي الاخشيد ابو بكر بن طغج صاحب مصر والشام لثمان بقين من ذي الحجة سنة اربع وثلاثين وثلثماية وكانت وفاته بدمشق وسيرته كان ملكا شجاعا مقدما متيقظا في حروبه وكان الراضي بالله لقبه الاخشيد وانما لقبه بذلك لانه فرغاني وكل من ملك فرغانة لقب بالاخشيد كما يسما ملك الروم قيصر وملك الفرس كسري ويقال كانت عدة عسكره اربعماية الف وكان له ثمانية الف مملوك كل الف منهم ملازمون خدمته ويحرسونه يوما وليلة ومع ذلك ما كان ينام الليل في موضع واحد واذا كان في الخيام

لاينام في خيمة بل يخرج في الليل
وينام في خيمة اخري بحيث لا يعلم به
احد من خواصه كل ذلك خوفا علي نفسه
ولما توفي الاخشيد تولي الملك بعده ابو
حور محمد ولده وتفسير ابو حور محمود
وقام بالملك وتدبيره كافور الحصي
خادم ابيه فانه كان مستولي عليه
وعلي تدبير المملكة وكان كافور
شديد السواد بصاصا وكان الاخشيد
قد اشتراه بثمانية عشر دينار فقدر الله
تعالي ملكه الديار المصرية ودمشق
وبلادها وهو الذي امتدحه ابو
الطيب المتنبي بالقصايد المشهورة التي
من جملتها القصيدة التي اولها

كفي بك دا ان تري الموت شافيا
وحسب المنايا ان تكون امانيا *

ويقول فيها

قواصد كافور توارك غيره ومن
ورد البحر استقل السواقيا *

وفي هذه السنة توفي القايم بامر الله
ابو القاسم محمد بن المهدي صاحب
القيروان وذلك في اخر شوال فكانت
مدة مملكته اثني عشر سنة وسبعة اشهر
وكان عمره ثمان وخمسين سنه وبويع
بالخلافة لولده المنصور بالله ابي طاهر
اسمعيل وكان خطيبا فصيحا يخترع
الخطبة لوقته وكان مولده بالمهدية
سنة احدي وثلاثين وثلثماية ۞

قال وفي سنة خمس وثلاثين وثلثماية
ورد الخبر ان الامير ركن الدولة ابو
الحسن علي بن بويه قصد الري وملكها
وملك الجبل باسره ۞

وفيها سار الامير سيف الدولة بن
حمدان الي حصن زياد وغزي الروم واحرق
وقتل وسبي فخرج اليه الدمستق فالتقاه
سيف الدولة فانهزم الدمستق وقتل من
اصحابه نحو من عشرين الفا واسر نحو
من الفين وعاد سيف الدولة سالما ۞

وفي سنة ست وثلاثين وثلثماية سار
الامير سيف الدولة الي حصن برزية حتي
يفتحه فبقي عليه الي ان انسلخت سنة سبع

non dormiebat in tentorio ſuo, ſed egreſſus noctu dormiebat in tentorio alieno, ut nemo familiarium ejus ſciret ubi eſſet. idq; ea ſola de cauſa, quod ſibi metueret. Mortuo Achsjido ſucceſſit in imperio filius ejus Muhammed Abuhurus, (ſignificat autem Abuhurus laudatum) ſed imperium omne tenente atq; adminiſtrante Caſuro Haſanæo patris ejus miniſtro, qui & eum, & imperium ſibi ſubjecerat. Erat autem hic Caſurus nigerrimus, & ſplendens; emeratque eum Achsjidus 18 aureis. Sed Deus Opt. Max. effecit ut Rex factus fuerit Aegypti, & Damaſci ac regionis ejus. Et is eſt quem laudat Poëta Abuttajibus Mutenebbis in celeberrimis ſuis carminibus; inter quæ & unum eſt hoc initio.

Succeſſor.

Caſurus.

Sufficit in te hoc, quod videas
mortem propinquam &c.

in quo ait

Quæ levia ſunt Caſuro, ea alijs
ſunt graviſſima. Qui mare ingre-
ditur, contemnit parvos fluvios.

Eodem anno obijt Muhammed Abulcaſimus Caijmus Biamrilla, Princeps Cairawani, in medio menſis Sjewali, cum imperaſſet 12 annos, & menſes 7, ac natus eſſet annos 58. & creatus eſt Chalifa filius ejus Iſmaël Abutaherus Almanſor Billa, qui orator erat eloquens, & ex tempore orationem dicebat, natus Mahadiæ anno 301.

Caijmus Biamrilla moritur.

Ei ſucceſſit Almanſor Billa.

Anno trecenteſimo trigeſimo quinto rumor venit Imperatorem Haſenum Abualim Rucnuddaulam f. Bojæ contendiſſe Raijum, idque occupaſſe, & ſubjugaviſſe totum montem.

Cœpit 2 Auguſti. A.C. 946.

Eodem anno petijt Imperator Saifuddaulas nepos Hamadani arcem Ziadæ, & Romanis bellum intulit, ferroque & flamma graſſatus captivos multos cepit ſed exijt contra eum Domeſticus, qui cum obviam ei profectus eſſet Saifuddaulas, fugit, militum ejus millibus circiter viginti cæſis, & duobus captis. Saifuddaulas autem incolumis reverſus eſt.

Saifuddaulas bellum infert Romanis.

Anno 336 petijt Imperator Saifuddaulas arcem Burſiæ, ut eam caperet, obſeditque eam ad initium uſque anni 337,

Cœpit 23 Iulij. A.C 947.

& cepit eam deditione, murumque ejus diruit. Obſedit quoque Domeſticus Leo fil. Bardæ Caſa Hadbam, donec eam cepit; &, diruto muro ejus, ab ea diſceſſit.

Muteraffius Caramita.

Eodem anno prodijt Halebi Caramita quidam vocatus Muteraffius, ſeque Principem nominavit: cum autem familiæ aliquot Arabum eum ſequerentur, petijt Emiſſam. ſed exijt contra eum Abuawilus f. Davidis f. Hamadani, quem patruelis ejus Saifuddaulus; præfecerat Emiſſæ. at Muteraffius eum cepit, & milites ejus in fugam vertit. quod cum cognoviſſet Saifuddaulas, ipſe Halebo egreſſus eum adijt, & aſſequutus eſt in agro Damaſceno, eumque & milites ejus trudicavit, ita ut non evaderent niſi ij qui præceſſerant. Atque ita liberavit patrui ſui filium, & decem diebus reverſus eſt Halebum, afferens caput Caramitæ, haſtæ impoſitum, qua de re Abufaras f. Hamadani.

Miſit qui acuerat ferrum, & liberare eum fecit Abuawilum.
Et reverſus eſt, & caput Caramitæ ante eum, cui corpus erat calcaneis privatum.

Quæ inventio nova eſt, & ſingularis elegantiæ: qua eadem & alterius cujuſdam Poetæ hoc audivi.

Reverſus eſt, ſed ipſe caput ſine corpore: incedit, ſed ſuper crure ſine pede.

Muazzud. cum Saifud. pacem facit.

Eodem anno contendit Imperator Ahmed Muazzuddaulus f. Bojæ Mauſilum, & adijt eum Saifuddaulas nepos Hamadani, ac facta ab ijs pace, reverſus eſt Muazzuddaulas Bagdadum.

Cœpit 30 Iunij. A.C. 949.

Amaduddaulæ obitus.

Anno 338 vita exceſſit Amaduddaulas f. Bojæ, idque Sjirazi, cum ibidem imperium tenuiſſet annos ſedecim, & natus eſſet annos 57. Atque hic maximus natu erat filiorum Bojæ, & primus ex familia ejus ad imperium evectus. Nullam reliquit prolem. Fuit autem Rex ſtrenuus, prudens, fortis, & magnæ potentiæ: Chalifa, in literis ſuis, appellabat eum Imperatorem Imperatorum. Cumque obijſſet ſcripſit Mutius Lilla ad filium fratris ejus Imperatorem Abuſujaium

Natura.

وثلاثين وثلثماية وفتحه بالامان وهدم السور واقام الدمستق لاون بن بردس الفقاص على الحدب الى ان فتحه واخرب سوره ورحل عنه ۞

وفيها ظهر بحلب رجل من القرامطة يقال له المترفع ودعا الى نفسه فتبعه قبايل من العرب ومضى الى حمص فخرج اليه ابو اويل بن داود بن حمدان وكان بن عمه سيف الدولة قد ولاه حمص فاسره المترفع وانهزم اصحابه وبلغ سيف الدولة ذلك فسار من حلب اليه فلحقه بنواحي دمشق فقتل سيف الدولة المترفع واصحابه ولم ينج منهم الا من سبق واستنقذ ابا اويل ابن عمه وعاد الى حلب في عشرة ايام وراس القرمطي معه على رمح فقال في ذلك ابو فراس بن حمدان

وانفذ من مسن الحديد ونقله ابا
اويل والدم احدع صاعر *
وعاد وراس القرمطي امامه له جسد
من اكعب الروع صاهر *

قلت وهذا المعنى بديع مغرط في الحسن وسمعت لبعض الشعرا في معناه

وعاد لكنه راس بلا جسد يمشي
ولكن على ساق بلا قدم *
اذا راى على الخطي اسفر في حال
العبوس له بعراعر نسم *

وفي هذه السنة قصد الامير معز الدولة احمد بن بويه الموصل فسار اليه سيف الدولة بن حمدان فوقع الصلح بينهما وعاد معز الدولة الى بغداد ۞

وفي سنة ثمان وثلاثين وثلثمايه كانت وفاة عماد الدولة بن بويه وذلك بشيراز وكانت مدة مملكته بها ستة عشر سنة وعمره سبع وخمسين سنة وهو اكبر بني بويه وهو اول من ملك من اهل بيته ولم يخلف ولدا وكان ملكا شجاعا عاقلا محترما عظيم المقدم وكان الخليفة يخاطبه في كتبه بامير الامراء ولما توفي كتب المطيع لله الى ابن اخيه الامير عضد الدولة ابي شجاع

فتأخر واقي الامير ركن الدولة
كتابا لقبه فيه عضد الدولة وانه ورثه ما
كان بيد عماد الدولة من الممالك ۞
وفي سنة تسع وثلاثين وثلثماية
ردت القرامطة الحجر الاسود الي موضعه
فكان مدة اخذه ورده اثني وعشرين
سنة ۞
وفي هذه السنة كانت وقعة الملقات
وذلك ان سيف الدولة بن حمدان
غزا الروم فاقام شهرين يقتل ويسبي
ويحرق وسار الي الدمستق فالتقاه
بالملقات وهو موضع وراء خرشنة
فتقاتلوا فهزم الروم وقتل منهم نحو من
ثلاثين الفا واسر من البطارقة نحو من
الفين ۞
وفيها كانت وقعة المصيصة
وذلك ان سيف الدولة بن حمدان سار
الي الدرب المعروف بدرب مقطع الاظفار
ويسمي درب الكيكرون فوجد
الدمستق عليه فتقاتلوا فهرب سيف
الدولة في نفر يسير من اصحابه ولما
اصبح الصبح ساق الدمستق علي من
وجده من العامة فقتل منهم خمسة الف
رجل واسر نحو من ثلاثة الف وانهزم
الباقون ۞
وفي سنة احدي واربعين وثلثماية
توفي المنصور بالله ابو طاهر اسمعيل بن
المهدي صاحب القيروان وذلك في
اخر شوال وكانت مدة ملكه سبع
سنين وستة عشر يوما وعمره تسع وثلثين
سنة وبويع بالخلافة بالمهدية ولده المعز
لدين الله ابو تميم معد بن اسمعيل بن
محمد بن المهدي وهو اول خلفا مصر
وسنذكر دخوله اليها ان شاء الله
تعالي وكان المعز عالي الهمة شريف
النفس قد درج بلاد المغرب وذلت له
القبايل ۞
وفي سنة سبع واربعين وثلثماية
قصد الامير معز الدولة بن بويه الموصل
فملكها ومضي ناصر الدولة بن حمدان
منهزما الي نصيبين ثم الي حلب

Adaduddaulam; qui cũ diutius paulò moraretur, dedit Imperatori Rucnuddaulæ epiſtolam, in qua eum nominavit Adaduddaulam, & hæreditare juſſit omnia ea regna quæ poſſederat Amaduddaulas.

Succeſſor.

Anno 339 reſtituerunt Caramitæ Lapidem nigrum in locum ſuum, poſt annos ſcil. viginti duos quam eum abſtuliſſent.

Cœpit 20 Iunij. A.C. 950.

Eodem anno commiſſum eſt prælium Malacaticum. Cum enim Saifuddaulas nepos Hamadani bellum inferret Romanis, jamque duos menſes ferro, & flamma graſſatus eſſet, ac multos cepiſſet captivos, tandem adijt Domeſticum, eique occurrit in Malacata, qui locus eſt ultra Chorſenam, comiſſoque prælio, in fugam vertit Romanos, & triginta circiter eorum millia occidit. Epiſcoporum autem cepit circiter duo millia.

Bellum Saracenorum cum Romanis.

Eodem quoque anno comiſſum eſt prælium Maſiſenſe. Cum enim Saifuddaulas nepos Hamadani abijſſet ad montium anguſtiam, quæ dicitur Anguſtia Mactalatfari, & Anguſtia Ciceronis, adorſus eum eſt Domeſticus, &, commiſſo prælio, fugit Saifuddaulas, cum paucis de ſuis militibus. facto autem mane ſævijt quoque Domeſticus in plebem, quam illic invenit, quinque ex ea virorum millia occidens, & circiter tria millia in ſervitutem abducens, reliquis fuga elapſis.

Prælium.

Anno 341 mortuus eſt Iſmaël Abutaherus Almanſor Billa, fil. Mahadis, Princeps Cairawani, idque in fine menſis Sjewali, cum imperaſſet annos ſeptem & dies ſedecim, & natus eſſet annos 39, & creatus eſt Chalifa, Mahadiæ, filius ejus Maabadus Abutamimus Muazzus Lidinilla, f. Iſmaelis, f. Muhammedis, f. Mahadis. atque hic primus fuit Chalifa Aegypti. dicemus autem poſtea, Deo volente, quando eam ingreſſus ſit. procera fuit ſtatura, & nobili indole: in ordinem coëgit regionem Occidentis, & nationes ſubjugavit.

Cœpit 28 Maij. A.C. 952.

Almanſoris mors.

Succeſſor Muazzui.

Anno 347 contendit Imperator Muazzuddaulas f. Bojæ Mauſilam, eaque eſt potitus. Naſiruddaulas autem f. Hamadani fugit Naſibinum, atque inde Halebum.

Cœpit 25 Martij. A.C. 958.

Muazzudaulæ victoriæ.

&

& occupavit Muazzuddaulas Diarrebiam totam, Mauſilam ſcilicet, Gjeziram, Naſibinam, Singjaram, Rahabam, Raſulainum, & Chaburam: manſitque in ea ad annum uſque 348, quo pacem fecit cum Naſiruddaula, & reverſus eſt ipſe Bagdadum, Naſiruddaulas autem in regionem ſuam.

Pax cum Naſiruddaulâ.

Cœpit 14 Martij. A.C. 959.

Anno 348 ceperunt Romani Haratum Abufaraſum f. Saïdi, f. Hamadani, qui filius erat patrui Imperatoris Saifuddaulæ. ſeceſſerat enim Mambagum. cum autem Romani id infeſtarent mille equitibus, duce Theodoro filio ſororis Regis eorum; invenerunt Imperatorem Abufaraſum cum 70 equitibus venantem, eoſq; adorſi ſunt, ſed reſtitit ijs Abufaraſus, donec vulneribus debilitatus fuit; tunc enim eum ceperunt, & abduxerunt Conſtantinopolin, ubi aliquamdiu manſit captivus. deinde dimiſſus fuit. & poſt iterum quid de eo factum ſit dicetur.

Cœpit 2 Martij. A.C. 960.

Abuhurus mors & ſucceſſor Alis.

Anno trecenteſimo quadrageſimo nono obijt Abuhurus fil. Achsjidi Rex Aegypti, & ſucceſſit ei frater ejus Alis: ſed Caſuro patris eorum miniſtro imperium omne tenente.

Cœpit 28 Februarij. A.C. 951.

Romani Hal[illegible]um capiunt.

قانوس بن وشمكين علي اخويه عضد
الدولة ومويد الدوله والتظافر عليهما
فبعث عضد الدولة عهدا من الطايع لله
الي اخيه مويد الدوله على جرجان
وطبرستان فسار مويد الدولة لقتال
قانوس وسار اخوه فخر الدوله لمعاضدة
قانوس وجرت بينهم حروب كثيرة
اخرها ان قانوس انهزم واستولي مويد
الدولة علي جرجان وطبرستان ۞

وفي سنه اثنتين وسبعين وثلثماية
توفي الملك عضد الدولة ابو شجاع
فناخسرو ابن ركن الدوله بن بويه
ببغداد وكان عمره سبع واربعين سنه
واحد عشر شهرا وكان له ملك بغداد

at timuit, ac reverſus eſt Tiberiadem. Erat autem Ramlæ Badræus quidam nomine Mufarrigus f. Daacali, qui eum tractum ſubjugaverat, cuique omnia proſperè ſuccedebant. Hic cum in animo haberet irruere in Ocailitas, qui in Syria erant, eoſque inde eijcere, ij ſe receperunt ad Uddatuddaulam & ab eo auxilium petierunt. unde is caſtra ſua inter eos poſuit: & Mufarrigus ſuos quoque contra eum collegit. Azizus autem Billa miſit quendam è ſuis, cui nomen erat Fadlo, Damaſcum, ut aſtu eam caperet, civeſque redderet propitios. Cumque Fadlus timeret ab Uddatuddaula, junxit ſe cum militibus ſuis Mufarrigo, ut una eorum potentia eſſet. Hinc adorſi ſunt Uddatuddaulam & Ocailitas, eoſque in fugam verterunt. quin & ceperunt Uddatuddaulam, & occidit eum Mufarrigus, metuens ne Fadlus eum veheret ad Azizum, iſque bene eum tractaret, ſicuti tractaverat Aftekinum. Cumque occidiſſet eum Mufarrigus, miſit Fadlus caput ejus in Aegyptum, & combuſſit truncum.

Vddatuddaulas perit.

Anno trecenteſimo ſeptuageſimo ducta eſt filia Adaduddaulæ Bojitæ ad Taïum Lilla cui deſponſata fuerat anno trecenteſimo ſexageſimo quarto.

Cœpit 17 Iulij. A.C. 980.

Anno 371 bellum ortum eſt inter Muaijidduddaulam nepotem Bojæ & inter fratrem ejus Fachruddaulam, ac Fanuſum f. Waſmakini: cujus hæc erat cauſa. Fachruddaulas frater Adaduddaulæ & Muaijidduddaulæ conſpiraverat cum Fanuſo f. Waſmakini, contra iſtos ſuos fratres, de bello ijs inferendo. Miſit autem Adaduddaulas fratri ſuo Muaijidduddaulæ auctoritatem conſignatam à Taïo Lilla, quâ donabat ei Gjorgjanam & Tabriſtanam: unde exijt Muaijidduddaulas bellum illatū Fanuſo: & frater ejus Fachruddaulas abijt eidem ſuppetias latum. multaque ab ijs commiſſa ſunt prælia: donec tandem Fanuſus in fugam verſus eſt, & Muaijidduddaulas potitus Gjorgjanâ & Tabriſtanâ.

Cœpit 6 Iulij. A.C. 981. Bellum inter Muaijidduddaulam & Fachruddaulam.

Anno trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo obijt Rex Adaduddaulas filius Rucnuddaulæ f. Bojæ, Bagdadi. cum natus eſſet annos quadraginta ſeptem, & menſes undecim. Imperaverat autem Bagdado, Iracæ,

Cœpit 26 Iunij. A.C. 982. Adaduddaulæ obitus.

Iracæ, Carmaniæ, Perſidi, Ammanæ, Churiſtanæ, Mauſilæ, Diarbecræ, Harranæ, & Mambago. natura. *Ad naturam ejus quod attinet. Rex fuit egregius, magnus, reverendus, intrepidus, ſtrenuus, prudens, peritus regiminis, honorabilis, animoſus & fortis. Ajunt autem eum, cum die quodam exiret in hortum, & dixiſſet, quam amœnus foret hic dies, ſi pluvia nos bearet! pluviaq́ ſtatim ſuperveniſſet, dixiſſe,*

Non bibitur vinũ niſi per pluviam: & opulētia eſt ab imbribus in aurora,
Copioſis, & indutis nigris veſtibus ad ſpendorem, jucundis in duplicatione diſparis.
Educentibus cyathum ex ortu ejus; potantibus vino eum qui excellit inter homines.
Adaduddaulas eſt de Imperatoribus Regis regum, & longe potentiſſimus.

Ajunt autem eum poſtquam verſus iſtos fecit, non extitiſſe felicem, propterea quod dixiſſet longè potentiſſimus.

Cum autem moriturus eſſet citavit iſtud Abulcaſimi filij Abdallæ Conſiliarij,

Occidi Principes virorum: neque reliqui hoſtem: nec diſtuli contra exercitum ejus milites,
Et deſolavi palatia Regum, poſt potentiam eorum. ac diſperſi eos in Occidentem, ac diſſipavi eos in Orientem.
At poſtquam ad aſtra perveni potentiâ & dignitate: & colla populi ferunt mihi jugum:
Iacit me arcus, tanquam ſagittam. dumque igneſcit rubedo mea, vocat me folia mea, ceſſaturum, celeriter.

Deinde autem cœpit dicere,

Quid prodeſt mihi opulentia mea? perit mihi imperium meum.

atque id repetijt donec expiravit.

Cum autem obijſſet, mors ejus celata aliquamdiu fuit. & ſepultus eſt Bagdadi in arce imperiali.

Cœpit 15 Iunij. A.C. 983. *Anno 373 divulgata fuit mors ejus, & ipſe tranſlatus è ſepulchro ſuo, Bagdado, Cufam: & ſepultus in loco martyrij Alis*

والعراق وكرمان وفارس وعمان وخورستان والموصل وديار بكر وحران ومنبج * وسيرته كان ملكا جليلا عظيما مهيبا صارما حازما عاقلا سايسا كريما شجاعا بطلا ويقال انه خرج يوما الي بستان فقال ما اطيب يومنا لو ساعدنا الغيث فجاء المطر للوقت فقال

ليس شرب الراح الا في المطر وغنا من جوار في السحر *
غانيات سالبات للنهي ناعمات في تضاعف الوتر *
مبرزات الكاس من مطلعها ساقيات الراح من فاق البشر *
عضد الدولة من سطوته ملك الاملاك وغلاب القدر *

فقيل انه لم يفلح بعد هذه الابيات لقوله غلاب القدر * ولما حضره الموت تمثل بقول الوزير ابي القاسم بن عبد الله *

قتلت صناديد الرجال فلم ادع عدوا ولم امهل علي جيشه خلقا *
واخليت دور الملك من بعد عزهم فشردتهم غربا وبددتهم شرقا *
فلما بلغت النجم عزا ورفعة وصارت رقاب القوم اجمع لي رقا *
رماني الردا سهما فاخمد جمرتي فها انداني حفرتي عاطلا ملقا *

ثم جعل يقول

ما اغني عني ماليه هلك عني سلطانيه *

فردها حتي مات ۞ ولما مات كتم موته مدة ودفن بدار المملكة ببغداد ۞ وفي سنه ثلاث وسبعين وثلثماية اظهر موته وحمل من قبره ببغداد الي الكوفة فدفن بمشهد امير المومنين علي

f. Abu-

بن ابي طالب فقـــام بالملك بعده ولده
الملك صمصام الدوله ابو كاليجـــار
المرزبـــان بن عضد الدوله بن ركن
الدوله بن بويه وخلع عليه الخليفة
الطايع لله وتوجه وطوقه وسوره ۞

وفي هذه السنه كـــانت وفـــاه
مويد الدولة بن بويه اخي عضد الدولة
وذلك في ثالث شعبان بعلة الخوانيق
وكان وزيره المدبر لملكه الصاحب
ابو القسم بن عباد ولما مات مويد الدولة
استولي علي مملكته اخوه فخر الدولة بن
ركن الدوله بن بويه وقدم جرجان في
ثالث رمضان فتلقاه الصاحب بن عباد
وارباب الدولة وبايعوه المملكه واستقر
بجرجان واستوزر الصاحب بن عباد ۞

وفي سنه اربع وسبعين وثلثمـــايه
كتب الخليفه الطايع لله لفخر الدولة
بن بويه عهدا بتقليده مـــا كان بيد
مويد الدوله من الممالك والاقاليم وسيره
اليه ومعه الخلع السلطانية ۞

وفي سنة خمس وسبعين وثلثمـــاية
استولي المالك شرف الدوله علي بغداد
وكان شرف الدوله ابو الفوارس هذا
اكبر اولاد ابيه وكان بيده اصفهان
والري وشيراز من بلاد الديلم وغيرهـــا
فلمـــا كانت هذه السنة تجهز الي
العراق ليملكها فكتب الي اخيه
ابي الحسن احمد بن عضد الدوله وكانت
بيده بلاد فارس يستنجده علي اخيه
صمصـــام الدولة فلم ينجده فخرج اليه
يقاتله فقاتله شرف الدوله فاسره وحبسه
ثم قصد شرف الدوله العراق واستولي
علي الاهواز والبصرة وواسط وكثرت
امواله ورجاله وبعث الي الخليفة الطايع
يطلب الخلع السلطانيه والعهد والتقليد
فاجابه الي ذلك وبعث اليه به وطلب
تسليم اخيه صمصـــام الدوله وكـــان
معتقلا عنده فسلم اليه بعد ان اتفق
الصلح بين صمصـــام الدولة واخيه شرف
الدولة وان يخطب له اولا وان لا يتعرض
احد منهمـــا الي مـــا في يد الاخر

f. Abutalibis. & ſucceſſit ei in imperio filius ejus Marzubanus Abucalangjarus Samſamuddaulas, filius Adaduddaulæ, filij Rucnuddaulæ filij Bojæ. & inauguravit eum Chalifa Taïus Lilla eumque coronavit, & torque, ac armillis ornavit.

Samſamuddaulas ſuccedit Adaduddaulæ.

Eodem anno obijt Muaijidduddaulas Boijdes, frater Adaduddaulæ, idque die tertio Sjaabani, ex angina. regnum autem ejus adminiſtraverat Conſiliarius ejus Sahirus Abulcaſimus f. Ajadi. at mortuo Muaijidduddaula, potitus eo eſt frater ejus Fachruddaulas f. Rucnuddaulæ; f. Bojæ: qui Gjorgjanam venit tertio Ramadani. proceſſitque ei obviam Sahibus f. Ajadi una cum aulicis: & creaverunt eum Regem. ſubſtititque Gjorgjanæ: & conſtituit Sahibum Conſiliarium ſuum.

Muaijiduddaulæ obitus, ſucceſſor Fachruddaulas.

Anno 374 ſcripſit Chalifa Taïus Lilla Fachruddaulæ autoritatem conſignatam, quæ concedebat ei omnia ea regna & provincias quas frater ejus Muaijidduddaulas poſſederat, eamque ad ipſum miſit, una cum veſte imperiali.

Cœpit 4 Iunij. A.C. 984.

Anno 375 potitus eſt Rex Sjarfuddaulas f. Adaduddaulæ Bagdado. Erat autem hic Abulfawaris Sjarfuddaulas filiorum patris ſui natu maximus: & tenebat Iſfahanam, Rayam, Sjirazum, urbes Dailamæ, aliaſque. Cumque hic annus ageretur, contendit cum exercitu in Iracam, eam occupaturus. ſcripſitque ad fratrem ſuum Ahmedem Abulhaſenum filium Adaduddaulæ, in cujus manu erant Perſidis urbes, auxilium ab eo petens contra fratrem ſuum Samſamuddaulam. at is id recuſavit. Perrexit tamen ille bellum ei illatum, eumque oppugnavit, & cepit, ac in carcerem conjecit. Hinc contendit in Iracam & potitus eſt Ahwaza, Baſra, ac Waſito. auctuſque opibus & viris, ſcripſit ad Chalifam Taïum, petens ab eo veſtem imperialem, & auctoritatem conſignatam, ac donationem: quæ is ei non recuſavit, ſed miſit: at petijt ut ſibi traderetur frater ejus Samſamuddaulas, qui in carcere apud eum detinebatur: quem & ei tradidit, poſtquam pacem cum eo fecit, & inter eos convenit, ut illius nomine primum oraretur, neque alter eorum in alterius ditionem ingrederetur: quod

Cœpit 24 Maij. A.C. 985. Sjarfuddaulas Iracam occupat, fit Imperator.

quod mutuis juramentis confirmarunt. At cum deinde deſcendiſſet Samſamuddaulas ad Sjarfuddaulam qui erat Waſiti, hic ingredi eum fecit tentorium ſine papilionibus, & conſtitutis quibuſdam qui eum, & theſauros cuſtodirent, contendit Bagdadum, idque ingreſſus eſt menſe Ramadano, habens apud ſe ad viginti Dailamorum, & tria juvenum Turcarum millia: & ſtabilitum ei fuit ibi imperium. Fratrem autem ſuum Samſamuddaulam in arcem quandam miſit, inque ea vinctum cuſtodivit. Regnaverat autem Samſamuddaulas in Iraca annos tres & undecim menſes.

Incarcerat Samſamuddaulam.

Inauguratur. Cœpit 3 Maij. A.C. 987.

Anno 377 inauguravit Taïus Lilla Regem Abulfawarim Sjarfuddaulam f. Adaduddaulæ, eumque coronavit, torque & armillis ornavit: ſcripſitque ei auctoritatem conſignatam: ac aulæ ſuæ eum præfecit: deditque ei duo vexilla: & cognominavit eum Sjahensjahum.

Cœpit 10 Aprilis. A.C. 989. Sjarfuddaulæ obitus.

Anno 379 obiit Sjarfuddaulas, idque die ſecundo Gjumadæ poſterioris, cum regnaviſſet Bagdadi annos duos & menſes octo, & vixiſſet annos 28, & menſes quinque. portata autem fuit arca ejus Cufam, ibique ſepultus fuit, ad latus patris ſui.

Succeſſor Bahaiuddaulas.

Mortuo Sjarfuddaula, ſucceſſit ei in imperio frater ejus Abunaſrus Bahaiuddaulas f. Adaduddaulæ, quem & indutâ veſte imperiali inauguravit Taïus Lilla, coronans quoque eum, & torque ac armillis ornans, ſcripſitque ei auctoritatem conſignatam.

Cœpit 21 Martij. A.C. 990. Samſamuddaulas è carcere evadit.

Anno 380 dimiſſus fuit Samſamuddaulas è carcere ſuo. at effoderat ei oculos frater ejus Sjarfuddaulas, quo mortuo è carcere eum dimiſit frater ejus Bahaiuddaulas, deditque ei Sjirazum, & Argjanum, cum ditione ejus. & adjunxit ei fratrem ſuum Abutaherum f. Adaduddaulæ. at hic haud multo poſt vita exceſſit: manſitque Samſamuddaulas Rex nomine quidem, ſed non re, negotia ejus adminiſtrante viro quodam cui nomen erat Fulado.

Cœpit 20 Martij. A.C. 991. Saaduddaulæ Regis Halebi obitus.

Anno trecenteſimo octuageſimo primo obiit Saaduddaulas filius Saifuddaulæ Hamadanidæ, idque menſe Ramadano. Imperaverat autem inde ab obitu patris ſui annos 25, & aliquot menſes. Eo autem defuncto, ceſſit imperium Halebi filio ejus

وتحالفا على ذلك ثم انحدر صمصام الدولة الى شرف الدولة وهو بواسط فانزله خيمة بغير سرادق ووكل به جماعة لحفظه وحفظ الخزاين ثم قصد شرف الدولة بغداد فقدمها في شهر رمضان ومعه ما يناهز عشرين الفا من الديلم وثلاثة الف غلام تركي واستقر ملكه بها وسير اخاه صمصام الدولة الى قلعة اعتقله بها فكانت مدة ملكة صمصام الدولة بالعراق ثلاث سنين واحد عشر شهرا ۞

وفي سنة سبع وسبعين وثلثماية خلع الطايع لله على الملك شرف الدولة ابي الفوارس بن عضد الدولة وتوجه وطوقه وسوره وكتب له عهدا وولاه ما وراء بابه وعقد له لواوين ولقبه شاهنشاه ۞

وفي سنة تسع وسبعين وثلثماية توفي شرف الدولة وذلك لليلتين مضيتا من جمادي الاخرة فكانت مدة ملكته ببغداد سنتين وثمانية اشهر وكان عمره ثمان وعشرين سنة وخمسة اشهر وحمل تابوته الى الكوفة فدفن الى جانب ابيه ۞

ولما توفي شرف الدولة قام بالملك بعده اخوه الملك بها الدولة ابو نصر بن عضد الدولة وخلع عليه الطايع لله الخلع السلطانية وتوجه وطوقه وسوره وكتب له عهدا ۞

وفي سنة ثمانين وثلثماية اطلق صمصام الدولة من محبسه وكان اخوه شرف الدولة سمل عينيه فلما مات شرف الدولة اطلقه اخوه بها الدولة واعطاه شيراز وارجان وبلادها وجعل معه اخاه ابا طاهر بن عضد الدولة ومات ابو طاهر بعد مدة قريبة واستمر صمصام الدولة ملكا في الصورة لا في المعنى وقام بامره رجل يقال له فولاد ۞

وفي سنة احدى وثمانين وثلثماية كانت وفاة سعد الدولة بن سيف الدولة بن حمدان وذلك في شهر رمضان فكانت مدة ملكه من حيث مات ابوه خمس وعشرين سنة وشهورا ولما توفي قلد الملك بعده بحلب لولده الامير

سعيد الدولة ابي الفضايل بن سعد الدولة
بن سيف الدولة ابي الحسن علي بن عبد
الله بن حمدان وكان سعد الدولة اوصي
ولده لولو الخراجي وكان ابو الفضايل
صغيرا فاستقل لولو بالامور جميعها وصارت
كلها اليه * وبعث العزيز بالله صاحب
مصر جيشا كثيفا لقتاله فقدموا الي
حلب وحاصروها حصارا شديدا
واستنجد لولو بالروم فاتوا اليه في عالم
عظيم فالتقوا فنصر الله المصريين عليهم فقتل
من الروم خلق كثير ونازل المصريون
حلب ومقدمهم منجوتكين وطال
مقامهم عليها فضجروا وقلت عليهم
العلوفة فكتبوا الي العزيز يستاذنوه
في الانصراف ثم انصرفوا قبل ان يصل اليهم
الجواب فلما ورد علي العزيز كتابهم
غضب غضبا شديدا ثم بلغه انصرافهم
فعظم عليه اكثر وسير يتهددهم ويامرهم
بالعود الي حلب والاجتهاد في التضييق
عليها الي ان يفتحوها فرجعوا واقاموا
عليها ثلاثة عشر شهرا وبنوا بظاهرها
الحمامات والفنادق والاسواق وكتب
لولو الي ملك الروم يطلب نجدة ويحرضه
علي نصرته ودفع المصريين عنه ويقول
في جملة قوله ان حلب دهليز بلاد الروم
ومتي اخذت حلب اخذت بلاد الروم
فاقبل ملك الروم في عدد لا يحصي
فرحل منجوتكين مقدم المصريين عن
حلب منهزما ووصل ملك الروم الي
حلب فخرج اليه لولو وسعيد الدولة ابو
الفضايل فاكرماه وحملا اليه من
الالطاف والتحف شيا كثيرا ۞
ثم دخل ملك الروم بجيوشه الي حمص
ففتحها ونهبها وقتل وسبا ثم رحل الي
طرابلس فاقام عليها نيفا واربعين يوما
فلم يقدر عليها فرجع الي بلاده ۞
واما منجوتكين مقدم العسكر
المصري فانه رحل الي دمشق
واقام متحصنا فيها فلما بلغ العزيز ذلك

Abulfadaȳlo Saïduddaulæ f. Saaduddaulæ f. Alis Abulhaſeni Saifuddaulæ f. Abdallæ, f. Hamadani. Commendaverat autem Saaduddaulas filium ſuum Luluo Charaghæo, erat enim Abulfadaȳlus minorennis, is itaque Luluus negotia omnia, ad ipſum quippe devoluta, adminiſtravit. Miſit autem Azizus Billa Dominus Aegypti copioſum exercitum bellum ei illatum, qui profectus Halebum, id arctiſſima obſidione cinxit. unde Luluus ſuppetias petiȳt à Romanis: qui ad eum contenderunt cum magna hominum vi. prælioque inito, victoriam dedit Deus Aegyptijs, qui magnam Romanorum multitudinem ceciderunt. hinc ad obſidionem Halebi reverſi ſunt, ducem habentes quendam Manghubekinum. verum cum diutius ea duraret, ipſoſque jam tædere inciperet, & annona deficeret, ſcripſerunt ad Azizum, rogantes eum ut ſibi liceret ab urbe diſcedere. & haud multo poſt, antequam reſponſum acciperent, diſceſſerunt. Azizus autem ut literas eorum accepit, vehementer eſt indignatus: & magis etiam, ut intellexit eos ab urbe jam diſceſſiſſe. itaque miſit, & minatus eſt ijs, ac præcepit ut ad Halebum reverterentur, & diligentiſſime id obſiderent, donec eo potirentur. unde reverſi ſunt, & ſubſtiterunt ad id 13 menſes, atque extruxerunt extra urbem balnea, diverſoria, & vicos. At ſcripſit Luluus ad Regem Romanorum, ſuppetias ab eo petens, & adhortans eum ad auxilium ſibi ferendum, & depellendos à ſe Aegyptios. ac inter alia dicebat, Halebum eſſe veſtibulum Regionis Romanorum, illoque capto, hanc quoq; captam eſſe. Venit itaque Romanorum Rex cum innumeris copijs, & Manghubekinus deſerto Halebo fugit. cum autem Rex Romanorum perveniſſet ad urbem, exiȳt Luluus una cum Abulfadaȳlo Saïduddaula ei obviam, honorem ei exhibentes, & afferentes res pulchras, & egregias quam plurimas.

Hinc diſceſſit Romanorum Rex cum copijs ſuis Emiſſam, eamque cepit, & diripuit, multis mortalibus cæſis, & abductis. Deinde contulit ſe Tripolim, quam dies aliquot & quadraginta obſedit, ſed fruſtra. ac tunc in Regionem ſuam eſt reverſus. Manghubekinus autem Dux exercitus Aegyptiaci conceſſit Damaſcum, atque ibi ſe munivit: quod ut Azizus intellexit,

Succeſſor Abulfadaijlus.

Halebum ab Aegyptijs obſidetur.

& Romani vincuntur.

Romani Luluo ſuccurrunt.

Emiſſam capiunt.

Manghubekinus rebellat.

exiȳt

exijt cum copijs ſuis Belbaiſum, ubi dum ſubſiſteret gravis ei accidit morbus, quo de vita ſua deſperavit, unde ſucceſſorem ſuum deſignavit filium ſuum Hakemum quem commendavit miniſtro cuidam ſuo Arghuano. obijtque anno trecenteſimo

Azizus Rex Aegypti obit. *octogeſimo ſexto. Atque hæc omnia, licet quædam eorum annum hunc tranſgrediantur, hic commemoravimus propter filum hiſtoriæ.*

Taius Lilla deponitur. *Eodem anno depoſitus eſt Taïus Lilla Chalifatu: idque in hunc modum. Cum Rex Bahaiuddaulas in animo haberet eum deponere, equitavit ad eum, & coram eo terram eſt oſculatus. is autem poſuit Bahaiuddaulæ ſedem, in qua ſedit. hinc irruperunt homines: & quidam militum Bahaiuddaulæ traxit ſtrophum enſis quo Taïus Lilla accinctus erat, & detraxit eum de lectulo ſuo. moxque complures Dailami, impetu in eum facto, eum involverunt tapeto, & portaverunt in cuſtodiã quandam aulæ ubi incarceratus manſit. & direpta tunc fuit aula imperialis. Hinc reverſus eſt Rex Bahaiuddaulas domum ſuam, & renuntiavit Cadirũ Billa Imperatorem, & promulgavit id per vicos. Deinde teſtibus probavit Taïum Lilla ſua ſponte imperium depoſuiſſe, idque tradidiſſe Cadiro, menſe Sjaabano. Imperavit autem Taïus Lilla annos ſeptemdecim, menſes novem, & dies*

ejuſdem obitus, *ſex. Manſitque depoſitus, & incarceratus donec obijt, die Paſchatis majoris, anni 393,*

Ætas. *annos natus 76. Oravitque pro eo Cadirus Billa. Ad formam ejus quod attinet. can-*

Natura. *didus erat, & rubicunda facie. Ad naturam. Liberalis, & honorabilis. at poteſtas ejus erat exigua, propter Boijtas, qui Reges erant, relicto Chalifæ ſolo nomine.*

Imperium. *Chronologus ait Chalifatum ejus duraviſſe annos ſeptemdecim, menſes novem, & dies ſex, quorum initium fuit dies Iovis, finis autem dies Sabbathi, elapſis annis Hegiræ 380, menſibus ſeptem, & diebus novemdecim: annis autem ſolaribus mundi 6483, menſibus duobus, & diebus tribus.*

Res Chriſtianorum. *Quod autem attinet ad ea quæ Chriſtianorum Hiſtoriæ narrant ejus tempore*

Zimiſcæ obitus. *accidiſſe. Ajunt Zimiſcen Regem Romanorum obiiſſe die Martis, undecimo*

تجهز وخرج بعساكره الى بلبيس ونزل بها فعرضت له علة صعبة ايس فيها من روحه فعهد الي ولده الحاكم واوصيه الي ارجوان الخادم وتوفي في سنة ست وثمانين وثلثماية وهذه الحوادث انما ذكرناها وان جاوز بعضها هذه السنة فلسياقة الحديث ۞

قال وفي هذه السنة خلع الطايع لله من الخلافة وذلك لما عزم الملك بها الدولة بن عضد الدولة علي خلعه ركب اليه وقبل الارض بين يديه ووضع له كرسي فجلس عليه وازدحم الناس فتقدم بعض اصحاب بها الدولة وجذب بحمايل سيف الطايع لله وهو متقلد به فاخرجه عن سريره وتكاثر الديلم عليه فلفوه في كساء وحملوه الي حزانة من دور المملكة واعتقل بها ونهبت دار الخلافة يوميذ وانصرف الملك بها الدولة الي داره واظهر امر الخليفة القادر بالله ونودي بذلك في الاسواق ثم اشهد علي الطايع لله بخلعه نفسه وتسليم الامر الي القادر بالله طايعا في شهر شعبان فكانت مدة مملكة الطايع لله سبع عشرة سنة وتسعة اشهر وستة ايام واقام مخلوعا معتقلا الي ان توفي ليلة عيد الفطر سنة ثلاث وتسعين وثلثماية وعمره ست وسبعين سنة وصلي عليه القادر بالله * صفته كان ابيض اشقر * وسيرته كان جوادا كريما الا ان يده كانت قصيرة مع بني بويه فانهم كانوا الملوك وليس للخليفة الا مجرد الاسم ۞

قال المورخ ان مدة خلافته سبع عشرة سنة وتسعة اشهر وستة ايام اولها يوم الخميس واخرها يوم السبت لتتمة ثلثماية وثمانين سنة وسبعة اشهر وتسعة عشر يوما للهجرة ولتمام ستة الف واربع ماية وثلاث وثمانين سنة وشهرين وثلاثة ايام للعالم شمسية ۞

والذي ورد تواريخ النصاري من الحوادث في ايامه ان الشمشقيق ملك الروم مات يوم الثلثا حادي عشر

كانون الثاني سنة الف ومايتين سبع
وثمانين للاسكندر الموافق لسبع
خلون من جمادي الاولي سنة خمس
وستين وثلثماية فكانت مدة ملكه ثلاث
سنين وشهر واحد واستقر الملك بالروم
بعده لباسيل وقسطنطين ابني رومانس
وانفرد باسيل بتدبير المملكة لانه الكبير
وكان عمره يوميذ ثمان عشرة سنة وسير
باسيل بردس السقلاروس البطريق
الي هربط وخرج اليها ثم مضي بردس
السقلاروس الي ملطية وكبها وقبض علي
الباسليق واخذ ما عنده من الاموال
وهي ستة قناطير وعصي علي الملك ودعي
لنفسه فاجتمع عليه خلق كثير من الروم
والارمن والمسلمين واستولي علي تلك
الجهة باسرها فسير اليه الملك باسيل
الجيوش والتقوا في القبادوق فانهزم
عسكر باسيل الملك وقوي السقلاروس
وعظمت حاله ۞

فاحضر الملك بردس الفقاس بن
لاون اخا نقفور من النفي وكان له
بالجزيرة سبع سنين وجعله دمستقا
وقايد الجيوش وسيره للقاء السقلاروس
فالتقيا فانهزم بردس الفقاس لعشر
خلون من ذي القعدة سنة سبع وستين
وثلثماية وقتل بينهم خلق كثير ۞

وارسل السقلاروس بطريق اصحابه
اسمه عبد الله المنتصر من اهل ملطية
الي انطاكية وكانت حينيذ الثغور
وبلد الشرق للسقلاروس وكان
بحلب اسقف اسمه اغابيوس طلبوه
الانطاكيون ليكون بطركا عليهم
وارسلوا الي حضرة الملك فلما دخل
اليه انهي اليه حال المدينة وطاعة
اهلها له ومحبتهم فيه وارسله الملك الي
عبد الله المنتصر ليستميله الي طاعته
واودعه متي اعيدت له الدعوة بانطاكية
جعله بطركا عليها مدة حياته ويفي
له بجميع ما يضمنه اغابيوس الاسقف
فسار اغابيوس متنكرا في زي راهب
ودخل الي انطاكية واجتمع بعبد الله

Canonis poſterioris anni Alexandri 1287, qui incidit in diem ſeptimum Gjumadæ prioris anni Hegiræ 365, cum imperaſſet annos tres, & menſem unum. Ceſſitque imperium Romanorum Baſilio & Conſtantino filijs Romani; ſed remanſit id ſoli Baſilio quippe majori natu. eratque tunc natus annos 18. miſitque Bardam Sclerum Patricium Harbotum: quo profectus eſt. & deinde abijt Malatiam, quã & ſubjugavit: prehenditque Baſilicum, & quidquid apud eum erat pecuniarum, quod quadringentorum & viginti millium aureorum erat: & rebellavit contra Regem, ſeque imperio ingeſſit. magna autem ſe ei hominum multitudo ex Romanis, Armenis, & Muſlimis adjunxit, potituſque eſt toto illo tractu. At miſit contra eum Imperator Baſilius exercitum: ſed hic, facto in Cappadocia conflictu, in fugam verſus eſt à Sclero, qui eo potentior, & major evaſit.

Succeſſores Baſilius & Conſtantinus.

Sclerus rebellat.

Imperator autem revocavit Bardam Phocam f. Leonis, fratrem Nicephori, ab exilio, poſtquam in inſula fuerat annos ſeptem. & conſtituit eum Domeſticum, ac Ducem exercitus: miſitque eum obviam Sclero. concurſu autem facto, in fugam verſus eſt Bardas Phocas, die decimo Dulkiadæ anni 367, multis utrimque cæſis.

vincit Phocam.

Miſit autem Sclerus Patricium quendam militum ſuorum oriundum Malatiâ, cui nomen erat Abdallæ Muntaſiro, Antiochiam (erant autem tunc Tſuguræ & regio Orientis Sclero). & erat Halebi Epiſcopus quidam nomine Agabius, quem petierunt Antiocheni ut eſſet Patriarcha eorum: eumque miſerunt ad ipſum Imperatorem. Ad quem cum ingreſſus eſſet, indicavit ei ſtatum urbis, & inclinationem atque affectum civium ejus erga ipſum. miſitque eum Imperator ad Abdallam Muntaſirum, ut tentaret eum movere ad obedientiam. promiſitque ei fore, ut, reſtitutâ ſibi Antiochiâ, conſtitueret ipſum Patriarcham ejus, toto tempore vitæ ejus. Abdallæ autem daret quodcunque ipſe ei promitteret. Abijt itaque Agabius, ignotus, habitu monachali, ingreſſuſque eſt Antiochiam, & convenit Abdallam

Abdalla Præfectus Antiochiæ nomine Scleri.

ac

urbem reſtituit Imperatori.

ac negotium eum eo tranſegit, ita ut Abdalla in obedientiam Imperatoris ſe daret, & imperium in urbem ei reſtitueret, repudiato nomine Scleri.

Agabius Patriarcha Antiochenus.

Sic Agabius factus eſt Patriarcha Antiochenus, die ſolis vigeſimo tertio Canonis poſterioris anni Alexandri 1287.

Ceterum cum hæc audiviſſet Sclerus, miſit Antiochiam Bahramum quendam, ut civium animos ad ſe reduceret. ſed non ſiverunt eum ingredi Antiocheni, unde obſedit eos: at poſtea diſceſſit, abductis opibus eorum, & beſtijs, quæ extra urbem erant, magno admodum numero.

Miſit quoque Sclerus ad Adaduddaulam munera, & res pulchras: petijtque ab eo ut ſibi opem ferret contra Imperatorem. is autem ſubſidio ei miſit bonam exercitus ſui partem. ſed antequam ea ad ipſum perveniret, adortus eum erat ſecundo Bardas Phocas Dux exercitus Imperatoris, & in fugam verterat die Solis vigeſimo primo Sjaabani anni 368, receperatque ſe Maijafarikinam: unde miſit ad Adaduddaulam, petens ab eo opem, & auxilium. Sed miſit Imperator Scribam ſuum Nicephorum ad Adaduddaulam cum pretioſis muneribus, & promiſit ei ſe dimiſſurum eſſe omnes captivos Muſlimos, qui in Romanorum regione eſſent. unde Adaduddaulas Vicario ſuo, qui Maijafarikinæ erat, ſecretò ſignificavit, ut prehenderet Sclerum: & ſimulavit, cum id feciſſet Vicarius, ſe inſcio id factum eſſe, mandavitque ei ut Bagdadum eum ferret: id quod fecit, advectis una cum ipſo, filio ejus Romano, & trecentis de militibus ejus. Vt autem Bagdadum venit Sclerus; commorari eum fecit Adaduddaulas in domo quadam quæ vacuata ei erat, conceſſitque ei inſulam Madidam: ac detinuit eum, pollicens ei, fore ut ipſum dimitteret, & cum eo mitteret exercitum, ad oppugnandum Imperatorem. Interim miſit ad Imperatorem, de negotio Scleri cum eo agens, aitque ſe tradere ipſum ei velle, ſi reſtituere ſibi vellet omnia ea munimenta quæ Romani Muſlimis eripuerant, quin & petijt ea omnia ſibi tradi: quod ſi non fieret, ſe emiſſurum eum eſſe, & adjuturum copijs, ac pecunia. Miſit autem

Sclerus in fugam vertitur à Phoca.

ab Adaduddaula detinetur.

وقرر معه الامر فدخل عبد الله في طاعة الملك واعاد الدعوة له بها وقطع اسم السقلاروس ۞

وصير اغابيوس بطركا على انطاكية يوم الاحد الثالث والعشرين من كانون الثاني سنة الف ومايتين سبع وثمانين للاسكندر ۞

فلما بلغ السقلاروس ذلك ارسل بهرام الى انطاكية ليستميل اهلها الي طاعته فلم يمكنوه الانطاكيون الي الدخول اليها فحاصرهم وساق اموالهم ومواشيهم التي في ظاهرها وكانت كثيرة جدا ورحل عنها ۞

وارسل السقلاروس الي عضد الدولة هدايا والطاف وطلب منه ان ينجده علي الملك فارسل اليه طايفة من عسكره نجدة وقبل وصولهم اليه التقي من بردس الفقاس قايد عسكر الملك دفعة ثانيه فانهزم السقلاروس يوم الاحد لثمان بقين من شعبان سنة ثمان وستين وثلثماية الي ميافارقين * ثم سير الي عضد الدولة يلتمس عنه النجده والمعونه وسير الملك كاتبه نقفور الي عضد الدولة بهدايا جليلة ووعده باخراج كل اسير في بلاد الروم من المسلمين فاوعز عضد الدولة الي نايبه بميافارقين سرا بان يقبض علي السقلاروس واظهر عضد الدولة الانكار على نايبه لما فعله وامره ان يحمله الي بغداد فحمله ومعه ولده رومانس وثلثماية نفس من اصحابه فلما وصل السقلاروس بغداد انزله عضد الدولة في دار خليت له ووسع عليه الجراية مديدة واعتقله ووعد بان يطلقه ويرسل معه جيشا لمحاربة الملك وسير عضد الدولة الي الملك في معني السقلاروس وبذل له انه يعطيه اياه ان يسلم اليه جميع الحصون التي افتتحها الروم من المسلمين وطلب منه ان يسلم ذلك جميعه اليه والا فهو يخرجه ويمده بالعساكر والاموال فسير

Impe-

ملك الروم اليه نقفور لينفق معه على
ما يرضيه فاعلم السقلاروس عضد الدولة
ان نقفور حضر صحبته سما يسم عضد
الدولة به فلما وصل قبض عليه واعتقله
وقبض علي جميع ما معه من الناس
والمتاع واعتل عضد الدولة ومات وبقي
والجماعة في الاعتقال مدة ثماني سنين ۞
قال وقدم افرهام السرياني بن زرعة
بطركا للیعاقبة على كرسي
الاسكندرية في سنة ستماية وثلاث
وتسعين للشهدا وهي السنة الثالثة من
خلافة العزيز بالله بن المعز صاحب
مصر وذلك في سنة سبع وستين وثلثماية
اقام ثلاث سنين وستة اشهر ومات مسقيا
من احد كتاب النصاري لانكاره
عليه التسري وبعد وفاة البطرك
قطعت يد الكاتب المذكور في ايام
الحاكم ومات لوقته وكانت سيرة
هذا البطرك فاضلة ويصدق بجميع ماله
وابطل الشرطونية * وفي ايامه كان
سويرس بن المقفع اسقف الاشمونين
وخلا الكرسي بعده ستة اشهر وصير
عوضه فيلابانوس بطركا على
الاسكندرية لليعاقبة في سنة احدي
وسبعين وثلثماية اقام اربع وعشرين سنة
وسبعة اشهر ومات في ثالث هتور
وقيل انه قدم في السنة الخامسة للعزيز
بن المعز صاحب مصر في برمودة وفي
بطركيته مات العزيز صاحب مصر وتولي
موضعه الحاكم ولده * وفي ايامه كان
الواضح المتنصر المعروف بابن رجا الشاهد
الذي حمله القديس مرقوريوس من
بطحا مكة الي كنيسته بمصر في
ليلة واحدة وكان ذلك في حياة
سويرس بن المقفع اسقف الاشمونين
وصنف اربعة كتب الاول الواضح
وهو مشهور والثاني نوادر المفسرين
في تحريف المخالفين والثالث هتك
المحجوب والرابع سيرته * وكان هذا
البطرك محبا لجمع المال والاكل
والشرب والطيب وملازمة الحمام اخذ الشرطونية وقدس في بيعة مرقس الانجيلي

Imperator ad eum Nicephorum, ut cum eo quo modo vellet paciſceretur. at ſignificavit Sclerus Adaduddaulæ, eum afferre ſecum venenum, ipſi propinandum. unde, ut venit, eum prehendit, & incarceravit. prehendit quoque quidquid cum eo erat hominum & ſupellectilis. at æger factus eſt Adaduddaulas, & obiјt. manſeruntque omnes in vinculis ſpatium octo annorum.

Porro Ephrahem Syrus f. Zaraæ conſtitutus eſt Patriarcha Iacobitarum in ſede Alexandrina anno Martyrum 693 qui tertius erat Principatus Azizi Billa f. Muazzi Domini Aegypti, Hegiræ autem 367. utque ſedit annos tres & menſes ſex, obiјt, veneno ſublatus, à quodam Scriba Chriſtiano, quod non pateretur eum alere concubinam. Poſt obitum autem ejus, amputata fuit ſcribæ manus, tempore Hakemi, & mortuus eſt ſtatim. Natura autem hujus Patriarchæ excellens fuit. ſubſtantiam ſuam omnem pauperibus erogavit. & abolevit Sartoniam. fuitque ejus tempore Severus f. Macfaï Epiſcopus Aſmuninæ. Vacavit autem poſt eum ſedes ſex menſes. & ejus loco Alexandriæ Patriarcha Iacobitarum factus eſt Philoponus, anno 371: ſeditque annos 24, & menſes 7, ac obiјt tertio Haturi. Sunt tamen qui dicant eum conſtitutum fuiſſe anno quinto Azizi filiј Muazzi Domini Aegypti, menſe Barmudæ. Atque ipſo Patriarchâ, obiјt Azizus, & ſucceſſit in locum ejus Hakemus filius ejus. Fuit quoque eo ſedente feliciſſimus ille Interpres Sjahidus filius Righaï, quem Sanctus Mercurius una nocte † ex Valle lapidoſa Meccæ tranſtulit in Eccleſiam ejus in Aegyptum, id quod contigit vivente Severo filio Macfaï Epiſcopo Aſmuninæ. Compoſuit autem quatuor libros: quorum primus eſt Interpres, *qui celeberrimus eſt. ſecundus,* Eloquentia interpretum, & mutatio contradicentium. *tertius,* Revelatio occulti. *quartus,* Deſcriptio ſuæ vitæ. *Erat autem Patriarcha iſte Philoponus deditus amori pecuniarum, cibi, & potus, ac perpetuo hærebat in balneo. ſumpſitque Sartoniam. Cum autem in templo Marci Evangeliſtæ ſacra faceret,*

Ephrahem Patriarcha Alex.

Philoponus Patriarcha Alex.

Sjahidus f. Righai.

ſacra

vidit viſionem quandam, quâ perculſus, obijt.

وراي رويا اضطرب منها ومات

Templum Dominæ cedit Melchitis.

Ejus quoque tempore acceperunt Melchitæ à Iacobitis Templum Dominæ quod nunc ab ipſis vocatur templum Patriarchæ. cujus rei cauſa fuit, quod Azizus Billa Dominus Aegypti uxorem duxerat Chriſtianam Melchiticam, ex qua & filiam ſuſceperat. Erant autem ei mulieri duo fratres, quorum alterum nomine Ieremiam conſtituit Patriarcham Hieroſolymitanum: alterum autem Arſenium nomine, Patriarcham Melchitarum Alcahiræ, & Mitſræ. atque hi cum Azizo aliquam habebant familiaritatem quod avunculi filiæ ejus eſſent, unde & eo imperante promoti ſunt. Atque Arſenius iſte petierat templum illud, & is juſſerat ut id ei daretur.

وفي ايامه اخذت الملكية كنيسة السيدة من اليعاقبة وتعرف الان عندهم بكنيسة البطرك وسببه ان العزيز بالله صاحب مصر تزوج امراة نصرانية ملكية ورزق منها بنتا وكان للمراة اخوان احدهما اسمه ارميس صيره بطركا على بيت المقدس والاخر ارسانيس صيره بطركا الملكية على القاهرة ومصر وكان لهما من العزيز جانب لانهما اخولة ابنته وتقدما في مملكته وان ارسانيوس طلب الكنيسة من العزيز فامر ان تعطي له

Azizus Conſiliarium ſuum in carcerem conijcit.

Anno 373 prehendit Azizus Billa Dominus Aegypti Conſiliarium ſuum Iacobum filium Ioſephi, & Fadlum f. Salihi ac fratres ejus, juſſitq; in arcem portari quidquid in domibus eorum erat. & tranſlata ſunt è domo Conſiliarij ducenta aureorum Aegyptiacorum millia auri. & incarcerati fuerunt ſinguli ſeparatim. Tumultu autem à populo excitato, direpta ſunt fora. ſed Præfectus obequitans compeſcunt populum. Publicani autem qui ſederant domi Conſiliarij, tranſlati ſunt in arcem.

& dimittit iterum.

Duobus autem menſibus poſt, dimiſit eos iterum Azizus, & reſtitutæ fuerunt ipſis omnes facultates eorum. & munus quoque ſuum recepit Conſiliarius, uti & ducenta illa aureorũ millia, quæ è domo ejus ablata fuerant.

قال وفي سنة ثلاث وسبعين وثلثماية قبض العزيز بالله صاحب مصر على وزيره يعقوب بن يوسف وعلي الفضل بن صالح واخوته وحمل ما في بيوتهم الى القصر وحمل من دار الوزير مايتي الف دينار مصرية ذهبا واعتقلوا كل واحد بمفرده وتشوشت الناس ونهبت الاسواق وركب الوالي وسكن الناس وكانت الدواوين تجلس في دار الوزير فنقلوا الى القصر وبعد شهرين افرج عنهم واعيد عليهم جميع موجودهم واعيد الوزير يعقوب الى وزارته ورد عليه المايتي الف دينار التي كانت اخذت من داره

Romani aſtu capiunt arcem Ibrahimi.

Eodem anno potiti ſunt Romani in regione Rajanæ arce quadam quæ nominabatur Arx Ibrahimi. cujus rei cauſa hæc erat. Mulier quædam Armena detinebatur captiva in ea arce, quæ conſanguineos habebat in regione Rajanæ viros & mulieres. & inter mulieres quidem ei conſanguineas, mulier quædam erat ſtrenua, quæ & ſolers erat ac experiens, hæc cognatam ſuam captivam ſubinde adibat ac viſitabat, manebatque apud eam, & pernoctabat. viditque arcem paucos habere cuſtodes, & Præfectum ejus parum ſollicitum eſſe de cuſtodia ejus: & cogitare cœpit de capienda arce. aſcenditque in ſummum muri, atque ibi ſedit,

قال وفي هذه السنة ملك الروم قلعة في بلد رعبان تعرف بقلعة ابرهيم وسببه ان امراة ارمينية كانت اسيرة في القلعة وكان لها اخوة في بلد رعبان نساء ورجال وكان من اخواتها امراة حازمة وعندها خبرة وتجربة وكانت تتردد الى اختها الاسيرة وتزورها وتقعد عندها وتبات في الليل عندها فرات القلعة قليلة الحرس وصاحبها قليل الاهتمام بحصينها فعملت الحيلة على اخذ القلعة واطلعت في اعلا السور وقعدت

ac

كانها تغزل وتتحدث مع اختها وخزرت طول الموضع من اعلا السور الي اسفله ومضت الي اخواتها والرجال وعرفتهم الصورة وسهلت عليهم القضيه وحماتهم علي عمل سلالم حبال يصعدون بها الي القلعة واتفق ان صاحب القلعه في تلك الليلة شرب عند حرمه واختلابهم فلما طلعوا الرجال الارمن لم يجدوا علي الاسوار من الحراس سوى نفرين فقتلوهما وهجموا على صاحب القلعة فقتلوه هو واولاده ونادوا باسم باسيل ملك الروم ودعوا له فلما علم باقي من في القلعة خرجوا هاربين وصارت القلعة بيد الارمن فارسلوا الي الملك باسيل بان يسلموها اليه فتسلمها منهم واحسن اليهم وانعم عليهم وجعل مقدمهم من اكابر قواده وحضر الملك الي القلعة ونقل اليها كلما تحتاجه من السلاح والالات والطعام وغيره ۞

قال وفي سنة خمس وسبعين وثلثماية امتنع سعيد الدولة ابو الفضايل من حمل المال الذي قرر عليه للروم في كل سنه فسار بردس الفقاس الي داره وقاتلها وفتحها بالسيف وسبي اهلها في صفر سنة خمس وسبعين وثلثماية وسار سعيد الدولة الي دير سمعان في عمل انطاكية فحاصره في ثلاثة ايام وفتحه بالسيف يوم الاربعاء ثاني عشر ربيع الاخر من هذه السنة وقتل جماعه من الرهبان المقيمين فيه وكان ديرا عامرا اهلا وسبي خلقا كانوا التجوا اليه من بلاد انطاكية ودخل بهم الي حلب اسري واتصل بالملك باسيل ما جري علي دير سمعان وكتب الي بردس الفقاس بالانصراف عن افامية وكان قد نزل عليها وحاصرها ۞

وفي هذه السنة استولت البلغر علي حصن تلناس فولي باسيل الملك بالعساكر لاون المليسنوس وسار بالعساكر ونزل علي تلناس وغضب الملك على البرنكاس وابعده

ac ſi neret, & confabularetur cum cognata ſua, & dimenſa eſt altitudinem loci, inde à ſummo muri uſque ad imum ejus: abijtq́ ad cognatas ſuas & cognatos, ac ſignificavit eis negotium, & facilem prædicavit fore expeditionem. ac perſuaſit ijs ut ſcalas ex funibus facerent, quibus in arcem aſcenderent. Contigit autem ut ea nocte Præfectus arcis cum ſuis fuerit, & biberit. Poſtquam autem Armeni iſti in arcem aſcenderant, non invenerunt in muris ejus cuſtodes, niſi duos: quos occiderunt. hinc impetu in Præfectum facto, eum quoque interfecerunt, cum ſuis liberis: & clamarunt, Nomine Baſilij Imperatoris Romanorum. Vivat Baſilius. *Re autem intellecta, reliqui qui in arce erant egreſſi ſunt, ac fugerunt. Atque ita arce potiti Armeni, miſerunt ad Imperatorem Baſilium, ut eam ipſi traderent. is autem ab ipſis eam accepit, iſque benefecit, munera dedit, & præfecit quendam ex præcipuis ſuis ducibus. quin ipſe Imperator arcem ingreſſus eſt, juſſitque eam inſtrui omnibus rebus neceſſarijs, armis ſcilicet, inſtrumentis, cibo, & alijs.*

Anno 375 recuſavit Abulfadaijlus Saïduddaulas tributum quod Romanis in ſingulos annos numerare tenebatur. unde egreſſus Bardas Phocas Daram obſedit, & vi cepit, atque oppidanos captivos abduxit, menſe Safaro, anni 375. Saïduddaulas autem contendit ad Monaſterium Simeonis, quod in ditione erat Antiochiæ, idque poſt trium dierum obſidionem vi cepit, die Mercurij duodecimo Rabij poſterioris ejuſdem anni. & pleroſque, qui in eo erant, Monachos occîdit. erat autem Monaſterium à multis habitatum. eos autem qui in id è regione Antiochiæ confugerant, captivos abduxit, & Halebum vexit. Cumque imperator Baſilius intellexiſſet quid Monaſterio Simeonis contigiſſet, ſcripſit ad Bardam Phocam ut ab Afemia, quam obſidione jam cinxerat, diſcederet.

Romani capiunt Daram.

amittunt monaſterium Simeonis.

Eodem anno ceperunt Bulgari arcem Telnaſæ. & præfecit Imperator Baſilius exercitui Leonem Meliſſenum, qui cum copijs ſuis egreſſus arcem obſedit. Sed cum Imperator, iratus contra Brincam, eum removiſſet

Bulgari Telnaſam capiunt.

&

& domi ſuæ hærere juſſiſſet; is rebellis exercitum ad tumultum incitavit, ita ut ab arce diſcederet. qua de cauſa vehementer Imperator indignatus eſt contra Meliſſenum, eumque juſſit alterum è duobus eligere, nempe ut, aut ad obſidionem arcis reverteretur, eamque caperet: aut omnem eam pecuniam, quæ in eam expeditionem impenſa erat, reſtitueret. ille prius elegit, & cum exercitu ad arcem reverſus eſt, eamque cepit.

وامره بلزوم داره فارجف العسكر بعصيانه فرحل العسكر عن بلماس. فغضب الملك باسيل علي الملپسنوس لهذا الامر فخيره الملك في احدي خالتين وهما اما ان يعود الي حصن بلماس وياخذه او يعود بالمال الذي انفق علي العساكر عند خروجها اليه فضمن ان يعود وياخذه وعاد ومعه الجيوش ونزل علي الحصن فاخذه ۞

Phocas Dux Orientis.

Removit quoque Imperator Bardam Phocam Domeſticatu; & conſtituit eum Ducem Orientis, ac Præfectum Antiochiæ.

وخلع الملك بردس الفقاس من الدمستقيه وجعله دوقس علي المشرق وولاه انطاكية ۞

Pacem facit cum Abulfadaijlo.

Anno 376 fecit Bardas Phocas pacem cum Abulfadaÿlo Hamadanide, eâ lege ut is in ſingulos annos Imperatori afferret quadringenta ſtaterum argenteorum millia: quod pactum & ſcripto confirmatum fuit.

وفي سنة ست وسبعين وثلثماية وجد بردس الفقاس الهدنه مع ابي الفضايل بن حمدان علي ان يحمل الي الملك في كل سنة اربع مايه الف درهم فضة وكتب بينهم بذلك كتاب ۞

Filij Samuelis evadunt è carcere.

Eodem anno evaſerunt duo filij Samuelis (quos Zimiſces in Palatio incarceraverat,) anno captivitatis ſuæ octavo, inſidẽtes equis, quos ad fugam parari ſibi curaverant. cumque ad eam anguſtiam montium perveniſſent, quæ in Bulgariam penetrat, equi eorum viribus defecerunt; unde deſcenderunt, & in montem ſe abdiderunt, metuentes ne quis eos aſſequeretur. Cumque major natu minorem in via præcederet, contigit ut Bulgari quidam eum pro latrone per errorem occîderent. at ſequutus deinde minor natu, ijs quis eſſet ſignificavit. unde eum acceptum Regem ſuum conſtituerunt: & adjunxerunt ſe ei plurimi Bulgari. atque oppugnarunt regionem Romanorum. unde Imperator Baſilius cum magno exercitu contendit ad eos, & urbem quandam eorum obſedit dictam Anariam. ſed, cum intellexiſſet Bulgaros montiũ anguſtias occupaſſe, fugæ ſe dedit, cum toto ſuo exercitu. die ſeptimo Rabij poſterioris anni 376. ſed perſequuti eum ſunt Bulgari, & extremas copiarum ejus ſpoliarunt. atque hoc contigit anno decimo imperij ejus.

Baſilius cum Bulgaris bellum gerit.

وفي هذه السنة تحيل ولدا سمويل اللذان كان الشمشق اعتقلهما في البلاط وهي ثامنه حبسهما علي فرسين كانا قد اعداهما للهزيمة فلما وصلا الي الدرب النافذ الي البلغرية وقف الفرسان اللذان تحتهما فنزلا عنهما واختفيا في الجبل خوفا ممن يلحقهما وسبق الكبير الصغير في طريقه فقتله البلغر غلطا وظنوا انه من اللصوص وجاء الصغير في الاثر فعرفهم بنفسه فاخذوه وملكوه عليهم واجتمع اليه من البلغر خلق كثير وغزوا بلاد الروم فتوجه الملك باسيل نحوهم في جيوش عظيمة ونزل علي مدينتهم المسماة اسارية فبلغ الملك انهم اخذوا عليه الدرب فانهزم بعساكره لسبع خلون من شهر ربيع الاخر سنة ست وسبعين وثلثماية وتبعه البلغر ونهبوا اطراف عساكره وذلك في السنة العاشرة من ملكه . ۞

Sclerus liberatur.

Hoc cum intellexiſſet Sclerus, qui Bagdadi captivus detinebatur, miſit ad Samſamuddaulã ut ſe dimitteret, & occaſionem illam arriperet contra Imperatorem Baſilium: petijtq; ut viris & armis ſe juvaret,

واتصل ذلك بالسقلاروس وهو معتقل ببغداد فراسل صمصام الدولة في اطلاقه لينتهز الفرصه في باسيل الملك والتمس ان ينجده بالرجال والعدد

وبذل له القيام بما كان شرط لوالده
عضد الدولة فاجابه الى ذلك واخذ
عليه العهود والمواثيق واطلقه وافرج
عن ولده رومانس وساير اصحابه في
شعبان سنة ست وسبعين وثلثماية
واطلق لهم دوابا وسلاحا واحضر ابن
عقيل وبني عمر وامرهم بحفظهم الى ان
يصلوا الى بلدهم وثقل ذلك على
المسلمين وخاضوا في معناه وبلغ ذلك
السقلاروس فخاف ان ينعقب الامر
فيه فسال العرب ان يهربوا به فساروا
به وباصحابه الي حللهم وسلكوا بهم
في البرية الى ان عبروا الفرات ودخلوا
ملطية في شوال من السنة المذكورة
وكان كليب البطريق باسليق
على ملطية فقبض عليه واخذ ما
عنده من الاموال والكراع والالات
والكسوة وقوي بها ودعي لنفسه
بالملك ۞

وتحيل ايضا نقفور الاورنوس رسول
باسيل الملك الي عضد الدولة في امر
السقلاروس كما تقدمنا وذكرناه
وهرب ووصل الي باسيل الملك ۞

وتفاقم امر السقلاروس واجتمع اليه
من الارمن والعرب العقيليين والنميريين
عدد كثير واستنجد ايضا نبار
الكردي صاحب ديار بكر فارسل
اليه اخاه ابا علي في عسكر كبير
فاضطرب باسيل الملك الى ان عاد
بردس الفقاس الي الدمستقية في
ذي الحجة سنة ست وسبعين وثلثماية
وسير اليه الجيوش ورسم له ان يلقي
السقلاروس بعد ان استحلفه ويوثق منه
فكتب الفقاس الي السقلاروس يلتمس
منه الاتفاق على حرب باسيل الملك
واخذ مملكته وان يكون الفقاس
بمدينة القسطنطينية والسقلاروس في
جميع البلاد البرانية فاجابه الى ذلك
وتعاهدا عليه * فافكر رومانس بن
السقلاروس ذلك ولم يوافق واعلم
والده انها مكيدة من الفقاس عليه

dicens, ſe præſtare ei velle quod patri ejus Adaduddaulæ promiſiſſet. Samſamuddaulas morem ei geſſit, factoque cum eo fœdere & pacto, eum dimiſit, uti & filium ejus Romanum, & reliquos ejus ſocios, menſe Sjaabano anni 376. conceſſitque iis jumenta & arma. ſed advocavit filium Ocaili, & filios Omaris, eoſque juſſit illos obſervare, donec in regionem ſuam veniſſent. Cum autem Sclerus intelligeret Muſlimos ægrè admodum dimiſſionem illam ferre, & propter eam murmurare, ac metueret ne id tandem in ſe redundaret: rogavit Arabes iſtos, ut ocyus ſecum & cum ſociis ſuis, habitu eorum veſtitis, diſcederent. Itaque comitati ſunt eos in deſerto, donec trajecerunt Euphratem, & ingreſſi ſunt Malatiam, menſe Sjewalo anni ſupra commemorati. Erat autem Calibus Patricius, Baſilicus Malatiæ. atque eum prehendit Sclerus, & cepit quidquid apud eum erat pecuniarum, equorum, inſtrumentorum, & veſtium: quibus auctus, Regem ſe nominavit.

Capit Calibum Patricium.

Evaſit quoque Nicephorus Vranus, Legatus Baſilii Imperatoris ad Adaduddaulam in negotio Scleri, ſicuti ante commemoravimus, abiitque celeriter, & venit ad Baſilium Imperatorem.

Nicephorus Vranus quoque liberatur.

Cum autem res Scleri feliciter ſuccederent; adjunxerunt ſe ei Armeni, & Arabes Ocailitæ ac Nameritæ quam plurimi. cumque opem inſuper petiiſſet à Nabaro Kerdæo Domino Diarbecræ: miſit hic ad eum fratrem ſuum Abualim cum magno exercitu. Baſilius Imperator autem valde timuit; donec Domeſticatus reſtitutus fuit eſt Bardæ Phocæ, in Dulhiggia anni 376: cui & copias ſubmiſit, & injunxit ut contenderet obviam Sclero, poſtquam jusjurandū ab eo ſumpſit, & promiſſum fidelitatis. At ſcripſit Phocas ad Sclerum, & petiit ab eo ut ſecum conſpiraret de bello inferendo Baſilio, & regno ejus invadendo: utque ipſe eſſet Conſtantinopoli; Sclero autem cederent omnes regiones extraneæ. qua conditione accepta, Sclerus pactum cum eo fecit. Sed filius Scleri Romanus factum id improbavit, nec approbare potuit: patri ſuo dicens, ea ratione fore ut Phocas eū deciperet.

Scleri fortuna.

Bardas Phocas cum Sclero conſpirat.

ſed

ſed is filio ſuo non auſcultavit: unde hic, relicto ſuo patre, abiit ad Baſilium Imperatorem, & rem omnem ei aperuit. Phocas autem contendit ad fluvium Gjaihanem, atque ibi convenit Sclerum, & contulerunt una de iis quibus opus foret copiis & pecuniis. deinde à ſe invicem diſceſſerunt. promiſſo utrimque dato, fore, ut iterum convenirent. Sed, cum deinde reverſus eſſet Sclerus, ut ſecundo Phocam conveniret, prehendit eum Phocas, & vinctum detinuit, in arce quadam, in qua uxor Phocæ erat: eique dixit. Vtique ego metui mihi à te. itaque manebis in hac arce, donec ego voti mei fiam compos. cumque regno potitus ero; concedam tibi id quod ſtatutum eſt, neque te fallam. Ac tunc Bardas Phocas rebellionem ſuam prodidit, ſeque Imperatorem nuncupavit, in Gjumada poſteriori, anno 377: & poſſedit omnes eas regiones quæ ſunt ad litus uſque maris. Cumque negotia ejus feliciter ſuccederent, timere ſibi vehementer ab eo cœpit Imperator Baſilius, quem & pecunia jam deficiebat. unde coactus fuit mittere ad Regem Ruſſorum, qui inimici ejus erant, auxilium ab eo implorans. is autem id ei promiſit, petitâ ab eo affinitate. duxitque Rex Ruſſorum ſororem Baſilii Imperatoris Romanorum, poſtquam hic ab eo obtinuit, ut religionem Chriſtianam amplecteretur. Miſitq; ad eum Baſilius Epiſcopos, qui religione Chriſtiana imbuerent tum ipſum, tum omnem populum ejus. Atque ante illud tempus nulla eis fuerat reli~~gionem~~ profeſſi erant quidquam. Sunt autem populus magnus: & ab eo tempore ad hoc uſque omnes ſunt Chriſtiani. Hinc contendit Ruſſorum Rex cum omnibus copiis ſuis ad Imperatorem Baſilium. cumque eum jam conveniſſet, conſtituerunt occurrere Bardæ Phocæ, & terrâ marique ad eum contenderunt: & in fugam eum verterunt: potituſque eſt Baſilius toto ſuo regno, & vicit Phocam, eumque occidit, tertio Muharrami, anno 379. & portatum fuit caput ejus Cōſtantinopolim, atque ibidem affixum. Rebellaverat autem annum unum, & menſes ſeptem. Hæc ut intellexit uxor Phocæ, dimiſit Sclerum è carcere. & adjunxerunt ſe ei omnes ii hoſtes Imperatoris, qui cum Phocâ fuerant.

Phocam in vinculis detinet,

& rebellat.

Imp. Baſilius ſuppetias à Ruſſis petit,

Ruſſi Chriſtianam religionem amplect[un]tur.

Phocas vincitur & perit,

فلم يقبل منه ابوه فتركه ومضي الي
باسيل الملك واعلمه بصورة الامر وسار
الفقاس الي جيحان واجتمع مع
السقلاروس وتفاوضا فيما يحتاجا اليه
من العساكر والاموال وانفصلا علي وعد
ان يجتمعا مرة اخري وعاد السقلاروس
واجتمع مع الفقاس مرة اخري فقبض
الفقاس علي السقلاروس واعتقله بحصن
كانت زوجته فيه وقال انني تخوفت
منك فتبقي في هذا الحصن الي ان
ابلغ قصدي فاذا استوليت علي
المملكة اوفيت لك بما تقرر ولم
اغدر بك وكاشف بردس الفقاس
بالعصيان ودعي لنفسه بالملك في
جمادي الاخرة سنة سبع وسبعين وثلثماية
وملك ساير بلاد الروم الي شاطي البحر
واستفحل امره وخاف منه باسيل الملك
خوفا عظيما ونفدت امواله ودعته
الضرورة الي تراسل ملك الروس وهم اعداه
والتمس منه المعاضدة فاجابه ملك
الروس الي ذلك والتمس منه المصاهرة
وتزوج ملك الروس اخت باسيل ملك
الروم بعد ان اشرط النصرانية وارسل اليه
مطارنة نصروه هو وجميع اهل بلاده ولم
تكن لهم قبل ذلك شريعة ولا يعتقدون
شيا وهم امة عظيمة ومن ذلك صاروا
جميعهم نصاري الي الان وتوجه ملك
الروس بجميع عساكره الي خدمة
باسيل الملك واجتمع به واتفقا علي لقا
بردس الفقاس وتوجهوا نحوه برا وبحرا
وهزموه واستولي باسيل الملك علي جميع
مملكته وظفر ببردس الفقاس فقتله
في ثالث المحرم سنة تسع وسبعين وثلثماية
وحمل براسه الي القسطنطينية ونصب
بها وكانت مدة عصيانه سنة واحدة
وسبعة اشهر واتصل الخبر بزوجة بردس
الفقاس فاطلقت السقلاروس من
الاعتقال واجتمع اليه جميع من كان مع
بردس الفقاس من اعدا باسيل الملك

وطلب الملك لنفسه ولبس الخف الاحمر
وارسل السقلاروس الي قسطنطين اخي
باسيل الملك وساله ان يصلح امره مع
اخيه باسيل الملك ويعود في طاعته
ويصفح عن ذنبه فاجابه الي ذلك وخلع
نفسه في مستهل رجب سنة تسع وسبعين
وثلثماية واحضره قسطنطين الي اخيه
باسيل ملك الروم ووطي بساطه واستقر
الحال علي ان يجعل السقلاروس
قربلاط ۞

وغضب باسيل الملك علي اغابيوس
البطريرك ونفاه عن انطاكية والزمه
المقام في احد الاديرة بالقسطنطينية وله
يوميذ في الرياسة اثني عشرة سنة وكان
السبب في ذلك انه وجد في صناديق
بردس الفقاس كتابا من اغابيوس
البطرك يصوب رايه في الخروج عن
طاعة الملك ويقوي عزمته فاقام في
النفي قريبا من سبع سنين * وفي هذه
المدة تعمل الشرطونيات في كرسيه ۞

وفي السنة الرابعة عشرة من ملك
باسيل ملك الروم وهي سنة تسع وسبعين
وثلثماية حدثت بالقسطنطينية زلازل
عظيمة ووقع ثلث كنيسة اجيا صافيا
وخسفت دور كثيرة في نيقوميدية
علي سكانها وجدد باسيل ما سقط في
كنيسة اجيا صافيا ورده الي ما كان
عليه ۞

وفي مدة عصيان الفقاس واشتغال
باسيل الملك لغزوه انتهز البلغر الفرصة
وغزوا بلاد الروم دفعات واحرقوا واخربوا
ونهبوا الي بلد سلوقيا فتجهز باسيل
الملك لغزوهم وخرج الي طراقية في سنة
ثمانين وثلثماية واستدعي السقلاروس
ليتوجه معه الي الغزاة وكان مريضا
فحمل الي بين يدي الملك في سرير فلما
شاهد حاله امره بالمقام في بيته ووصله
بقنطار من ذهب ليتصدق به وتوجه
الملك الي البلغر وبعد ايام يسيرة مات
السقلاروس وذلك في سابع عشر
من ذي الحجة سنة ثمانين وثلثماية

unde ſtuduit imperium ad ſe trahere, atque induit caligas purpureas. ſed poſtea miſit ad Conſtantinum fratrem Baſilij Imperatoris, abſque eo petijt ut reduceret ſe in gratiam fratris ejus: ſe ſi delicto ei ignoviſſet, in obedientiam ejus rediturum. Is autem id fecit: unde & Sclerus imperio ſuo renuntiavit, initio menſis Regjebi anni 379. Duxitque eum Conſtantinus ad fratrem ſuum Baſilium Imperatorem Romanorum: fuitque ei ſtratum tapetum. & compoſitum fuit totum negotium, idque eo modo ut Sclerus eſſet Cyropalates.

Reconciliatur Imperatori.

Agabius Patr. Antiochenus removetur.

Porro Baſilius Imperator indignatus contra Agabium Patriarcham, eum ejecit Antiochiâ, & manere coegit Conſtantinopoli, in quodam monaſterio, cum jam præfuiſſet duodecim annos. Cauſa autem ejus rei erat, quod Baſilius in ciſtis Bardæ Phocæ inveniſſet epiſtolam quandam ejus, quâ approbabat conſilium Phocæ de rebellione, & confirmabat eum in iſto propoſito. Manſit autem in iſto exilio fere ſeptem annos: atque eo tempore fiebant ſartoniæ in ſede ejus.

Terræmotus Conſtantinopoli.

Anno autem decimo quarto Baſilij Imperatoris Romanorum, qui erat 379 magni extiterunt Conſtantinopoli terræmotus, & concidit tertia pars hagiæ Sophiæ: & corruerunt multa ædificia Nicomediæ in habitatores ſuos. Baſilius autem reſtauravit ea quæ de templo hagiæ Sophiæ conciderant, eaque ad priſtinam formam reduxit.

Baſilij expeditio in Bulgaros.

Eo autem tempore quo rebellaverat Phocas & totus fuerat Baſilius Imperator in eo oppugnando, Bulgari, arreptâ occaſione, oppugnaverant regionem Romanorum aliquoties, atque incendijs, vaſtatione, & direptione graſſati erant uſque ad civitatem Seleuciæ. Ea de cauſa armavit ſe Baſilius Imperator ad bellum ijs inferendum: abijtque in Thraciam, anno 380. & vocavit Sclerum, ut ſecum in bellum iret. ſed hic æger erat, & in lecto portatus eſt ad Imperatorem: qui cum coram vidiſſet valetudinem ejus, juſſit eum manere domi ſuæ: deditque ei ſeptuaginta aureorum millia eroganda in eleemoſynas: & profectus eſt contra Bulgaros. & paucis diebus poſt obijt Sclerus, die ſcilicet decimo ſeptimo Dulhuggiæ anno trecenteſimo octuageſimo,

Sclerus moritur.

ita

ita ut inter cædem Bardæ Phocæ, & obitum Scleri non fuerint duo anni. Baſilius autem Imperator occurrit Bulgaris, eoſque in fugam vertit: perrexitque regionem eorum oppugnare quatuor annos. & plurima de munimentis eorum cepit, quorum quædam ſervavit: ſed diruit ea quæ videbat teneri non poſſe; & inter cætera civitatem Berrhœam.

Tempeſtas in Aegypto. *Anno trecenteſimo ſeptuageſimo octavo die Sabbathi, qui vigeſimus ſeptimus erat Dulhiggiæ, accidit in Aegypto tonitru vehemens, & venti tempeſtuoſi, qui durarunt ad mediam uſque noctem: & obducta fuit urbs tenebris, quibus ſimiles non viderant, donec illuceſceret aurora, quo tempore egreſſa eſt è cælo tanquam columna ignis, à qua & cælum & terra vehementer rubebant. & apparuit in aëre tantum pulveris, ut reſpirationem impediret, ac duravit id uſque ad horam quartam diei, quo tempore ſol apparuit, mutato colore. & ita quoque mutato colore deinceps ortus eſt, ad diem uſque Iovis, ſecundum Muharrami anni 379.*

Cometa. *Apparuit quoque in occidente ſtella cui coma erat die Solis, vigeſimo die Rabij poſterioris anni 379: & duravit dies aliquot & viginti, conſpecta ſingulis noctibus: deinde evanuit.*

obitus Iacobi f. Ioſephi. *Anno 386 obijt Iacobus filius Ioſephi f. Caleſi Conſiliarius Azizi f. Muazzi domini Aegypti menſe Dulhiggia. erat autem vir felicis ingenij, boni regiminis, reverendus, valde peritus gubernationis regni. Fuerat autem primum Iudæus, ſed iſlamiſmum amplexus erat tempore Cafuri Achsjidæi. qui & miniſterio ejus in quibuſdam eſt uſus. poſt mortem autem hujus contendit in Occidentem, ad Muazzum Lidinilla, eique auctor fuit, ut Aegyptum peteret. poſtquam autem Muazzus Aegyptum eſt ingreſſus, præfecit eum tributo: cujus inſpectionem habuit donec eum conſtituit Conſiliarium. tempore autem obitus ejus, vectus fuit Azizus domum ejus. & oravit pro eo, ac luxit atque deflevit eum. & merebatur utique iſtud.*

Terræmotus Antiochiæ. *Anno trecenteſimo octuageſimo primo ortus eſt Damaſci terræmotus magnus die*

وكان بين قتل بردس الفقاس وموت السقلاروس دون سنتين ✱ واما باسيل الملك فانه لقي البلغر وهزمهم واقام وغار بابلادهم اربع سنين وفتح حصونا كثيرة من حصونهم وحفظ بعضها واخرب ما علم انه لا ينضبط وفي جملة ما اخرب مدينة باريا ۞

وحدث بمصر ليلة السبت السابع والعشرين من ذي الحجة سنة ثمان وسبعين وثلثماية رعد شديد ورياح عواصف ولم تزل الى نصف الليل واسودت المدينة سوادا لم يروا مثله الي وجه الصبح وخرج من السماء مثل عمود نار واحمرت منه السماء والارض احمرارا شديدا وكان يظهر في الجو غبار كثير ياخذ النفس ولم يزل كذلك الي الساعة الرابعة من النهار وظهرت الشمس متغيرة اللون ولم تزل تطلع متغيرة اللون الي يوم الخميس ثاني المحرم سنة تسع وسبعين وثلثماية ✱ وظهر كوكب له ذوابة في المغرب ليلة الاحد العشرين من ربيع الاخر سنة تسع وسبعين وثلثماية واقام نيفا وعشرين يوما يظهر كل ليلة ثم غاب بعد ذلك ۞

وفي سنة ثمانين وثلثماية مات الوزير يعقوب بن يوسف بن كلس وزير العزيز بن المعز صاحب مصر في ذي الحجة وكان رجلا جيدا العقل حسن السياسة كثير الهيبة خبيرا بتدبير المملكة وكان يهوديا في اول امره واسلم في ايام كافور الاخشيدي وتصرف في بعض خدمه وخرج بعد موته الي الغرب وقصد المعز لدين الله وحمله الى قصد الديار المصرية فلما دخل المعز الي مصر قلده خراجها ولم يزل ينظر فيه الي ان قلده العزيز الوزارة وركب العزيز الي داره يوم موته وصلي عليه وحزن وبكا وكان مستحقا لذلك ۞

وفي سنة احدي وثمانين وثلثماية حدث بدمشق زلزلة عظيمة ليلة السبت

سابع عشر المحرم وسقط فيها زهـا الف
دار ومـات تحت الردم خلق كثير
وخسف في تلك الليلة قرية من قري
بعلبك ولم تزل الزلازل متتابعة الي يوم
الجمعة الرابع عشر من صفر وخرج الناس
من دورهم الي الصحاري ۞

decimo ſeptimo Muharrami. ita ut ibidem corruerent ad mille domicilia: & ſub ruinis eorum multi mortales perirent. Corruit quoque eo die pagus quidam è pagis Balabeci. & non ceſſarunt continui motus ante diem Veneris, 14 Safari. & exierunt homines è domibus ſuis in campos.

CAPUT SEXTUM.

الخامس والعشرون من الخلفاء العباسيين
وهو السادس والاربعون القادر
بالله ابو العباس احمد بن اسحق
بن المقتدر بن المعتضد *

Vigeſimus quintus Abbaſidarum, & Chalifa quadrageſimus ſextus AHMED ABULABBAS CADIRUS BILLA, filius Iſhaci, f. Muctadiri, f. Mutadidi.

بويع له بالخلافة لاحدي
عشرة ليلة خلت من شهر
رمضان سنة احدي
وثمانين وثلثماية وتزوج سكينة ابنة
الملك بهاء الدولة بن عضد الدولة بن
بويه في سنة ثلاث وثمانين وثلثماية علي
صداق ماية الف دينار ۞

CREATUS *eſt Chalifa decimo nono Sjaabani, anno trecenteſimo octuageſimo primo. & duxit Sekinam filiam Regis Bahaiuddaulæ filij Adaduddaulæ filij Bojæ anno trecenteſimo octuageſimo tertio, dotem ei dans centum aureorum millia.* Cœpit 26 Februarij A.C. 993.

وفي سنة خمس وثمانين وثلثماية
توفي الصاحب ابو القاسم بن عباد
وزير الملك فخر الدولة بن ركن الدولة
بن بويه وهو اول من دعي بالصاحب
من الوزرا وسيرته كان فاضلا عالما
كريما مدبرا حسن السياسة والرسايل
الحسنة البديعة والاشعار الجيدة الفايقة
ومن جملة شعره قوله

Anno 385 obijt Socius Abulcaſimus f. Ajadi Conſiliarius Regis Fachruddaulæ f. Rucnuddaulæ, f. Bojæ. atque hic primus inter Conſiliarios vocatus eſt Socius. *Ad naturam ejus quod attinet. Vir fuit egregius, eruditus, honorabilis, prudens, boni regiminis. epiſtolas ſcribebat elegantes & ingenioſas, & verſus quoque bonos atque excellentes. inter alios autem verſus & hos fecit.*

Cœpit 5 Februarij. A.C. 995.
Obitus Abulcaſimi f. Ajadi.

وقد احن الي من مات من كرم حنين ارض الي متساقط المطر *
وقد تبات يدي عن كاسها غضبا ومحبب الادن ايضا بعد الوتر *
حتي املك هدي ما تجود به واسمع الحمد بالاخري علي الاثر *

ومن قوله ايضا *item hos*

وسادن صفاته تعجز عنها صفتي *
هوي لتقبيل يدي فقلت لا مل شفتي *

وفي سنة ست وثمانين وثلثماية
كانت وفاة العزيز بالله صاحب مصر
بالحمام ببلبيس في شهر رمضان وقد
ذكرنا ذلك وكانت مدة ملكه

Anno trecenteſimo octuageſimo ſexto obijt Azizus Billa Dominus Aegypti, in balneo Belbaiſi, menſe Ramadano, uti ſupra diximus. Imperavit autem Cœpit 25 Ian. A.C. 996.

Azizi Billa Regis Aegypti obitus.

annos

annos 21, menſes 6 & dies 17. & vixit annos 42, menſes 8, & dies 14. Ad naturam ejus quod attinet. Egregiæ fuit indolis, boni regiminis, & valde ſollicitus de ſalute populi.

Succeſſor Hakemus Biamrilla.

Mortuo autem Azizo Domino Aegypti, ceſſit imperium filio ejus Hakemo Biamrillæ tertio Fatimidarum, filio Abulmanſoris f. Barari, die Martis vigeſimo octavo menſis Ramadani anni 386. natus autem erat Alcahiræ in Rabio priori anni 375, ita ut cum imperare inciperet natus eſſet annos undecim: ſed adminiſtrabat pro eo imperium Arghuanus miniſter, juſſu patris ejus Azizi Billæ.

Cœpit 13 Ian. A.C. 997. Fachruddaulas obit.

Anno 387 obijt Fachruddaulas filius Rucnuddaulæ filij Bojæ, die decimo Sjaabani. & ſucceſſit ei in Imperio Raijæ & ditionis ejus filius Ruſtemus Maghduddaulas f. Fachruddaulæ f. Rucnuddaulæ, f. Bojæ. atque id cognomen ei dedit Chalifa Cadirus Billa: qui & auctoritatem conſignatam ei miſit, & veſtem imperialem.

Eodem anno potitus eſt Fanuſus f. Waſmakini Gjorgjana & Tabriſtana.

Cœpit 3. Ianuarij. A.C. 998.

Anno 388 occiſus fuit Samſamuddaulas f. Adaduddaulæ: id quod hoc modo contigit. Commemoravimus ſupra exitum ejus è carcere, & quod poſſideret munimenta quædam Dailamæ. erant autem Abunaſrus affinis Firuzi, & Abulcaſimus filij Azzuddaulæ f. Muazzuddaulæ f. Bojæ, ibi incarcerati, inde ab obitu patris ſui. at poſtea corruperunt quoſdam præfectos, ita ut eos dimitterent. Hinc multas collegerunt copias, & ſumpſit Abunaſrus quidem cognomen Nuruddaulæ Muhialummæ, Abulcaſimus verò, Hiſamuddaulæ Saijdulummæ. abijtque Abulcaſimus Argjanum, cujus & dominium acquiſivit à Vicario quodam Samſami. Hinc contenderunt ad Samſamum ipſum: qui eos timens, cõtendit in arcem Sjirazi: ut ſe ibi miniret. ſed Præfectus arcis noluit eum intromittere, unde cum trecentis viris abijt Ahwazam. at occurrit patrueli ſuo Abulcaſimo f. Azzuddaulæ, prælioque commiſſo, occiditur:

احدى وعشرين سنة وستة اشهر وسبعة عشر يوما * وكان عمره اثنتين واربعين سنة وثمانية اشهر واربعة عشر يوما * سيرته كان جميل السيرة حسن السياسة شديد الاهتمام بمصالح الرعية ۞

قال ولما توفي العزيز صاحب مصر بويع بالخلافة لولده الحاكم بامر الله الثالث من الفاطميين ابن ابي المنصور بن برار يوم الثلثا الثامن والعشرين من شهر رمضان سنة ست وثمانين وثلثماية وكان مولده بالقاهرة في ربيع الاول سنة خمس وسبعين وثلثماية ولما بويع له كان عمره احدى عشرة سنة فقام بتدبير الامر ارجوان الخادم بوصية ابيه العزيز بالله ۞

وفي سنة سبع وثمانين وثلثماية كانت وفاة فخر الدولة بن ركن الدولة بن بويه وذلك لعشر مضين من شعبان فقام بالملك بعده في الري واعمالها ولده مجد الدولة رستم بن فخر الدولة بن ركن الدولة بن بويه لقبه بذلك الخليفة القادر بالله وبعث اليه بالعهد والخلع السلطانية ۞

وفي هذه السنة استولي فانوس بن وسمكين علي جرجان وطبرستان ۞

قال وفي سنة ثمان وثمانين وثلثماية كان مقتل صمصام الدولة بن عضد الدولة ومن حديث ذلك انا كنا ذكرنا مخرجه من محبسه وتملكه بعض قلع الديلم وكان ابو نصر صهر فيروز وابو القاسم ابنا عز الدولة بن معز الدولة بن بويه معتقلين بها من وفاة ابيهما ثم انهما خدعا بعض الموكلين فاطلقوهما فجمعا جموعا عظيمة وتلقب ابو نصر بنور الدولة محيي الامة وقويا وتلقب ابو القاسم بحسام الدولة سيد الامة وقويا وسار ابو القاسم الي ارجان فملكها من نايب صمصام وقصدا صمصام الدولة فخاف منهما وقصد قلعة شيراز ليتحصن بها فغلق واليها الباب في وجهه فمضي في ثلثماية رجل الي الاهواز فلقي بن عمه ابا القاسم بن عز الدولة فتقاتلوا فقتل صمصام

واتي براسه الي ابي نصر بن عز الدولة في طست فلما راءه قلل هذه سنة سنها ابوك يعني بقتله عز الدولة بن عمه ۞

وفي سنة تسع وثمانين وثلثماية استولي السلطان يمن الدولة محمود بن سبكتكين صاحب الهند علي اعمال خراسان واخذها من عبد الملك بن نوح الساماني وهو اخر الملوك السامانية ۞

وفي سنة احدي وتسعين وثلثمايه كانت وفاة ابي الفضايل بن سعد الدولة بن سيف الدولة بن عبد الله بن حمدان صاحب حلب وذلك في منتصف صفر فيقال ان جارية سقته سما ويقال ان لولو غلام ابيه دس ذلك علي ابي الفضايل وكان له الامر كله ولم يكن لابي الفضايل الا مجرد الاسم وكانت مدة مملكة ابي الفضايل تسع سنين وشهور وخلف ولدين ابا الحسن علي وابا المعالي شريف فعقد لهما الملك بحلب وقام بامرهما لولو الخراجي وابنه منصور بن لولو فبقيا كذلك مدة ثم اخرجهما لولو فمضيا الي مصر واستقر الملك للولو وابنه منصور ۞

وفي هذه السنة قتل ابو نصر بن عز الدولة واتي براسه الي بن عمه بها الدولة بن عضد الدولة وذلك بعد حروب طويلة جرت بينهما واستولي بها الدولة علي ما كان بيد ابني عز الدولة ۞

وفي سنة سبع وتسعين وثلثماية خرج علي الحاكم صاحب مصر رجل من بني اميه من ولدة هشام بن عبد الملك بن مروان بن الحاكم واسمه الوليد وتلقب الناير بامر الله وجرت بينه وبين الحاكم حروب كثيرة اخرها ان الحاكم ظفر به وقتله بمصر بعد اشهاره ۞

وفي سنة تسع وتسعين وثلثماية كانت وفاة لولو الخراجي صاحب حلب في ذي الحجة فملك حلب بعده مرتضي الدولة ابو نصر منصور بن لولو واستقر له الامر فيهما ۞

& caput ejus in diſco affertur ad Abunaſrum f. Azzuddaulæ, qui eo viſo, Hæc eſt, *inquit*, doctrina, quam docuit pater tuus, *dum ſcilicet occidit Azzuddaulam f. patrui ſui.*

Anno trecenteſimo octuageſimo nono potitus eſt Princeps Mahmudus Iamanuddaulas f. Sebectekini Dominus Indiæ ditione Choraſanæ, & eripuit eam Abdulmelico f. Nuhi Samanæo, qui ultimus fuit Regum Samanæorum. Cœpit 23 Decemb. A.C. 998. Sebectekinus potitur Choraſana

Anno 391 obijt Abulfadaïlus f. Saaduddaulæ, f. Saifuddaulæ, f. Abdallæ f. Hamadani, Dominus Halebi, idq; in medio menſis Safari. Ajunt autem puellam quandam venenum ei miniſtraviſſe. alij volunt Miniſtrum patris ejus Luluum id procuraviſſe. Erat autem penes Luluum omnis poteſtas, & Abulfadaïlus ſolum habebat titulum. Regnavit Abulfadaïlus annos novem, & aliquot menſes. Filios reliquit duos, Alim Abulhaſenum, & Sjerifum Abulmaalim, quibus ceſſit imperium Halebi: ſed quod eorum nomine adminiſtrabat Luluus Charaghæus, cum filio ſuo Manſore f. Lului. atque ita aliquamdiu manſerunt. Sed poſtea ejecit eos Luluus, & abierunt in Aegyptum: ac remanſit Imperium Luluo & filio ejus. Cœpit 1 Decemb. A.C. 1000. Abulfadaijlus Rex Halebi moritur. Luluus ejus filios eijcit.

Eodem anno occiſus fuit Abunaſrus f. Azzuddaulæ, & allatum fuit caput ejus ad patruelem ejus Bahaiuddaulam f. Adaduddaulæ: idque poſt longum inter eos bellum. & potitus eſt Bahaiuddaulas ijs omnibus quæ poſſederant duo filij Azzuddaulæ. Cædes Abunaſri f. Azzuddaulæ.

Anno 397 prodijt contra Hakemum Dominum Aegypti vir quidam Ommiades, è progenie Hisjami f. Abdulmelici, f. Merwanis f. Hakemi, nomine Walid, cognomen aſſumens Naïri Biamrillæ. multiſque ab eo & Hakemo commiſſis prælijs, tandem eum vicit Hakemus, atque occidit, in Aegypto, cum jam menſes aliquot turbaſſet. Cœpit 27 Septemb. A.C. 1006 VValid Ommiades.

Anno trecenteſimo nonageſimo nono obijt Luluus Charaghæus Dominus Halebi, menſe Dulhiggia. & imperavit Halebi poſt eum Manſor Abunaſrus Murtadiddaulas f. Lului, cui & imperium ibi fuit ſtabilitum. Cœpit 5 Septemb. A.C. 1008 Lului obitus, ſucceſſor, Manſor.

Anno

Cœpit 14 Auguſt. A.C.1010

Carwaſus deficit ad Hakemum

Anno 401 oravit Carwaſus f. Muctadiri Præfectus Mauſilæ nomine Hakemi Domini Aegypti. Hinc abiyt Cufam, atque effecit ut ibi quoque ejus nomine oraretur. quâ re Rex Bahaiuddaulas, qui tunc Argjani erat, conturbatus, ad Carwâſum ſcripſit, & factum ejus reprehendit. unde abolita fuit vocatio Hakemi, & reſtituta iterum vocatio Cadiri Billæ: qui ad Carwaſum miſit dona, quæ triginta valebant aureorum millia, eumque increpavit. ſed is excuſatione apud eum eſt uſus.

Cœpit 4. Auguſt. A.C. 1011

Cadirus Billa ſcribit contra Reges Aegypti.

Anno 402 juſſit Cadirus Billa ſcribi diploma, continens vituperium generis Chalifarum Aegypti, quodque originem ducerent à Diſania, & Chariſæi eſſent, nec quidquam haberent commune cum Ali f. Abutalibis. id quod probavit allegatâ auctoritate magnorum aliquot auctorum, inter quos erant Nobiles illi Radis & Murtadis; item Abuhamid Aſcaranæus, & Abulhaſenus Caduræus.

Cœpit 23 Iulij. A.C 1012.

Bahaiuddaulæ Regis Iracæ obitus.

Anno quadringenteſimo tertio obiyt Bahaiuddaulas f. Adaduddaulæ f. Rucnuddaulæ f. Bojæ, Dominus Iracæ: idque in Gjumada poſteriori. accidit enim ei epilepſia, quæ prævalens, eum occidit. Regnavit autem in Iraca annos viginti tres, & menſes undecim. atque obiyt Argjani. & regnavit poſt eum filius ejus Abuſugjaüs Sultanuddaulas: cui & Chalifa Cadirus Billa ſcripſit auctoritatem conſignatam. quin & inauguravit eum: & conſtituit eum in locum patris ejus. is autem ſedem imperij ſui fixit Sjirazi.

Cœpit 2 Iulij. A.C 1014.

Manſor bellum infert filijs Kilabi, & capitur.

Anno 405 provĳt Mãſor. Abunaſrus Murtadiddaulas f. Lului, Dominus Halebi bellum illatũ filijs Kilabi, ut ſuo loco arci præfecerat Fatahum patris ſui miniſtrum. acerrimo autem prælio cõmiſſo, Salihus quidam filius Mardaſi, f. Abuidriſi, f. Naſri f. Ghamili, ex filijs Kilabi cepit Manſorẽ. ſed deinde eum dimiſit, ut libertatem ſuam redemit altera parte eorũ quæ poſſidebat; domeſticorũ nempe, pecuniarum, & ſupellectilis. Hinc Manſor abiens, celerrime ſe recepit in Regionem Romanorum. Cumq; Fatahus rebellaviſſet in arce Halebi, & defeciſſet ad Hakemum; conceſſit ei Hakemus tributum Tſidonis, Beryti, ac Tyri, & cognominavit eũ

Fatahus Præfectus Halebi rebellat.

قال وفي سنة احدي واربعماية خطب قرواس بن المقتدر صاحب موصل للحاكم صاحب مصر ثم مضي الي الكوفة فاقام بها الخطبة للحاكم وكان الملك بها الدولة يوميذ بارجان فانزعج لذلك فكاتب قرواس ينكر عليه ما فعل فازيلت دعوي الحاكم واعيدت دعوي القادر بالله وبعث القادر لقرواس ما قيمته ثلاثين الف دينار وعاتبه فاعتذر اليه ۞

وفي سنة اثنين واربعماية امر القادر بالله بكتب محضر يتضمن القدح في نسب خلفاء مصر وان اصلهم من الديصانيه وانهم خوارج وعلي بن ابي طالب بري منهم واشهد فيه جماعة من الاكابر منهم الشريفان الرضي والمرتضي وابو حامد الاشقراني وابو الحسن القدوري ۞

وفي سنه ثلاث واربعمايه كانت وفاة بها الدوله بن عضد الدولة بن ركن الدولة بن بويه صاحب العراق وذلك في شهر جمادي الاولي وكان حدث به صرع يبالغ عليه فقتله وكانت مدة ملكه بالعراق ثلاث وعشرين سنة واحد عشر شهرا وكانت وفاته بارجان فقام بالملك بعده ولده سلطان الدوله ابو شجاع وكتب له الخليفة القادر بالله العهود وخلع عليه واقامه مقام والده واقام بشيراز بتدبير الملك ۞

وفي سنة خمس واربعماية خرج مرتضي الدوله ابو نصر منصور بن لولو صاحب حلب لمحاربة بني كلاب واستناب بالقلعه فتح غلام ابيه واشتد القتال بين مرتضي الدوله وبني كلاب فاسره صالح بن مرداس بن ابي ادريس بن نصر بن جميل من بني كلاب ثم باعه نفسه بنصف ما يملكه من عين وورق وعروض واطلقه وعاد مرتضي الدولة هاربا الي بلاد الروم ولما عصي الفتح بقلعه حلب وانتمي الي الحاكم اقطعه الحاكم صيدا وبيروت وصور ولقبه

 Mubare-

مبارك الدولة وسعدها واستمر مقامه
بحلب من قبل الحاكم وعدل على
الرعية واحسن اليهم ولم يزل كذلك
حتي ان ورد عزيز الدولة ابو شجاع قايد
في شهر رمضان سنة سبع واربع ماية
فعصي بحلب ودعي الي نفسه ۞

وفي سنة احدي عشرة واربع ماية
كان مقتل الحاكم بامر الله
وكان سببه انه بعث الي اخته
ست الملوك ابنة عزيز يتهددها
ويقول لها كلاما قبيحا فوافقت
رجلا من اكابر الامراء يقال له ابن
دواس على قتل الحاكم ووعدته
انه اذا قتله فوضت اليه تدبير
المملكة * واحضرت عبدين من عبيد
بن دواس ووهبتهما الف دينار وقالت
لهما اصعدا الي الجبل المقطم فاكمنا
فيه فان الحاكم يصعد اليه وليس معه
الا ركابين وصبيا فاقتلاه واقتلا الصبي
والركابين ففعلا كما امرتهما وقتلاه
وحملا جثته اليها فدفنته عندها وفقدوا
الناس الحاكم فماجوا واختلفوا
واضطربوا ولم يدروا كيف امره
وقصدوا الجبل فلم يجدوا له اثرا
فاحضرت ست الملوك وجوه الامراء
واستحلفتهم ورتبت الامور واحكمتها
والبست على ابن الحاكم ملابس
الخلفاء وتوجته واشهرت موت الحاكم
فاقامت عليه الماتم واحضرت الخادم
صاحب السر وامرته ان يضبط ابواب
القصر ويقف بين يدي ابن دواس ويقول
مولانا الطاهر يقول لكم هذا قاتل ابي
الحاكم بامر الله فاخذت السيف
فقتلت بن دواس ثم قتلت العبدين
وكل من اطلعته علي سرها ورتبت لابي
الحسن علي بن الحاكم اتابكا يقوم
بتدبير الملك ولقبه الطاهر لاعزاز دين
الله وكان مقتل الحاكم في شوال •
وكانت مدة مملكته خمس وعشرين
سنة ونصف شهر وعمره سبع وثلاثين سنة *

Mubarecuddaulam: perrexitque manere Halebi nomine Hakemi, & juſtus fuit populo, ac bene ei fecit: atque ita continuavit, donec venit Caydus Abuſugjaüs Azizuddaulas, menſe Ramadano, anno 407, qui rebellavit Halebi, atque imperio ſe ingeſſit.

Cœpit 27 Aprilis. A.C.1020

Cædes Hakemi Biamrillæ.

Anno 411 occiſus fuit Hakemus Biamrilla. cujus rei cauſa hæc fuit. Miſerat Hakemus ad ſororem ſuam Settulmulucam filiam Azizi, eique minatus erat, & turpia loquutus: unde ea egit cum quodam è maximis primatum, cui nomen erat filio Dawaſi, ut Hakemum interficeret: promiſitque ei fore, ut, cum eum occidiſſet, ad ipſum traduceret gubernationem regni. Advocavit quoque duos de ſervis filij Dawaſi, eiſque dedit mille aureos, ac dixit. Aſcendite in montem Mucattimum, atque ibi latitate. cumque in eum aſcenderit Hakemus, duos tantum apud ſe habens equites, & puerum: occidite eum, item puerum, & equites. Ii autem fecerunt id quod ea juſſerat, & occiderunt Hakemum, ac portarunt cadaver ejus ad ipſam, quæ id apud ſe ſepelivit. Cum autem homines eum deſiderarent, commoti fuerunt valdè, atque conturbati, ignorantes quid ei accidiſſet. aſcenderuntque in montem: ſed nullum ejus invenerunt veſtigium. Convocavit autem Settulmuluca primarios Principes, eoſque adjuravit: & negotia omnia ordinavit, atque ſtabilivit: induitque Alim filium Hakemi veſtibus imperialibus, & coronavit eum, ac divulgavit mortem Hakemi. Hinc accuſationem inſtituit. juſſoque adeſſe miniſtro, ſecreti conſcio, ei præcepit, ut clauſis palatij foribus, ſe ſiſteret corã filio Dawaſi, & diceret, Dominus noſter Taherus ait vobis, hic eſt occiſor patris mei Hakemi Biamrillæ. *hinc ea accepto gladio occidit filium Dawaſi; deinde occîdit quoque duos iſtos ſervos, & omnes eos quos ſecreti ſui fecerat participes. & adjunxit Ali Abulhaſeno f. Hakemi Atabalim, qui regnum adminiſtraret: & cognominavit Alim, Taherum Liazazdinillam. Incidit autem cædes Hakemi in Sjewalum: cum regnaſſet annos viginti quinque, & dimidium menſem; & natus eſſet annos triginta ſeptem.*

Succeſſor Alis f. Hakemi.

in

Natura Hakemi peſſima.

Ad naturam ejus quod attinet. malæ fuit indolis, nullius religionis, & inconſtans in omnibus ſuis negotijs. præcipiebat rem aliquam, & diligentiſſime in eam incumbebat: mox autem ab ea recedens, pari diligentia deſtructioni ejus ſtudebat. Ipſe vicos noctu perambulabat, ut, quid populus diceret, ageretque, intelligeret. Subornabat quoque vetulas, quæ ingreſſæ ad homines obſervarent ſermones eorum, eoſque ad ipſum referrent. Prehendit & mulieres quaſdam, eaſque occidit. & per præconem edictum promulgavit, ne mulier ulla domo ſua egrederetur, neque in tectum ſuum aſcenderet. Vetuit quoque ſutores calceos facere mulieribus. unde populus gemuit. Cumque graviſſima omnibus, & moleſtiſſima eſſet oppreſſio ejus, atque tyrannis in populum, clanculum ad eū direxerunt epiſtolas ſignatas, quibus imprecabantur ei mala. reſque eo devenit, ut facerent ſtatuam mulieris è chartis impletis, eamque induerent calceis, & cingulo, & collocarent in via, ad inſtar mulieris oppreſſæ, & manu ſua tenentis libellum ſignatum, in quo erant omnis generis turpes deteſtationes. cum autem eam tranſiret Hakemus, non dubitavit quin mulier eſſet oppreſſa: & acceſſit, ut libellum è manu ejus acciperet: comperitque ſtatuam eſſe, & legit libellum, invenitque in eo quod admiraretur. unde juſſit incendi Mitſram, civeſque ejus omnes interfici: ſed hi pro vita ſua fortiter dimicarunt. Cum autem multa loca incendiſſet, obequitavit quotidie, & ſimulavit [illegible], incendium iſtud ſe inſcio, & injuſſu ſuo factum eſſe. dumque incendiū fiebat, & ignis pergebat, ac plebs diripiebat, is dolorem ſimulabat. Poſt tres autem dies, convenerunt in templo cathedrali urbis, Seniores populi ac primores, & elevatis Alcoranis, gemuerunt cum fletu, & ſupplicatione ad Deum Opt. Max. & ſcripſerunt ad Hakemum, dicentes. Nos ſervi tui ſumus, & civitas hæc eſt civitas tua, & in ea uxores noſtræ, & liberi noſtri. neque ſcimus quenquam noſtrum delictum aliquod commiſiſſe, quod hoc commeruerit. Si autem vis nos migrare, migrabimus. At ſi hoc fit abſque venia tua, ſine nos oppugnare hoſce ſervos, & milites. Is autem reſpondit. Ego id ijs nec permiſi, nec præcepi. & miſit interim clam ad eos ſervos, ut pergerent

Mitſram incendit.

وسيرته كان ردي السيرة فاسد العقيدة مضطربا في جميع اموره يامر بالشي ويبالغ فيه ثم يرجع عنه ويبالغ في نقضه وكان يطوف الاسواق ليلا بنفسه ليطلع علي اخبار الرعية واحوالهم ورتب عجايز يدخلن علي الناس ويستعلمن اخبارهم وينقلن ذلك اليه وقبض علي جماعة من النساء فقتلهن ونادي مناديه ان لا تخرج امراة من منزلها ولا تشرف فوق سطحها وامر الاساكفة ان لا يصنعوا اخفافا للنساء فضج الناس من ذلك وعظم عليهم واشتد ظلمه وعسفه للرعية فدسوا اليه الرقاع المختومة فيها الدعا عليه واقتضي الحال بهم الي ان عملوا تمثالا من قراطيس محشوة والبسوه خفا وازارا ونصبوه في الطريق بصورة امراة متظلمة وفي يده رقعة مختومة تتضمن كل شتم قبيح ولما جاز الحاكم بالصورة لم يشك انها لامراة متظلمة فتقدم لياخذ الورقة من يدها فوجدها تمثالا فقرا الورقة فوجد فيها ما استعظمه فامر باحراق مصر وقتل كل من بها فقاتل المصريون عن انفسهم قتالا شديدا واحرق مواضع كثيرة ثم صار يركب كل يوم ويظهر للناس ان الذي وقع من الحريق بغير علمه ولا امره ويظهر التوجع والحريق يعمل والنار تسري والرعاع ينهب وبعد ثلاثة ايام اجتمع مشايخ مصر واشرافها في الجامع ورفعوا المصاحف وضجوا بالبكاء والتضرع الي الله تعالي وكتبوا للحاكم يقولون نحن عبيدك وهذه البلد بلدك وفيها حرمنا واولادنا وما علمنا ان احد منا جنا جناية اوجبت هذا وان امرت ان نرحل رحلنا وان كان هذا بغير امرك فاطلقنا نقاتل هولاء العبيد والاجناد فاجابهم اني ما اذنت لهم في ذلك ولا امرت به ثم بعث الي العبيد والاجناد سرا ان يستمروا

in

علي ما هم عليه ويتاهبوا للقتال فقـاتلوا
قتـالا شديدا وعزم اهل مصر علي قصد
القاهرة فخاف الحاكم منهم فركب
حمارة ومضي الي العبيد فصرفهم عن
الحريق بعد ان احرق ربع مصر
ونهب نصفها ونهب العبيد نساء الناس
ففسقوا بهن واشتراهن اهلهن من العبيد
بالاموال وقتل جماعة من النساء انفسهن
خوفا من العار قال وكان خلق من
الجهال والرعاع يعتقدون في الحاكم
الالهية فكانوا اذا راوه صاحوا يا
الاهنا يا محيي يا مميت ۞

وكان قد شدد علي النصاري واليهود
واخرب كنايسهم واجحف بهم فاسلموا
منهم خلق كثير ثم رجع عن ذلك وسمح
لمن اسلم بالردة عن الاسلام واذن لهم في
عمارة كنايسهم ويقال انه قال لداعيه
كم في جريدتك قال ستة عشر الفا
يعتقدون انك الاله وحاصل الامر انه كان
مجتمعا له فساد العقيدة وعدم العقل ۞

وبويع بعده لولده ابي الحسن علي بن
الحاكم بن العزيز بن المعز بن المنصور بن
القايم بن المهدي وذلك يوم الثلثا اخر
شوال سنة احدي عشرة واربعماية للهجرة
ستة عشر يوما بعد قتل ابيه الحاكم
وكان مولده بالقاهرة في ليلة الاربعا
لعشر خلون من شهر رمضان سنة خمس
وتسعين وثلثماية وكان عمره لما تولي
الخلافة ست عشرة سنة ولقب الظاهر
لاعزاز دين الله ۞

قال وفي سنة ثلاث عشرة واربع ماية وثب
علي ابي شجاع قايد صاحب حلب غلام
له هندي اسمه بيروز فقتله علي فراشه
بالقلعة * وهذا ابو شجاع كان اميرا علي
حلب من جهة صاحب مصر وتغلب بعد
ذلك علي حلب وعصي بها وكان تلقب
بعزيز الدولة وكانت مدة ولايته خمس
سنين وشهور * ولما قتل عزيز الدولة استولي
ابو النجم بدر علي البلد وكان ابو النجم
هذا غلاما لمنجوتكين التركي مملوك
العزيز صاحب مصر وكان بدر عزيز

in opere cœpto, ſeque ad pugnam pararent. & pugnarunt fortiter. Sed cum cives deinde ſtatuerent contendere Alcahiram, timere ab eis cœpit Hakemus, conſcenſoque aſino, abiit ad ſervos iſtos, eoſque ab incendio avertit, cum jam quarta urbis pars conflagraſſet, & altera direpta eſſet. Rapiebant quoque ſervi uxores civium, eaſque violabant: & redimebant eas ſui ab illis pecuniâ. quin & quædam mulieres ſe ipſas interfecerant, metu opprobrij. Cæterum ſtulti quidam & plebei deitatem Hakemo adſcribebant, &, quotieſcunque videbant eum, clamabant, O Deus noſter, O vivere faciens, & mori.

Afflixit quoque Chriſtianos & Iudæos, & templa eorum diruit, eoſque vexavit. unde multi ex iis Iſlamiſmũ ſunt amplexi. ſed, mutatâ deinde ſententiâ, dedit eis, qui ad Iſlamiſmum defecerant, eidem renuntiare: & permiſit eis reſtaurare templa ſua. Quin ajunt eum Præconi ſuo dixiſſe. Quot habes in catalogo tuo? hunc autem reſpondiſſe. Sedecim millia confitentur te eſſe Deum. Paucis. concurrebant in eo atheiſmus & inſania. Affligit Chriſtianos.

Succeſſit ei filius ſuus Alis Abulhaſenus f. Hakemi, f. Azizi f. Muazzi f. Manſuri, f. Caiimi, f. Mahadis, idque die Martis ultimo Sjewali, anno Hegiræ 411. ſedecim diebus poſt cædem patris ſui Hakemi. Natus autem erat Alcahiræ, die Mercurij decimo quarto menſis Ramadani, anno trecenteſimo nonageſimo quinto. ita ut annos haberet, cum Imperator fieret, ſedecim. & cognominatus fuit Tahirus Lizazdinilla. Succedit ei Alis.

Anno 413 irruit in Caiidum Abuſugiaum Dominum Halebi ſervus quidam ejus Indus, nomine Birus, eumque occidit, ſuper ſtrato ejus, in ipſa arce. fuerat autem hic Abuſugjaus Præfectus Halebi, nomine Domini Aegypti; ſed rebellãs deinde, Halebum ſibi ſubjecerat, & cognomen aſſumpſerat Azizuddaulæ. Imperavit annos quinque, & aliquot menſes. & potitus, poſt cædem ejus, urbe eſt Badrus Abulmunaghimus, qui ſervus fuerat Manghubekini Turcæ, captivi Azizi, Domini Aegypti; & amicitiam ac familiaritatem coluerat Cœpit 6 Aprilis. A.C. 1022. Caijdus Rex Halebi occiditur. ei ſuccedit Badrus.

cum

cum Azizuddaula. Cumque Azizuddaulas imperio potitus eſſet, hic eum elegit, & ſibi aſſumpſit, præfecitque arci Halebi, nomine ſuo: unde &, eo occiſo, imperio eſt potitus; idque die decimo Rabij prioris: & cognomen ſumpſit Waliuddaulæ. Sed cum deinde adveniſſet exercitus Aegyptiacus, nomine Tahiri Domini Aegypti, traditum ei Halebum fuit, à Badro. erant autem in eo, ex Ducibus Tahiri, Alis Abulhaſenus Safiuddaulas, filius Gjafaris, f. Balahi, Ketamæus; & Iamanuddaulas Saadas Miniſter: ac præfecturam obtinuit, Iamanuddaulas quidem arcis; Safiuddaulas vero urbis.

qui expellitur ab Aegyptis.

Cœpit 26 Martij. A.C. 1023

Anno autem 414 depoſuit Tahirus Dominus Aegypti Safiuddaulam Ketamæum præfecturâ urbis Halebi, & præfecit ei Haſenum Abumuhammedem Sanaduddaulam filium Muhammedis, f. Thaabani, Ketamæum.

الدولة بينهما مودة وصحبة فلما ملك عزيز الدولة حلب اصطفاه وقربه وولاه قلعة حلب من جهته فلما قتل عزيز الدولة استولي بدر عليها وذلك في عاشر ربيع الاول ولقب نفسه ولي الدولة وامينها ثم وردت العساكر المصرية من جهة الطاهر صاحب مصر فتسلموا حلب من بدر وكان معهم من قواد الطاهر صفي الدولة ابو الحسن علي بن جعفر بن بلاح الكتامي ويمن الدولة سعادة الخادم فتولي القلعة يمن الدولة وتولي المدينة صفي الدولة ۞

وفي سنة اربع عشرة واربعماية عزل الطاهر صاحب مصر صفي الدولة الكتامي عن مدينة حلب وولاها سند الدولة ابا محمد الحسن بن محمد بن ثعبان الكتامي ۞

Initium Nobilitatis Mardaſidarum.

ابتداء دولة بني مرداش

PRimus ex ijs Halebi regnavit Salihus filius Mardaſi, cujus genus & negotia quædam commemoravimus, in rebus geſtis anno 405. Cum autem hic ageretur annus, contendit Salihus iſte Halebum, cum magno exercitu ex filijs Kellabi, alijſque, & arctiſſimâ id cinxit obſidione. unde cives id ei tradiderunt, pacificè; & is id accepit, atque ingreſſus eſt, decimo quarto Dulkiadæ, anno 415: ac cognomen ſumpſit Aſaduddaulæ. Hinc contendit ad arcem, in qua erat Mauſufus Miniſter, quem Tahirus depoſito Iamanuddaulæ ſurrogaverat, quique in ea ſe muniverat. Salihus autem cives cum æquitate tractavit, & optime ſe cum ijs geſſit, & Vicarium inter eos ſuum conſtituit Scribam ſuum Suleimanem Abulmanſorem f. Taufi, atque abijt Balabecum, idque vi cepit multis mortalibus occiſis. Suleimanem autem Vicarium Salihi, Halebi, quod attinet. cum obſidio arcis jam invaleſceret, eoſque (qui in ea erant) aqua & victus deficerent, tradiderunt eam Mauſufus & ſocius ejus Suleimani, certas quaſdam ſtipulati conditiones. Cumque Suleiman Salihum per literas certiorem feciſſet de expugnatione arcis,

Salihus potitur Halebo.

& Balabeco.

atque arce Halebi.

اول من ملك منهم حلب صالح بن مرداش وقد ذكرنا نسبه وبعض اموره في حوادث سنة خمس واربعماية فلما كانت هذه السنة قصد صالح حلب في جمع كثيف من بني كلاب وغيرهم وحاصرها حصارا شديدا فسلم اهل البلد حلب الي صالح صلحا فتسلمها ودخلها في رابع عشر ذي القعدة سنة خمس عشرة واربعماية وتلقب اسد الدولة فقصد الي القلعة وفيها موصوف الخادم وكان طاهر قد عزل يمن الدولة وولاه مكانه وتحصن بالقلعة واما صالح فانه عدل في اهل البلد واستعمل معهم جميل السيرة واستخلف فيهم كاتبه ابا المنصور سليمان بن طوق ومضي الي بعلبك وفتحها عنوة وقتل بها خلق كثير * واما سليمان بن طوق نايب صالح علي مدينة حلب فانه لما اشتد امر حصار القلعة وقل عنهم الما والمونة سلمها موصوف ورفيقه لسليمان بعد ان اشترطا وكتب سليمان الي صالح يعلمه بفتح قلعة حلب

hic

فقدم اليها في اقرب وقت وصعد الي
القلعة وملكها وقتل موصوف ورتب
الامور وسلك طريق العدل وصفت له
البلاد من بعلبك الي عرقه ۞
وفي هذه السنة كانت وفاة
الملك سلطان الدولة ابي شجاع بن بها
الدولة بن عضد الدولة بن ركن الدولة
بن بويه وذلك في شيراز في شوال
وكانت مدة ملكه بالعراق اثني
عشرة سنة وعمره اثنتين وثلثين سنة
وكان لما مرض عهد الي ولده ابي
كالنجار بن سلطان الدولة وهو يومئذ
بخورستان فخطبوا له ثم اثنني عزم القواد
والاجناد فخطبوا لعمه شرف الدولة بن
بها الدولة فجمع ابو كالنجار بن سلطان
الدولة جيوشه والتقوا واقتتلوا قتالا شديدا
في وقعات متعددة فغلب هذا تارة
وغلب هذا تارة واخر الامر ان ابا
كالنجار ملك شيراز واستقر بها واقام
الملك شرف الدولة علي بن بها الدولة
بن عضد الدولة بن ركن الدولة بن
بويه ببغداد ثم مات فيها عن مرض حاد
وعمره ثلاث وعشرين سنة واشهر ولما توفي
جرت فتن وتخبيطات ببغداد واخر الامر
ان الملك استقر لاخيه جلال الدولة
ابي طاهر فيروز وهو يومئذ بالبصرة
فخطب له علي المنابر ثم بلت الاجناد
وولوا ابن اخيه ابي كالنجار بن سلطان
الدولة وخطبوا له وبلغ الخبر جلال
الدولة فاحتشد وتحصن بالبصرة ۞
وفي سنة عشرين واربعماية كان
مقتل اسد الدولة صالح بن مرداش
صاحب حلب وذلك ان صاحب مصر
جهز بوسكين الدزبري امير الجيوش
لقتال صالح بن مرداش واخذ حلب منه
فالتقوا بالاقحوانه من عمل طبرية علي شاطي
نهر الاردن واقتتلوا قتالا شديدا فقتل
صالح وقتل معه ولده الاصغر في جمادي
الاولي وبعث براسهما الي مصر وافلت
ولداه شبل الدولة ابو كامل نصر بن
صالح ومعز الدولة ابو علوان ثمال

hic primo quoque tempore eo contendit, atque in arcem aſcendit, ejuſque poſſeſſionem cepit. Mauſuſum occîdit, & negotia omnia diſpoſuit. Ambulavit autem in via juſtitiæ. & ceſſit ei omnis regio inde à Balabeco, uſque ad Ircam.

Sultanuddaulæ Regis Iracæ obitus.

Eodem anno vitâ exceſſit Imperator Abuſugjaüs Sultanuddaulas, f. Bahaiuddaulæ, f. Adaduddaulæ, f. Rucnuddaulæ, f. Bojæ, idque Sjirazi, menſe Sjewalo. Imperaverat autem in Iraca annos duodecim, ac natus erat annos triginta duos. Cum autem ægrotaret, ſucceſſorem deſignavit filium ſuum Abucalangharum f. Sultanuddaulæ, qui tum temporis erat in Churiſtana. itaque ejus nomine oratum fuit. Sed deinde Duces, & milites, mutatâ ſententiâ, orarunt nomine patrui ejus Sjarfuddaulæ f. Bahaiuddaulæ. Vnde Abucalangharus copias ſuas collegit. &, concurſu facto, acriter dimicarunt, multis prælijs: vicitque, modo hic, modo iſte. Tandem Abucalangharus obtinuit Sjirazum, atque ibi manſit. Rex autem Alis Sjarfuddaulas f. Bahaiuddaulæ, f. Adaduddaulæ, f. Rucnuddaulæ, f. Bojæ, manſit Bagdadi: ubi deinde obijt ex morbo acuto, annos natus 23 & aliquot menſes. Eo autem mortuo, ſeditiones atq; tumultus orti ſunt Bagdadi. ſed tandem imperium ceſſit Firuzo Abutahiro Ghelaluddaulæ, qui tũ temporis erat Baſræ, ejuſque nomine oratum fuit in ſuggeſtis. ſed deficientes deinde milites, Principem conſtituerunt filium fratris ejus Abucalanghari f. Sultanuddaulæ: atque ejus nomine orarunt. quod ut intellexit Ghelaluddaulas, milites collegit, & ſe munivit Baſræ.

ſucceſſor Abucalangharus, Sjirazi: & Sjarfuddaulas, Bagdadi. Obitus Sjarfuddaulæ: ſucceſſor Ghelaluddaulas.

Anno 420 occiſus fuit Salihus Aſaduddaulas f. Mardaſi Dominus Halebi. Miſerat enim Rex Aegypti Buſekinum Darîræum Ducem exercitus bellum ei illatum, qui Halebum ei eripuit. & concurſu facto in Achuana, quæ eſt ditionis Tiberiadis, ad ripam fluvij Iordanis, acriter pugnarunt: occiſique ſunt Salihus, & filius ejus natu minimus, in Gjumada priori: & miſit capita eorum in Aegyptum. Sed evaſerunt duo alij ejus filij, ſcilicet Naſrus Abucamilus Sjabluddaulas f. Salihi, & Bamalus Abualwanus Muazzuddaulas: qui,

Cœpit 19 Ianuarij. A.C. 1029

Salihi Regis Halebi cædes.

Succeſſores.

qui, ut venerunt Halebum, dominium ejus obtinuerunt, per ſocietatem. Imperaverat autem parens eorum Halebi annos quatuor, & aliquot menſes.

فوصلا الي حلب فلكاها شركة بينهما فكانت مدة مملكة صالح والدها بحلب اربع سنين وشهور ۞

Cœpit 9 Ianuarij. A.C.1030.

Anno quadringenteſimo vigeſimo primo irruit Sjabluddaulas in fratrem ſuum Muazzuddaulam, eumque ejecit Halebo, & ſolus obtinuit dominium Halebi, atque ibi manſit.

وفي سنة احدي وعشرين واربعماية وثب شبل الدولة علي اخيه معز الدولة فاخرجه من حلب وانفرد شبل الدولة بمملكة حلب واستقر بها ۞

Cœpit 29 Decemb. A.C.1030 Cadiri Billę Chalifę obitus.

Anno quadringenteſimo vigeſimo ſecundo obijt Cadirus Billa Chalifa Bagdadenſis, menſe Dulhiggia. Imperavit autem annos quadraginta unum, & aliquot menſes: quantum temporis nulli Chalifæ ante eum contigit. Vixit annos octuaginta ſex, & aliquot menſes.

Natura.

Ad naturam ejus quod attinet. Syncerus fuit, multæ juſtitiæ, & eleemoſynarum, probus, & religioſus. ſed vim paſſus eſt in imperio ſuo, omni dominio exiſtente in manibus Boydarum: unde frequenter recitabat hoſce verſus.

قال وفي سنة اثنتين وعشرين واربع ماية كانت وفاة القادر بالله خليفة بغداد في شهر ذي الحجة فكانت مدة خلافته احدي واربعين سنة وشهور ولم تكن هذه المدة لاحد من الخلفاء قبله وكان عمره ست وثمانين سنة وشهور * سيرته كان صحيح الاعتقاد كثير البر والصدقات صالحا متدينا الا انه كان مقهورا علي امره والملك كله بيد بني بويه وكان ينشد دايما هذه الابيات ۞

سبق القضاء بكل ما هو كاين والله يا هذا لرزقك كاين *
نعني ما يكفي ويترك ما به يعني كانك للحوادث امن *
اوما تري الدنيا ومصرع اهلها فاعمل ليوم فراقها يا خاين *
واعلم بانك لا ابا لك في الذي اصبحت تجمعه لغيرك خازن *
يا عامر الدنيا اتعمر منزلا لم يبق فيه بالمنية ساكن *
الموت شي انت تعلم انه حق وانت بذكره متهاون *
ان المنية لا تؤامر من اتت في نفسه يوما ولا تستاذن *

& dicebat Deus Opt.Max. benignus eſt erga nos, cum ſpiramus mentionem ejus, & inſiſtimus laudi ejus. Impij autem contemnunt eum, qui ſi confiderent in ipſo, protegeret eos.

وكان يقول لله تعالي المنة علينا ان الهمنا لذكره ووفقنا لشكره ان اهل المعاصي هانوه ولو توكلوا عليه لعصمهم ۞

Imperium.

Chalifatum ſuſtinuit, ait Chronologus, annos unum & quadraginta, menſes tres, & dies viginti tres. quorum initium dies fuit Veneris, finis vero, Lunæ: elapſis annis Hegiræ quadringentis & viginti uno, menſibus undecim, & diebus duodecim. annis vero ſolaribus mundi, ſex mille, quingentis, & viginti tribus, menſibus quatuor, & diebus tribus.

قال المورخ كانت خلافته احدي واربعين سنة وثلاثة اشهر وثلاثة وعشرين يوما اولها يوم الجمعة واخرها يوم الاثنين لتتمة اربعماية واحدي وعشرين سنة واحد عشر شهرا واثني عشر يوما للهجرة لتمام ستة الف وخمسماية وثلاث وعشرين سنة واربعة اشهر وثلاثة ايام شمسية للعالم ۞

Res Chriſtianorum.

Zacharias Patr. Alex.

Quod autem ad ea attinet quæ Chriſtianorum hiſtoriæ narrant tempore hujus Chalifæ p.m. accidiſſe. Ajunt anno 393 conſtitutum fuiſſe Patriarcham Abunam Zachariam, anno ſeptimo imperij Hakemi Domini Aegypti, die Solis, vigeſimo Babæ,

والذي ورد تواريخ النصاري من الحوادث في ايامه رضي الله عنه انه قدم في سنة ثلاث وتسعين وثلثماية البطرك ابنا زخرياس في السنة السابعة من خلافة الحاكم صاحب مصر في يوم الاحد العشرين من بابه

anno

سنة سبعماية وعشرين للشهداء اقام ثمان وعشرين سنة منها في الاصطهان سبع سنين ورمي للسباع بامر الحاكم هو وسوسنه النوبي بعد ان جوعت السباع فلم تضرهما واعتقلوا ثلاثة اشهر وافرج عنهما وخفي تسع سنين ومات في ثامن طوبه سنة سبع ماية وثمان واربعين للشهدا ودفن في الحبش وخلا الكرسي بعده اربعة وسبعين يوما ۞

وفي سنة سبع واربعماية وثب احد اكابر البلغر علي القطومرس غلام بمويل الذي كان ملك علي البلغر فقتله وجار مملكة البلغر وكتب الي الملك باسيل بان يكون من الداخلين في طاعته واقام علي ذلك سنة واحده وقتله بعض اصحابه فكتب اكابر البلغر الي الملك باسيل برغبهم اليه ودخولهم في طاعته فسار ملك الروم الي البلغر في شوال سنة ثمان واربعماية واستولي علي مملكة البلغر وولي علي القلاع ولاة من الروم وذلك في السنة الرابعة واربعين من مملكة باسيل الملك وفي سنة الف وثلثماية وثلثين للاسكندر وعاد الملك الي القسطنطينية واختلط الروم بالبلغر وتزوجوا من بعضهم البعض وزالت تلك الضغاين التي بينهم ۞

قال وفي سنة ثمان واربع ماية ورد الي مصر داع عجمي يسمي محمدا بن اسمعيل وتلقب بالدرزي وقصد خدمة الحاكم واحسن اليه وانعم عليه فدعي الناس ان يعتقدوا في الحاكم انه الاله الذي صنع العوالم واعلن هذه الدعوة واشهرها ولم ينكره الحاكم عليه بل احسن اليه وشكره علي ذلك وانكر الناس هذا الاعتقاد وحملوا علي قتل الدرزي ووثب عليه بعض الاتراك في مركب الحاكم فقتله ونهب داره وافتتن الناس وغلقت ابواب القاهرة واستمرت الفتنة ثلاثة ايام وقتل جماعة من الدرزية وقبض بعد ذلك علي

anno ſeptingenteſimo vigeſimo Martyrum. & ſediſſe annos viginti octo, & ſeptem quidem annos in perſequutione. objectus fuit leonibus juſſu Hakemi, una cum Sauſana Nubienſi, ſed qui, licet famelici, eis tamen non nocuerunt: unde poſt tres menſes dimiſſi ſunt. Latuit autem annos novem: & obijt octavo Tubæ, anno Martyrum ſeptingenteſimo quadrageſimo octavo. ac ſepultus fuit in Aethiopia: vacavitque poſt eum ſedes ſeptuaginta quatuor dies.

leonibus objicitur & ſalvus evadit.

Anno quadringenteſimo ſeptimo irruit quidam è Principibus Bulgarorum in Catomerum, Miniſtrum Samuelis, qui Rex erat Bulgarorum, eumque occîdit, & tyrannicè occupavit regnum: ſcripſitque ad Imperatorem Baſilium, ſe velle ei ſubjici, atque obedire: atque in eo fuit annum integrum. Hinc occîdit eum quidam militum ejus. & ſcripſerunt Primores Bulgarorum ad Imperatorem Baſilium, ſe deſiderare eum, & cupere ei ſubjici: unde abijt Imperator Romanorum ad Bulgaros, menſe Sjewalo, anno 408, & potitus regno eorum, arcium Præfectos conſtituit Romanos, idque anno quadrageſimo quarto imperij Baſilij Imperatoris, qui annus erat 1330 Alexandri. redijtque Imperator Conſtantinopolim, & commixti ſunt Romani cum Bulgaris, ac matrimonijs juncti. & ceſſarunt, quæ inter eos fuerant, inimicitiæ.

Catomerus Rex Bulgarorum occiditur.

Anno 408 venit in Aegyptum pſeudopropheta quidam barbarus, cui nomen erat Muhammedi filio Iſmaelis, & cognomen Dararæo. Hic in miniſterium ſe dedit Hakemi, qui ei benefecit, & gratificatus eſt. auctor autem erat populo, ut crederet Hakemum eſſe Deum, qui univerſum creaſſet. atque hanc ſuam hæreſin manifeſtabat, & divulgabat: nec eum deteſtabatur Hakemus, ſed bene tractabat, & ob factum iſtud laudabat. Verum populus confeſſionem eam reprobans, ſtuduit Dararæum interficere. irruitque in eum Turca quidam, in curru Hakemi, & occîdit eum. ac direpta fuit ejus domus. & tumultu à populo excitato, clauſæ ſunt portæ Alcahiræ: duravitq; tumultus tres dies: & occiſi ſunt aliquot Dararæani. Deindè autē prehenſus fuit Turca

Muhammed f. Iſmaelis pſeudopropheta.

Turca, qui eum occiderat, ac in carcerem conjectus; & interfectus, ob crimen quoddam ei affictum.

Alhadis pſeudo-propheta.

Poſt Dararæum autem iſtum alius quidam prodijt pſeudopropheta barbarus, nominatus Hamza f. Ahmedis, & cognominatus Alhadis. hic conſedit prope Alcahiram, in loco quodam dicto Meſghidbiro: vocavitque populum ad opinionem Dararæi, & conſtituit aliquot doctores, eoſque collocavit Mitſræ, & in ditione ejus, nec non in Syrijs. ubi omnimodam prædicarunt licentiam, & permiſerunt ſuis, ducere ſorores, filias, atque matres: & ſuſtulerunt pietatis ſtudia, ſcilicet jejunium, orationem, & peregrinationem. auſcultabat autem eis populus multus. quin ipſe Hakemus curam ejus Alhadis habebat, & interrogabat eum de aſſeclis ejus, & numero eorum. abſtinuit quoque ab ijs quæ muneris ejus erant, precibus ſcilicet, & concione in templis, diebus Veneris, & menſe Ramadano, ac utroque feſto habendis. Ceſſare quoque fecit peregrinationem Meccanam, per aliquot annos, & peregrinatus eſt Thalabiam Arabum. Ceſſavit quoque portatio tapeti, quod ſolebat ad Caabam Iamanicam mitti. Conſiderabant autem Muſlimi quid de ijs rebus futurum eſſet, quòd recederet à fide Iſlamiſmi. Atque ita cœpit ſecta Dararæorum, & celebris facta eſt inter mortales, maximè tamen Wadinnamri Tyri, Tſidone, & in monte Beryti, viciniſque Syriæ locis.

Sanutius Patr. Alex.

Ait Chronologus. Conſtitutus Patriarcha [redacted] Alexandriæ eſt Sanutius, anno decimo imperij Taheri, Domini Aegypti (qui quadringenteſimus viceſimus primus, erat Hegiræ, & incidit in annum 748 Martyrum,) die Solis, vigeſimo quinto Barmahati: ſeditque annos 25 cum dimidio. & obijt menſe Baba anni Martyrum 774. amans autem erat pecuniæ, & ſumebat ſartoniam. vacavit autem poſt eum ſedes annum unum & menſes quinque.

التركي قاتل الدرزي وحبس وقتل علي ذنب خلق له ۞

وظهر بعد ذلك الدرزي داع اخر عجمي يسمي حمزة بن احمد ويلقب بالهادي ونزل بظاهر القاهرة في الموضع المعروف بمسجد تبر ودعي الناس الي مقالة الدرزي واقام جماعة من الدعاة وبثهم في مصر واعمالها والشامات ودعوا الي الاباحة وفسحوا نكاح الاخوات والابنات والامهات واسقطوا جميع التكلفات من الصوم والصلاة والحج واستجاب لهم خلق كثير وكان الحاكم يعتني بالهادي ويسال عما حصل من اهل دعوته وعددهم * وقطع الحاكم ما جري به رسمه من صلواته وخطبه في الجوامع في ايام الجمعة وفي شهر رمضان والعيدين وعطل الحج الي مكة عدة سنين واحتج بتغلب العرب وانقطع حمل الكسوة التي جرت العادة بتجهيزها الي الكعبة اليمانية واستشعر المسلمون بما ظهر من هذه الامور لانحرافه عن دين الاسلام وظهر مذهب الدرزية واشتهر بين الانام واكثرهم بوادي التيم وصور وصيدا وجبل بيروت وما جاورها من بلاد الشام ۞

قال المورخ قدم البطرك سانوتيو لليعاقبة علي الاسكندرية في السنة العاشرة من خلافة الظاهر صاحب مصر وهي سنة احدي وعشرون واربع مائة يوافق ذلك سنة سبع مائة وثمان واربعون للشهدا في يوم الاحد خامس وعشرين برمهات اقام خمس وعشرين سنة ونصفا وتنيح في بابه سنة سبع مائة واربع وسبعين للشهدا وكان محبا للمال واخذ الشرطونية وخلا الكرسي بعده سنة وخمسة اشهر ۞

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

السادس والعشرون من الخلفاء العباسيين وهو السابع والاربعون القايم بامر الله ابو جعفر عبد الله بن القادر بن اسحق بن المقتدر بن المعتضد *

بويع له بالخلافة يوم توفي والده القادر وهو يوم الاثنين الاثني عشر من ذي الحجة سنة اثنتين وعشرين واربعماية وكان والده جعله ولي عهده وخطب له بذلك علي المنابر *

وفي هذه السنة قصد الملك جلال الدولة بن بها الدولة بن عضد الدولة بن ركن الدولة بن بويه بغداد واستولي عليها وخطب له علي المنابر وخلع عليه الخليفة القايم بامر الله الخلع السلطانية وولاه ما ورا بابه وزاد في القابه شاهنشاه الاعظم ملك الملوك واستقر له الامر ۞

وفي سنة ست وعشرين واربعماية ورد كتاب السلطان يمين الدولة محمود بن سبكتكين بانه فتح في بلاد الهند مدنا كثيرة وقتل من الكفار بها خمسين الفا وسبي سبعين الفا وغنم مايزيد عن الف الف دينار وانه عاد وجد الغز قد افسدوا عليه فاوقع بهم وفتح جرجان وطبرستان وبلادا كثيرة ۞

وفي سنة سبع وعشرين واربعماية كانت وفاة الظاهر صاحب مصر بالقاهرة في شعبان فكانت مدة ملكه خمس عشرة سنة وشهور وبويع لولده المستنصر بالله ابي تميم معد بن الظاهر بن الحاكم يوم توفي والده وهو يوم الاحد نصف شعبان سنة سبع وعشرين واربعماية وعمره يومئذ ثمان سنين وشهور وقيل ست سنين وشهور ولم يبايع لاحد قبله اصغر منه سنا ومولده كان بالقاهرة يوم الثلثا

Vigeſimus ſextus Abbaſidarum, & Chalifa quadrageſimus ſeptimus ABDALLA ABVGJAFAR CAIIMVS BIAMRILLA, filius Cadiri, f. Ishaci, f. Muctadiri, f. Mutadidi.

CREATVS *fuit Chalifa eo die quo pater ejus Cadirus obÿt, qui dies erat Lunæ duodecimus Dulhiggiæ, anni quadringenteſimi viceſimi ſecundi. Conſtituerat autem eum pater ejus Socium fœderis, atque eo titulo oratum quoque ejus nomine fuit in ſuggeſtis.*

Eodem anno venit Rex Ghalaluddaulas f. Bahaiuddaulæ, f. Adaduddaulæ, f. Rucnuddaulæ, f. Bojæ, Bagdadum: eoque eſt potitus: & oratum ejus nominē fuit in ſuggeſtis. induitque eum Chalifa Caÿmus Biamrilla veſte imperiali: & præfecit eum aulæ ſuæ, & cognomini ejus addidit Sjahensjah Maximus, Rex Regum. *ac ſtabilitum ei fuit imperium.* Ghalaluddaulas Bagdadum occupat.

Anno 426 allatæ ſunt literæ à Principe Iamanuddaula, Mahmudo f. Sebuctakini quibus ſignificabat ſe cepiſſe in India urbes multas, & millia infidelium occidiſſe quidem quinquaginta, at cepiſſe ſeptuaginta, ac ſpolia nactum eſſe, quæ plus quam millies mille valerent aureos. Verum cum deinde reverſus eſſet, comperit Gazos irruptionem in terras ſuas feciſſe, itaque oppugnavit eos, & cepit Gjorgjanum & Tabriſtanam, urbeſque multas. Cœpit 16 Novemb. A.C. 1034

Anno 427 obÿt Taherus Dominus Aegypti, Alcahiræ, menſe Sjaabano, ut regnaverat annos 15, & aliquot menſes. & inauguratus fuit filius ejus Maabadus Abutamimus Muſtanſirus Billa filius Taheri, eodem die quo pater ejus obÿt, qui dies erat Solis, in medio Sjaabani, anno 427. natuſque erat eo tempore annos octo, & aliquot menſes, aut, ſecundum alios, annos ſex & aliquot menſes, neque quiſquam ante eum minor ipſo annis inauguratus fuit. natus autem erat Alcahiræ, die Martis, Cœpit 5 Novemb. A.C. 1035

vigeſimo

vigeſimo quarto Dulhiggiæ anno 420 atque imperium ſuſtinuit annos 60: nec cuiquam ante eum tam diuturnum imperium contigit. Abdurrahmanus tamen Naſirus Lidinilla f. Mundiri, Ommiades, Imperator Andaluſiæ tantum quoque temporis fere imperavit.

Initium Principum Salghucidarum.

Cœpit 3 Octob. A.C. 1038

لقد طلبت هدي البلاد بويلها بوارقها بشر وامطارها تبر *

اذا ما غمام خص ارضا بغيثه هما طلا في كل قطر لنا قطر *

ثمانية لم تفترق مذ جمعتها فلا افترقت ما دب في ناظر شفر *

ضميرك والتقوى وجودك والغنى ولفظك والمعنى وعزمك والنصر *

بك الجنات للاوا وامتدت المنى وضوعفت اللالا وافتخر العصر *

ومنها

يقبل المثني عليك اعتذاره فقد ضاق عن اوصافك النظم والنثر *

وهنيت جدا لا يقصر صاعدا وملبت ايامنا عن اسمك يعمر *

ومنها

وجاد بن نصر لي بالف تصرمت واني عليم سوف يخلفها نصر *

فقال نصر والله لو قال سيضعفها نصر لاضعفتها له وامر له بالف دينار في طبق فضة * ويقال انه لما امتدح ابن حبوس نصر ابن محمود بهذه القصيدة واجاز عليها بهذه الجايزة كتب بعض الشعرا الى نصر وكانوا يترددون الى بابه طالبين رفده فلا يوذن لهم فكتبوا *

علي بابك الميمون منا عصابة مفاليس
فارحم ضعف هولاء المفاليس *
وقد قنعت منك العصابة كلها
بعشر الذي اعطيته لابن
حبوس *
وما بيننا هذا التفاوت كله
ولكن سعيد لا يقاس
بنحوس *
فامر لهم بعشر الذي اعطاه لابن
حبوس قال والله لو قالوا بمثل الذي
اعطيته لابن حبوس لاعطيتهم مثله ۞
ولما قتل نصر بن محمود ملك حلب
بعده اخوه الامين سابق بن محمود بن
نصر بن صالح بن مرداش وهو اخر
ملوك بني مرداش بحلب ۞
قال وفي سنة تسع وستين واربعماية
قصد ايسر المعروف بالاقسيس مصر
وكان هذا ايسر قد استولي علي حمص
ودمشق واعمالها ولما قصد مصر
اضطرب اهلها وعزم صاحبها المستنصر
بالله علي الهرب في الليل فاجتمع
اهل القاهرة والسودان مع الجيوش
وخرجوا الي ايسر وكسروه وهزموه
وكان في جموع كثيرة فعاد مقتولا
وهجم في طريق الرملة وقتل من
ظفر به وتوجه الي القدس فقتل منه
ثلاثة الف انسان وقتل القاضي
والشهود صبرا بين يديه ومضي الي
دمشق ۞
وفي سنة سبعين واربع ماية كتب
السلطان جلال الدولة ملكشاه الي
اخيه تاج الدولة يامره بالمسير الي الشام
واخذها ظنا ان ايسر قد قتل في وقعته
مع المصريين فسار تاج الدولة الي ديار
بكر فبلغه سلامة ايسر صاحب دمشق
وبلغ ايسر مسير تاج الدولة اليه
وبذل له مالا يحمله اليه في كل
سنة فرضي جلال الدولة بذلك
وكتب الي اخيه تاج الدولة وصرفه
عنه ثم سار تاج الدولة الي منبج
ثم توجه الي حلب وهي بيد السابق

Ad portam tuam fortunatam expe-
ctat turba pauperum, ut te miſe-
reſcat egeſtatis eorum:
Fiet autem à te ſatis turbæ huic uni-
verſæ decima ejus parte quod de-
diſti filio Habuſi;
Neque inter nos tantum eſt diſcri-
men; ſed non comparatur fortu-
natus cum infelici.

Juſſitque illis dari decimam ejus partem, quod filio Habuſi largitus fuerat, hoc addens, per Deum! ſi dixiſſent quantum dediſti filio Habuſi, tantundem dediſſem ipſis.

Cumque Naſrus interiiſſet, imperavit poſt illum Halebo frater ejus Sabacus Elaminus fil. Mahmudi, f. Naſri, f. Mardaſi, fuitque ultimus Regum Mardaſidarum, qui Halebum tenuerunt. Succeſſor frater ejus Sabacus.

Anno 469 contendit Iſarus cognomine Afſiiſus in Aegyptum, jamque in poteſtatem redegerat Emiſſam, & Damaſcum ejuſque ditiones: cum vero Aegyptum accederet, perculſi fuerunt incolæ ejus, ita ut Muſtanſirus Billa Dominus ejus ſtatuerit noctu capere fugam; ſed populus Alcahiræ & Saudanæ cum militaribus copiis juncti contra Iſarum prodierunt, eumque ſuperatum in fugam verterunt; etiamſi multa ſecum agmina duceret: atque ita debellatus rediit; graſſatus tamen fuit in itinere Ramlæ, & quemcunque ſuperare potuit, occidit. Tum Hieroſolymas conceſſit, ubi tria hominum millia peremit, & ex improviſo Iudicem & Notarios cum coram eo veniſſent, interfici juſſit: indeque Damaſcum profectus fuit. Cœpit 4 Auguſti A. C. 1076. Iſarus ab Aegypto repellitur. Hieroſolymis multos occidit

Anno 470 ſcripſit Rex Gjelaluddaulas Melicjahus ad fratrem ſuum Tagjuddaulam præcipiens illi ut ad Syriam expugnandam ſe conferret, concepta opinione, Iſarum in prælio contra Aegyptios periiſſe. Tagjuddaulas autē ut Diarbecram profectus fuit, intellexit Iſarum Dominum Damaſci ſalute frui; hic vero ut illum ad ſe venire percepit, obtulit certam ipſi opum ſummam quotannis afferendam: quam conditionem accepit Gjelaluddaulas, & ad fratrem Tagjuddaulam litteras miſit, quibus ab illo Manbagum abire juſſus fuit; unde Halebum conceſſit, quod in poteſtate erat Sabaki filii Cœpit 25 Iulii A. C. 1077. Iſarus à Gjelaluddaula pacem redimit.

filij Mahmudi, f. Naſri Mardaſidæ: ſed cum eo Tag juddaulas potiri haud poſſet, Harranam diſceſſit, atque inde Diarbecram: ſeque contra munivit Dominus Naſibini, & Sergjaræ, nempe Muſlimus f. Coraiſi f. Bedrani Acalæus.

Cœpit 4 Iulij. A. C. 1079.

Anno autem quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo potitus fuit Damaſco Tagjuddaulas Niſus filius Barſelani Salghucides; ejuſque rei cauſa fuit: cum copiæ Aegyptiacæ eam obſeſſum veniſſent, Iſarus qui in urbe erat auxilium petijt à Tagjuddaula; quo Damaſco appropinquante exercitus Aegypti inde caſtra movit. Sed Tagjuddaulas Iſarum ad ſe foras progreſſum prehendit, atque interfecit. Et Damaſco ſubjugata omnibus ejus divitijs & theſauris potitus fuit. Incolæ autem Damaſci qui ob inſolentiam violentiæ, & iniquitatis, quam in eos Iſarus exercebat, in Iracam Choraſanam, aliaſque ditiones aufugerant, in urbem Damaſcenam reverſi ſunt; utpote quæ ſub Salghucidæ poteſtate hoſpitalis evaſerat.

Tagjuddaulas potitur Damaſco interfecto Iſaro.

Eodem anno Sjarfuddaulas filius Muſlimi, filij Coraiſi ſubjugavit Halebum; hic enim Sjarfuddaulas Dominus Mauſilæ litteras miſerat ad Gjelaluddaulam, quibus veniam ab eo petebat expugnandi Halebi, inde addicens illi trecenta aureorum millia annua. quod Gjelaluddaulas conceſſit ipſi, pactumque libello confirmavit. Atque ita Sjarfuddaulas Halebum contendit, quod ſuberat imperio Sabaci filij Mahmudi, filij, Naſri, fil. Salehi Mardaſidæ Halalæi; idque cum aliquamdiu obſediſſet, inter eos convenit, ut Sjarfuddaulas potiretur Halebi imperio, Mardaſides vero viginti aureorum millia in tributum quotannis ſolveret, atque ita Sjarfuddaulas occupata urbe & arce Halebo imperavit.

Sjarfuddaulas potitur Halebo.

Anno autem quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio Sedijduddaulas Abulhaſenus Alis filij Mucledi, filij Naſri, filij Mancadi Catanæus occupavit arcem Sjaizari, quam Romani poſſidebant: nam poſitis ibi caſtris eam obſederat ingenti cum exercitu: atque ita addicta ſecuritate ad deditionem tandem adegit. cui & ipſe, & poſteri ejus continuo imperarunt, donec eam cepit

Cœpit 22 Iunij A. C. 1080.

Sedydduddaulas capit Sjaizarum.

بن محمود بن نصر بن مرداش فامتنعت
عليه ثم توجه تاج الدولة الي حران ثم الي
ديار بكر فتحصن صاحب نصيبين
وسنجار وهو مسلم بن قريش بن بدران
العقيلي ۞

قال وفي سنة اثنتين وسبعين
واربعماية استولي تاج الدولة تتش بن
ارسلان السلجوقي علي دمشق وسببه
ان جيوش مصر وصلت تحاصرها وبها
ايسر فبعث ايسر الي تاج الدولة
يستنجد به فتوجه اليه فلما قرب من
دمشق رحل عسكر مصر عنها ووصل
تاج الدولة اليها وخرج ايسر اليه فقبض
عليه وقتله واستولي تاج الدولة علي
دمشق واحتوي علي جميع اموالها
وخزاينها وتراجع اهل دمشق اليها
وكانوا قد هربوا منها لفرط ما كان
ايسر يعاملهم به من الجور والظلم وصار
دمشق والشام يوميذ بيد السلجوقية
مضافا الي العراق وخراسان وغيرهما
من الممالك ۞

وفي هذه السنة استولي شرف الدولة
بن مسلم بن قريش علي حلب وكان
هذا شرف الدولة صاحب الموصل
فكتب الي السلطان جلال الدولة
يستاذنه في فتح حلب وضمن له كل سنة
عنها ثلثماية الف دينار فاذن له في ذلك
وكتب له توقيعا فقصد شرف الدولة
حلب وهي بيد سابق بن محمود بن نصر
بن صالح بن مرداش الهلالي فحاصرها
مدة ثم اتفقا علي ان يتسلم شرف الدولة
حلب ويقطع بن مرداش في كل سنة
عشرين الف دينار وتسلم شرف الدولة
حلب وقلعتها وملكها ۞

قال وفي سنة ثلاث وسبعين واربع
ماية ملك سديد الدولة ابو الحسن
علي بن مقلد بن نصر بن منقذ
الكناني حصن شيزر وكان بيد
الروم فنزل عليه وحاصره وكانت
له عشيرة كبيرة فتسلمها بالامان ولم
يزل بيده وبيد اولاده الي ان اخذها

الملك العادل نور الدين محمود بن
زنكي رحمه الله عقيبا لزلزلة التي
جاءت بشيزر واهلكت بني منقذ
فيها ۞

قال وفي سنة خمس وسبعين واربع
مائة توفي سديد الدولة ابو الحسن علي
بن منقذ صاحب شيزر وكانت مدة
ملكه لها سنة واحدة وشهور [illegible]
اميرا جليلا شجاعا عالما وله شعر جيد
من جملته قوله في غلام له ضربه وكان
يحبه *

اسطو عليه وقلبي لم يكن من لقي
ويرد به غيظا الي عنقي *
واستقر اذا عاقبته خنقا
واين ذل الهوى من عزة
الخنق *

ولما توفي سديد الدولة ملك شيزر
بعده ولده ابو المرهف نصر بن علي
بن منقذ ويلقب بلقب والده ملك
الدولة ۞

وفي سنة سبع وسبعين واربع مائة
ورد اقسنقر الحاجب من عند السلطان
جلال الدولة ملكشاه الي بغداد متوليا
عليها وفيها ولد الوزير ۞

وفي هذه السنة عصي تبش بن
البرسلان علي اخيه السلطان جلال
الدولة وافتتح مرو واباحها للجند ثلاثة
ايام وانتهب هو واصحابه الاموال
وانتهكوا المحارم وشربوا الخمر في
الجامع في شهر رمضان فقصده اخوه
السلطان جلال الدولة فسار تبش الي
قلعة برجس وتحصن بها فنزل وضايقه
وحاصره وظفر به وقيده واعتقله في بعض
القلاع ۞

وفي هذه السنة كان مقتل شرف
الدولة بن قريش صاحب حلب والموصل
وذلك انه لما ملك حلب واستقر بها
صار الي انطاكية قاصدا نحوها
وهي يومئذ بيد سليمان بن قطلمس
فخرج اليه سليمان واقتتلوا وانهزم
شرف الدولة وهو مثخن بالجراح فمات

Rex Mahmudus Adilus Nuridinus f. Zikæ, cujus misereatur Deus: quod contigit poſt terræmotum, qui Sjaizarum concutiens Mancaditum & Iamanitum familias delevit.

Anno autem 475 obijt Sedijduddaulas Abulhaſenus Alis filius Mancadi Dominus Sjaizari, poſtquam per annum & aliquot menſes eidem præfuiſſet. eratque Princeps excellens, ſtrenuus ſapiens, & in Poëſi egregius. inter cætera hoc ejus dictum extat in famulum quendam quem percuſſerat, attamen amore proſequebatur. Cœpit 1 Iunij. A. C. 1082. Obitus Sedijduddaulæ.

Inſultabam ipſi, animus tamen meus
accedere haud poterat; pro eo autem compreſſit collum meum.
Cumq; caſtigaſſem ipſũ, ſe collo humiliavit: ubi autẽ incitat amor prę
vehementia ſua ad ſtrãgulandum?

Cum vero vita defunctus eſſet Sedijduddaulas, paruit poſtea Sjaizarum filio ipſius Abulmerhafo Naſro f. Alis f. Mancadi; qui cognomine patris ſui cognominatus fuit Melicuddaulas. Sedijduddaulæ ſucceſſit filius.

Anno 477 contulit ſe Caſtacarus Ianitor juſſu Regis Gjelaluddaulæ Melicsjahi Bagdadum, ut imperio illius præeſſet; ibique erat filius Conſiliarij. Cœpit 9 Maii. A. C. 1084.

Hoc anno rebellavit Niſus fil. Barſelani aduerſus fratrem ſuum Regem Gjelaluddaulam; cepitque Marwam à qua exercitum quidem per triduum continuit, ipſe vero cum comitatu ſuo diripuit opes, lege prohibitis ſtuprum intulerunt, & vinum in templo potarunt ipſo menſe Ramadâno. ut autem frater ejus Rex Gjelaluddaulas eo contendit, recepit ſe Niſus in caſtellum Bergjeſum in quo ſe munivit; at ille ibi caſtrametatus arctiſſime eum obſedit. & ſuperatum, ac compedibus conſtrictum caſtello cuidam juſſit includi. Niſus rebellat contra Gieladuddaulam. inſolentia eius. in carcerem coniicitur.

Eodem anno internecio contigit Sjarfuddaulæ f. Coraiſi Domini Halebi & Manſilæ, & quidem hoc modo. cum ille Halebi imperium ſibi firmum aſſeruiſſet, ad invadendam Antiochiam conceſſit; quam tunc temporis tenebat Solymanus f. Ptolomæi. quo contra eum egreſſo & prælium committente Sjarfuddaulas in fugã converſus fuit, ex vulneribus obrigeſcens expiravit, emiſe- Mors Siarfuddaulæ.

emiſerat autem quaſdam copias ex ſuis, ſed urbis portæ illis occludebantur.

Cœpit 29 Aprilis A. C. 1085.

Tagiuddaulas auxiliante Artako Halebum capit.

Anno 478 Rex Tag juddaulas conſecutus fuit dominium Halebi; cum enim intellexiſſet Dominum ejus Sjarfuddaulam occiſum eſſe, illuc iter inſtituit; venitque ipſi ſubſidio Artacus Turcomanus, qui Hulwanam, & Habelam poteſtati ſubjecerat ſuæ. eratque hic Artacus pater Muluci & Artaciæ, qui ſimul conſpiraverant, ut Solimano filio Ptolomæi Domino Antiochiæ bellum inferrent. dimicarunt autem haud procul à porta Halebi, & poſtquam multis prœlijs certatum eſſet, Solimanus tandem interfectus fuit, & ſocij ejus fugã ceperunt. Tag juddaulas autem Halebum occupavit, & totius Syriæ imperium ipſi conſummatum fuit.

Cœpit 6 Martij A. C. 1090.

Batyna invadit Caſtella.

accreſcit eius imperium.

ſumma ſubditorum in eũ obſervantia.

Anno 483 incepit Batÿna invadere Caſtella Barbarorum atque Arabum, primumque quod occupavit Rodiara fuit à partibus Arabum. parebat autem caſtellum hoc Camaho amico Regis Gjelaluddaulæ, ejuſque ibi vicarius conſilio Batÿnæ aſſentiens & acceptus ab Haſeno f. Masbaci Batinæo 1200 aureis, tradidit illud. erat autem Haſenus ille Marwades nobilitate illuſtris. poſteaquam vero ad Ducem Abdalrezacum in Herama perſcripſiſſet, ipſe in Aegyptum venit, & quemcumq; Batÿna invitavit, ſe adjunxit ſectæ ipſorum. tum ille inauguravit eum nomine populi, cujus ipſe caput erat, illumque multi ſequuti ſunt. Cum vero imperium ejus accreviſſet & feliciter procederet, interminatus ipſi fuit Rex Gjelaluddaulas, & obedientiam ab illo exegit. Cumque Legatus coram eo veniſſet, quoſdam ex aſſeclis ſuis acceſſiri juſſit & adoleſcenti cuidam ex ijs annuens dixit, interfice te ipſum, atque ita fecit; tum alteri innuit, ut ex arce ſe præcipitem daret, quod item fecit & comminutus fuit: tum vero Rex Legato dixit: ejuſmodi 70000 ſubditi hac in me obſervantia feruntur, atque hoc tibi pro reſponſo eſto. Reverſuſque fuit Legatus ad Regem, hoc ipſum commemorans illi, qui admiratione perculſus eos miſſos fecit, & ob eos ſollicitus fuit. Diverſa deinde caſtella oppugnarunt, & invaſerunt, ex quibus erat caſtellum

فبعث جماعة من اصحابه فاغلقت من
دونهم ابوابها ۞

وفي سنة ثمان وسبعين واربع مماية
استولي الملك تاج الدولة على حلب
وذلك لما بلغه مقتل شرف الدولة
صاحبها سار الي حلب وجاه ارتق
التركماني مناصرا له وكان ارتق
قد تغلب على حلوان والجبل وهذا
ارتق والد الملوك والارتقية فاتفقا
علي حرب سليمان بن قطلمس صاحب
انطاكية فاقتتلوا على باب حلب
وكان بينهم حروب كثيرة اخرها
ان سليمان قتل وانهزم اصحابه وتسلم
تاج الدولة حلب وصفت له مملكة
الشام باسرة ۞

وفي سنة ثلاث وثمانين واربع مماية
كان ابتداء ملك الباطينة لقلاعهم
بالعجم والديلم واول قلعة ملكها
الباطنية قلعة يقال لها الروديار من
نواحي الديلم وكانت هذه القلعة
لقماج صاحب السلطان جلال الدولة
ونايبه بها يري براي الباطنية فاعطاه
الحسن بن مصباح الباطني الفا ومايتي
دينار فسلمها اليه واصل هذا الحسن
بن مرو وكان كاتبا للريس عبد
الرزاق بهرام ثم سار الي مصر فتلقي من
دعاه الباطينة مذهبهم ثم دعاه هو
داعيه القوم والراس فيهم فتبعه خلق
كثير ولما عظم امره واستفحل وبعث
اليه السلطان جلال الدولة يتهدده
ويدعوه الى طاعته فلما حضر عنده
الرسول احضر جماعة من اصحابه
واوصي الى شاب منهم وقال له
اقتل نفسك ففعل ثم اوصي الى اخر
بان يرمي نفسه من القلعة ففعل وتقطع
وقال لرسول السلطان ان رعيتي
من هولاء سبعين الفا هذه طاعتهم
الي وهذا هو الجواب فعاد رسول
السلطان اخبر بذلك فتعجب
وتركهم واشتغل عنهم ثم استولوا على
قلاع كثيرة وغلبوا عليها ومنها قلعة

الاموت وهي مقر عظمتهم وكرسي
مملكتهم ۞

وفي سنة خمس وثمانين واربع مماية
كانت وفاة السلطان جلال الدولة
ملكشاه بن السلطان عضد الدولة
السلجوقي هو ثالث ملوكهم [illegible]
مملكته عشرين سن[illegible]
عمره سبعة وثلاثين س[illegible]
وسيرته كان ملد[illegible]
كريما شجاعا واف[illegible]
جميل الطوية اسقط المـ[illegible] وازال
المظالم وعمر القناطر والجسور والانهار
وبنا الجامع المعروف بجامع السلطان
ببغداد وبنا المدرسة الحنيفية المجاورة
لقبة الامام ابي حنيفة برصافة بغداد
واوقف عليها الوقوف العظيمة وبنا
الاسواق والبلاد وحارب الاعدا وغنم
الغنايم وفتح الفتوحات الكثيرة
وكانت مملكته من اقصا بلاد الترك
الي القدس الشريف والي اقصي بلاد اليمن
وكانت نيته رحمه الله جميلة فامنت
السبل واكثر الخصب وخافته الناس
خوفا عظيما وهابوه هيبة شديدة فكف
الظالم وانتصف المظلوم وكان يقف
المراة والضعيف والمظلوم ولا ينصرف حتي
تقضي حاجاتهم وقيل انه دخل مرة
بطوس الي مشهد علي بن موسي الرضي
للزيارة ومعه وزيره نظام الملك فقال
ايما دعوت قال دعوت بان يظفرك الله
باخيك تتش وكان ذلك وقت
عصيانه ومحاربته له فقال اني لم ادع
هكذا ولكني قلت اللهم ان كان
اخي اصلح للمسلمين مني فظفره بي وان
كنت اصلح منه لهم فظفرني به واخباره
في هذه المعني كثيرة وكان قد جري
بينه وبين الخليفة المقتدي وقفة فكتب
الي الخليفة يقول له تنح عن بغداد فبعث
اليه الخليفة يقول اجلني عشرة ايام
فاتفق ان السلطان توفا قبل

Alamuta, quod pro potentiæ ſuæ præſidio, & imperij ſede habuerunt.

Anno 485 exceſſit è vita Rex Gjelaluddaulas Melicſjahus fil. Regis Adaduddaulæ Salghucides, eratque illorum Rex tertius. imperium ejus duravit 20 annos & aliquot menſes; vixit autem 37 annos & 5 menſes. Quod ad mores ejus attinet: erat Rex eximius, ſapiens, liberalis, ſtrenuus, præſtans ingenio, ſynceritate probatus, inſignis pietate, diminuebat tributa, prohibebat ne injuriæ fierent: & pontes, vias, fluvioſque fieri curabat, & conſtrui templum Bagdadi, quod templum Regis appellatur; nec non Collegium Haniſſæum prope Sacellum Antiſtitis Abulhanyfæ in via ſtrata Bagdadi, illudque magnis beneficijs donavit: foraetiam & oppida conſtruxit, & oppugnandis inimicis ſpolia multa conſecutus fuit, compluresq; victorias obtinuit. ita ut ab extremis Turcarum oris, uſque ad nobilem Hieroſolymam, & finem Iamanæ, imperium ejus extenſum fuerit: atque hoc laudabili ejus ſtudio effectũ fuit, ut itinera tuta forent, & rerum abundantia floreret, ipſeque populo non timori tantum, ſed & magno terrori eſſet, conpeſceretur iniquus, & jus redderetur injuriam paſſo. Neque mulier, pauper, aut quiſquam injuria affectus in judicium accedens dimittebatur, niſi cauſis ejus dijudicatis. Fertur autem cum aliquando Tuſum ingreſſus eſſet ad ſepulchrum Alis fil. Moſis viſitationis gratia, interrogaſſe Conſiliarium ſuum Netamulmelicum, qui una cum eo erat, quidnam precatus eſſet, qui reſpondit, ut te Deus fratre tuo Niſo victoriã ſuperiorem præſtet, eo autem tempore rebellionem & bellum contra eum Niſus moverat: ipſe verò, dixit, haud iſtiuſmodi precatio mea, ſed talis fuit, Omnipotens Deus, ſi frater magis convenit Muſlimorum ſaluti, quàm ego, victoriam ipſi de me concedas; ſi vero ego potior eo ſum in commodum illorum, me illo ſuperiorem reddas. *Multaq; alia in hanc ſententiam dicta ejus referuntur. Inter ipſum autem & Chalifam Muctadim jam fœdus pactum erat: ſcripſerat enim ille ad Chalifam ut à Bagdado diſcederet, qui ab illo ſibi concedi petijt terminum 10 dierum, ſed evenit ut Rex vita defungeretur ante diſceſ-*

Cœpit 11 Februarij A.C.1092

obitus Gjelaluddaulę.

virtutes ejus.

obitus Regis Gielaluddaulę.

diſceſſum illius, idque Bagdadi, ubi & ſepultus fuit. Quatuor autem filios poſt ſe reliquit, Mahmudum, Muhammedem, Barkiarucum, & Singjarum.

ſucceſſor filius Mahmudus.

Præceperat autem Rex ut filio Mahmudo regnum Bagdadi aſſignaretur, cujus tunc temporis ætas erat 5 annorum & 10 menſium.

Mater eius Barcana regno præeſt.

Sed mater ejus Barcana filia Terahi è ſtirpe Afraſiani Regis Turcarum gubernationi filij præfuit, ut pote quæ conſilio & intelligentia pollebat, decemque Turcarum millia tenebat. Optime autem tuebatur & milites & terram; atque exercitus donationibus ſibi conciliavit, ut filio juramentum fidelitatis præſtarent.

Inauguratio Mahmudi.

Miſitque ad Chalifam Muctadæum Biamrillam petens ab eo ut mandaret filio imperium confirmari, qui & conſenſit in inaugurationem ejus, ita ut illius nomine in ſuggeſtis oratum fuerit. Et coram præſente Abulmanſore f. Hamjri veſtibus imperialibus ornarunt Regem Mahmudum f. Gjelaluddaulæ, coronarunt & gladio cinxerunt. Neque videbatur quiſquam populo majorem gravitatem modeſtia & quiete præ ſe ferre ſupra ætatis ſuæ modulum: nam neque manum extendebat, neque pedem movebat, aut aliquod ſui menbrum inclinabat. tum allocutus eum fuit Conſiliarius Abulmanſor fil. Hamjri hoc modo, jubet tibi dici imperator fidelium. retribuat tibi Deus pro patre tuo optimum quodque, quod tribuit vivo, & mortuo: Vtique favit ipſe electioni tuæ, imperio, atque eminentiæ: Atque ita arbitrium ejus & benevolentia erga te certa rata aſſertaque eſto. quæ verba ut Rex Mahmudus audivit, Imperatori fidelium firmavit fidem, & gratias egit. tum Conſiliarius ad Matrem ejus acceſſit, & congratulatus ipſi fuit de filij præfectura, & nomine Chalifæ ipſam conſolatus ob maritum fuit, & ſignificavit, qui præfecturam ei conceſſiſſet: ipſa vero poſtquam precata eſſet, gratiaſque egiſſet, cum filio ſuo unico Nahrawanam egreſſa fuit, & pro eo bellum geſſit.

Tagiuddaulas regnum ambit.

Vt verò Tagjuddaulæ Niſo Domino Damaſci de obitu fratris Gjelaluddaulæ renunciatum fuit, ſe ipſum inauguravit, & ad Imperatorem fidelium Muctadæum miſit, qui Bagdadi imperium obtinere poſſet, quod recuſatum ipſi fuit. Deinde diſceſſit Tagiuddaulas Rahabam cumque

مضيه وكانت وفاته ببغداد
ودفن بها وخلف اربعة اولاد وهم
محمود ومحمد وبركيارق وسنجر
وكانت وصيه السلطان لولده
محمود فخطب له بالسلطنة ببغداد
وعمره يومئذ خمسة سنين وعشرة اشهر
وكانت امه بركان خاتون
بنت طرلو من نسل افراسيان
ملك الترك فقامت بتدبير ولدها
وكانت امراة مدبر عاقلة وكان
معها من الترك عشرة الف فضبطت
الجند والبلاد واحسن ضبط وارضت
العساكر بالاموال واستحلفهم لولدها
محمود وبعثت الي الخليفة المقتدي بامر
الله تسالة ان يامر بالخطبة لولدها
فاجاب وتقدم بان يخلع عليه ويخطب
له علي المنابر فحضر ابو المنصور بن جمير
ومعهم الخلع فافاضوها علي السلطان
محمود بن جلال الدولة وتوجوه وقلدوه
سيفا ولم ترا الناس اعظم منه هدوا
وسكونا على صغر سنه ولم يمد يديه
ولا حرك رجله ولا اومي شي من اعضايه
وقال له الوزير ابو منصور بن جمير
يقول لك امير المومنين جزاك الله
عن والدك افضل ما جزا حي وميت
فلقد وفق في اختيارك وتدبيرك
والمنزلة الرفيعة ولقد صدقت ظنه
وحققت اعتقاده فيك فخرم السلطان
محمود لما سمع هذا الكلام ودعا لامير
المومنين واستحسن منه ذلك ثم دخل
الوزير الي والدته فهناها بولاية ولدها
وعزاها في زوجها عن الخليفة وعرفها
ولايته لها فدعت وشكرت وخرجت
بابنها وحيدها الي النهروان فعسكرت به *
فلما بلغ تاج الدولة تتش صاحب
دمشق وفاة اخيه جلال الدولة خطب
لنفسه وبعث الي امير المومنين المقتدي
يلتمس من الخطبه ببغداد فامتنع من
ذلك ثم سار تاج الدولة الي الرحبة

فلكها فدخل في طاعة قسمر الدولة
وكان السلطان جلال الدولة قد تسلم
حلب من اخيه تاج الدولة وسلمها الي
قسمر الدولة وجعله نايبه فيها ۞

وفي سنة ست وثمانين واربع ماية انفصل
قسمر الدولة عن تاج الدولة [illegible]
بركيارق بن جلال الدولة [illegible]
واجتمع الي بركيارق [illegible]
الخلق وقدموه الي [illegible]
القيم بامره امراة وان [illegible] بركيارق
اكبر ولد ابيه واحقهم بالسلطنة ۞

وفي سنة سبع وثمانين واربع ماية
توفيت بركان خاتون ام محمود
فاختلفت احوال ابنها وتفرقت عنه
جموعه واجتمع لاخيه السلطان بركيارق
جمع عظيم فقصد بغداد ودخلها وولي
السلطنة وانهزم محمود منه ۞

وفي هذه السنة توفي امير المومنين
المقتدي وسببه ان السلطان بركيارق
لما دخل بغداد حمل الي الخليفة اموالا
عظيمة وهدايا وتحف وساله ان يخطب
له بالسلطنة فتقدم الخليفة باسا كتاب
العهد فكتب ثم حل اليه لينظر فيه
فنظر فيه وعلم عليه وتركه الي جانبه
واحضر الخلع واعدها ليخلعها عليه
ثم قدم اليه الطعام فتناوله وغسل يديه
واعاد نظره في العهد وتامله وهو علي
اجمل حاله في ختمه ونقشه وبين يديه
قهرمانة اسمها شمس النهار فقال لها
ما هذه الاشخاص الذي دخلوا علينا
بغير اذن فالتفتت القهرمانة فلم ترا
احدا فالتفتت اليه فراته قد تغير لونه
واسترخت يديه ورجليه وانحلت قواه
وسقط علي الارض فظنت انه قد غشي
عليه فحللت ازراره فاذا هو مات
فسجته وامسكت نفسها عن
البكا واستدعت من الخادم فاستدعا
الوزير ابا منصور وولده وكان قد
عهد اليه ابوه بالخلافة فعرياه وهنياه

cumque eam occupaſſet, deſcendit in leges ejus Caſmaruddaulas, cui Princeps Gjelaluddaulas Halebum fratri ſuo Tagjuddaulæ ereptum ſuo nomine regendum tradiderat.

Anno 486 Caſmaruddaulas facto à Tagjuddaula divortio ad Barkiurucum f. Gjelaluddaulæ Melicsjahi receſſit, multæque copiæ ſe Barkiarucq adjunxere, quæ illum adverſus fratrem Mahmudum incitarunt, idque minoris ætatis cauſa, & quòd mulier imperio præeſſet: tum etiam quod Barkiarucus fratrum ſuorum maximus eſſet, cui præ illis regnandi jus competebat. Cœpit 1. Febr. A. C. 1093. Barkiarucus ad regnum aſpirat.

Anno 487 obijt Barcana Chatunis mater Mahmudi, & in contrarias partes abeuntibus amicis copiæ ejus defecerunt, ingenſque multitudo ſe fratri ejus Barkiaruco aſſociavit; quapropter Bagdadum contendit, quod ingreſſus fuit, & occupato regno Mahmudum in fugam conjecit. Cœpit 21 Ianuar. A. C. 1094. Barkiarucus potitur regno.

Hoc eodem anno è vita exceſſit Imperator fidelium Muctadæus, ejuſque rei hæc cauſa fuit; Rex Barkiarucus cum Bagdadum intraſſet oblatis Chalifæ magnis opibus, muneribus, & ornamentis ab eo petebat, ut in regno inaugurari poſſet, quod conceſſit Chalifa jubens litteris conſignari pactam auctoritatem, quæ ut ſcriptæ eſſent aperuit illas ut inſpiceret, & ſignatas à latere poſitas reliquit: atque apportari juſſit imperiale ornamentum, quo parabat condecorare ipſum. Tum ut allatus cibus ipſi appoſitus eſſet, manuſque laviſſet, iteratò inſpectas litteras expendebat, erant autem admodum inſignes ſigilli impreſſione, atque ſculpturâ; & ancillæ, quæ coram eo aderat, Sol diei cognominatæ, dixit, quænã illæ perſonæ ſunt, quæ ſine venia ad nos accedunt? cumq; circumſpiciens ancilla neminẽ animadvertiſſet, ad ipſum reſpexit, viditque colorem ejus jam immutatum, & manibus pedibuſque flacceſcentibus vires ejus diſſolvi, ita ut humi procideret; ipſa autem putabat animi diliquium ipſi accidiſſe, & ut veſtem ejus lineam ſoluit, mortuum invenit: & pro eo cum benedixiſſet Deo à lachrymis ſibi temperans Iaminum famulum vocavit, qui Conſiliarium Abulmanſorem accerſivit, & filium Chalifæ, cui pater antea Chalifatum aſſignaverat, ipſique eum denudarũt & juſta mortuo ſolverunt. Obitus Imperatoris Muctadæi.

Conti-

Contigit autem obitus Muctadæi medio menſe Muharramo anni 487: ejuſq; Chalifatus duravit 19 annos & aliquot menſes: vita autem ejus 38 annos, 8 menſes & aliquot dies. Et quod naturam ejus attinet, Natura ejus. *peritus fuit Religionis & ſtudioſus doctorum virorũ, pius & proborum amator, ſtrenuus, benignus: & egregios etiam verſus componebat, è quorum ſumma hi ſunt,*

Per eum qui ſi voluiſſet aliud ab eo quod in nobis eſt, infeſta reddidiſſet per populum negotia negotijs!
Eduximus è tenebris Iniquitatis, cum caliginoſa evaſiſſet nox ejus, manè juſtitiæ formoſum.
Quod ſi oculus meus aliò reſpexit, ne palpebræ ejus cooperiant adverſarium ſomni.
Et ſi aliò quam ad te pes meus extenſus fuit, ne ſecurus ſit ab errore & offendiculo.
Per Deum! ego ille liberator fui qui ſupra dies prævalui ut immutarentur.

Inquit Chronologus, ſubſtitit Chalifatus ejus novemdecim annos, quinque menſes & quinque dies, quorum primus & ultimus fuere dies Veneris; elapſis annis Hegiræ 480 & 15 diebus, annis vero ſolaribus mundi 6585 & quatuor menſibus.

Prout autem referunt Chronica Chriſtianorum, Patriarcha Iacobitarum Alexandriæ creatus fuit Michaël, qui detentus in carcere fuerat Singjaræ ex ditione Neſteruhi. & præfectus fuit die duodecimo menſis Babæ anno 809 Martyrum, id eſt, anno 482 Hegiræ, anno 58 Muſtanſiri Domini Aegypti, & mortuus fuit die primo Pentecoſtes, ultimo menſis Basjnaſi anno 818 Martyrum Muallacæ in Aegypto. Fuitque Patriarchatus ejus 9 annorum & 8 menſium: tempore illius Nilus quamplurimum decrevit, ita ut Muſtanſirus illum in Aethiopiam mitteret cum muneribus & ornamentis multis; eique obviam venit Rex ejus, & cum reverenter eum excepiſſet, quæſivit, qua de cauſa eò veniſſet, & expoſuit illi quî Nilo Aegypti aquæ penuria laborante magnum terræ ejus & incolis damnũ impenderet. Itaque diverticulum recludi juſſit ut aqua inde ad Aegyptios deflueret, propterea quod eò uſq; Patriarcha veniſſet: & accrevit Nilus

Tempore Patriarchæ Alexandrini Michaëlis Nilus in Aegypto imminutus multum.

وكانت وفاة المقتدي منتصف المحرم
سنة سبع وثمانين واربع ماية وكانت
مدة خلافته تسع عشرة سنة وشهورا وعمره
ثمانية وثلاثين سنة وثمانية اشهر واياما
وسيرته كان عالما دينا محبا اهل العلم
حسن العقيدة محبا اهل الخير شجاعا
[illegible] *
[illegible] غير ما بنا
[illegible] ريا الي الترا *
[illegible] بعدما دجي
ليلها صبحا من العدل مسفرا *
لين نظرت عيني الى وجه غيره فلا
صافحت اجفانها لذة الكرا *
وان تسع رجلي نحو غيرك اوسعت
فلا امنت من ان تزل او تعثرا *
ووالله اني ذلك المخلص الذي
عزيز علي الايام ان يتغيرا *
قال المورخ كانت مدة خلافته
تسع عشرة سنة وخمسة اشهر وخمسة ايام
اولها يوم الجمعة واخرها يوم الجمعة لتتمة
اربع ماية وثمانين سنة وخمسة عشر يوما
للهجرة ولتتمة ستة الف وخمس ماية وخمسة
وثمانين واربعة شهور للعالم شمسية
والذي ورد تواريخ النصارى انه
صير لهم بطركا اسمه ميخاييل لليعاقبة
علي الاسكندرية وكان حبيسا
بسنجار من اعمال نسترو قدم في اليوم
الثاني عشر من بابه سنة ثمان ماية وتسعة
للشهدا سنة اثنين وثمانين واربع ماية
للهجرة في السنة الثامنة وخمسين المستنصر
صاحب مصر ومات يوم الاحد عيد
الخمسين اخر بشنس سنة ثمان ماية
وثمان عشرة للشهدا في المعلقة بمصر ومدة
بطركيته تسع سنين وثمانية شهور وفي
ايامه نقص النيل كثيرا فارسله المستنصر
الي بلاد الحبشة بهدايا وتحف كثيرة
فتلقاه ملكها وسجد بين يديه وساله عن
سبب قدومه فعرفه ان نيل مصر قد نقص
واضر بالبلاد وباهلها فامر ان يفتح
السد الذي يجري منه الما الي الديار
المصرية لاجل قدوم البطرك وزاد النيل

una

في ليلة واحدة ثلاثة اذرع وتكامل النيل
ورويت ديار مصر وزرعت وعاد
البطرك بكرامة عظيمة الي مصر واحسن
اليه الامام المستنصر واخلع عليه ۞

una nocte ad tria brachia, ita ut eo impleto campi Aegypti irrigati atque conſiti fuerint. Magnoque cum honore rediyt Patriarcha in Aegyptum & Princeps Muſtanſirus beneficijs illũ & dignitatibus ornavit.

CAPUT NONUM.

الثامن والعشرون من الخلفا العباسيين
وهو التاسع والاربعون المستظهر
بالله ابو العباس احمد بن
المقتدي بن الذخيرة *

Vigeſimus octavus Abbaſidarum, & Chalifa quadrageſimus nonus

AHMEDUS ABULABASUS MUTSADIRUS BILLA, f. Muctadis, f. Dahyræ.

امه ام ولد بويع له بالخلافه يوم
توفي والده منتصف المحرم
سنه سبع وثمانين واربع
مايه والسلطان بركيارق بن جلال
الدولة ملكشاه يومئذ ببغداد في
عساكره وقد استقر ملكه بها ۞

NATUS fuit ex matre concubina; eodem die quo pater ejus obijt Chalifa renunciatus fuit medio menſis Muharrami anni 487, quo tempore Rex Barkiarukus f. Gjelaluddaulæ Melicsjahi in exercitu ſuo Bagdadi erat, cujus jam imperium ipſi firmum conſtabat.

وفي هذه السنة كانت وفاة المستنصر
بالله صاحب مصر في نصف الليل ليلة
الخميس ثامنة عشرة ذي الحجة سنة سبع
وثمانين واربع مايه ومدة مملكته نحو
من ستين سنة وبويع ولده المستعلي بالله
ابو القاسم احمد بن المستنصر بالله ۞

Eodem anno è vita exceſſit Muſtanſirus Billa Dominus Aegypti media nocte diei Iovis, qui erat decimus octavus Dulhagjæ anni 487, poſtquam per ſexennium fere imperaſſet; & inauguratus fuit filius ejus Ahmedus Abulcaſemus Muſtalis Billa fil. Muſtanſiri Billæ. Obiit Muſtanſirus Billa.

وفي هذه السنة احتشد الملك تاج
الدولة اقسنقر فجرت بينهما حروب
شديدة انجلت عن قتل اقسنقر جمادي
الاولي واستولي تاج الدولة علي حلب
وملكها وعزم علي قصد العراق ۞

Hoc etiam anno exercitum conſcripſit Rex Tagjuddaulas contra Icſancarum, & cruenta inter eos prælia commiſſa fuerunt, quæ à morte Icſancari menſe Gjumada priore occiſi famæ claritatem conſecuta ſunt. Tagjuddaulas autem Halebi imperium occupavit, ſtatuitque porro contendere Iracam. Tagjuddaulas vincit Icſancarum.

وفي سنه ثمان وثمانين واربع مايه
كان مقتل الملك تاج الدوله تتش
وسببه ان المستظهر بالله لما ولي الخلافه
كتب السلطان بركيارق العهد
بالسلطنة وخلع عليه وتوجه وطوقه
وسوره وولاه ما ورا بابه ثم بلغ
بركيارق احتجاج تاج الدولة عمه
وعصيانه وقصده له فسار اليه فالتقوا
بقرب الري فاقتتلوا قتالا شديدا فقتل
تاج الدولة وانهزم اصحابه وذلك في
صفر من هذه السنة واستقرت السلطنة
للسلطان بركيارق واجتمع الناس
عليه واستوزر ابا بكر عبد الله بن

Anno 488 interfectus fuit Rex Tagjuddaulas Niſus, idque hac occaſione; Cum Muſtadirus Billa, Chalifatui præfectus eſſet, ſcripſit Regi Barkyaruco conſignatam regni autoritatem, eumque veſtibus imperialibus, corona torque & monilibus inſignivit & aulæ præpoſuit ſuæ. Paulo poſt intellexit Rex Barkyarucus patrui ſui Tagjuddaulæ contentionem & rebellionem, eumque ad ſe affectare viam; ideoque contra proceſſit & ad conſpectum obvij invicem facti acriter pugnarunt, ubi Tagjuddaulas occiſus fuit, ejuſque copiæ fugam ceperunt. quod contigit menſe Safaro hujus anni. atque ita imperium Regi Barkyaruco confirmatum fuit, & ad ipſum multitudo hominum confluxit. Conſilijs autem ſuis præfecit Abdallam Abulbecrum fil.

Capit. 10 Febr. A.C 1095.

Occiditur Tagjuddaulas.

regni

Nethamulmelici à Bathyna interfecti tempore Gjelaluddaulæ. quem tamen poſtea ab hoc munere rejecit, idque detulit Ali Mudaffiro f. Nethamulmelici. Emiſerat autem Rex Tagjuddaulas ante prœliũ; quod inter ipſum & Barkyarutum contigit, Ioſephum f. Arſaci Turcam, ad inaugurationem in urbe Bagdadi obtinendam: Cumque prope ab Vrbe eſſet, contra eum Chalifa è Senatu Ianitorem obviam miſit; ſed foras haud proceſſit. ille autem pagos quoſdam Bagdadi depopulatus fuit, cumque de ipſa Vrbe diripienda decreviſſet, nuntium ipſi allatũ fuit Tagjuddaulam interfectum eſſe; quamobrem Halebum fugâ contendit.

Roduwanus Halebum occupat.

cumque filio Roduwano, qui Damaſci erat, mors patris renunciata eſſet, Halebum ſe recepit, idque ingreſſus ſubjugavit ut & arcem ejus. cognominatus autem fuit Fecharulmelicus, id eſt, Gloria regni. *Ejuſque veſtigia ſecutus fuit frater ejus Decacus Sjemſulmulucus, id eſt,* Sol regum, *cognominatus, è tractu Diarbecræ cum militum copia tam ex ſuo quam patris exercitu.*

Decacus Damaſcũ occupat.

Dum vero Halebi apud fratrem Principem Roduwanum ſubſiſteret, perſcripſit ad eum Subekinus Elhadimus, qui nomine Tagjuddaulæ arci præerat Damaſcenæ, ut eo veniret ad occupandũ Damaſci regnum. Itaque Decacus à fratre Roduwano clanculum deceſſit, qui cum id ipſum reſciviſſet, cohortem 400 militum à tergo miſit, ſed eum haud aſſequebantur. ita ut Decacus Damaſcum pervenerit, quam tradidit imperio ejus Subekinus Elhadimus & juramento milites ipſi obſtricti fuerunt. illum vero Decacus vicariũ in regni gubernatione adſcivit; ſed paulo poſt eundem interemit, & ſubſtituit Ababecũ Tabelinum; qui ex ſervis erat Tagjuddaulæ, parumque ab eo æſtimatus erat, donec illum proceribus prælatum Ianitorem conſtitueret & in ſervitio ac fortitudine ejus acquieſcens regimen Damaſci vicarium ipſi committeret; quam cuſtodivit, vitamque ſuam populo probavit, habitationis eminentiâ & nominis celebritate inſignis. præfecerat autem Tagjuddaulas Myaſarkinum, illique tradiderat filium ſuum Principem Decacum cujus gubernationem & educationem eidem cõmiſit; atque ita evectus fuit Myaſarkinus vitam laudabiliter inſtituens. Tum diſceſſit Ababecus Tabelinus cum Rege Tagjuddaula, prælioque cum intereſſet,

نطام الملك وكان نطام الملك قد قتله
الباطينة في ايام جلال الدولة ثم عزل
السلطان بركيارق ابا بكر بن نطام
الملك عن وزاريه وولاها للمظفر على
بن نطام الملك وكان الملك تاج الدولة
قد سير قبل الوقعة التي وقعت بينه وبين
بركيارق يوسف بن ارتق التركاني
لاقامة الدعوه له ببغداد فلما قرب من
المدينة اخرج الخليفه اليه حاجبا من
الديوان للقايه فلم يخرج اليه فنهب
بعض قري بغداد وعزم علي بغداد فورد
الخبر اليه بقتل تاج الدولة فهرب الي حلب
ولما وردت الاخبار بقتل تاج الدولة الي
ولده رضوان وكان بدمشق فسار الي
حلب ودخلها وملكها وملك قلعتها
وكان يلقب بفخر الملك ووصل على
اثره اخوه شمس الملوك دقاق من ناحية
ديار بكر ومعه جماعة من عسكره
وعسكر ابيه فاقام بحلب عند اخيه
الملك رضوان ثم وردت كتب سوبكين
الخادم النايب بقلعة دمشق عن تاج
الدولة الى شمس الملوك دقاق وهو
بحلب ان يقصد دمشق ليملكها
فتوجه دقاق سرا من اخيه فبلغ اخاه
رضوان الخبر فجهز خلفه سرية فلم يظفروا
به ووصل شمس الملوك دقاق دمشق
فملكها سوبكين الخادم واستحلف له
الاجناد واستنابه دقاق في تدبير
مملكته ثم قتله عن قرب فاقام ابابك
طغتكين كان من مماليك تاج الدولة
وخطي عنده حتي قدمه على خواصه
واستحجبه وسكن الي خدمته وشهامته
واستنابه في تدبير دمشق وحفظها
واحسن السيره في الرعيه وعلت منزلته
واشتهر ذكره وولا تاج الدولة ميافارقين
وسلم اليه ولده الملك دقاق واعتمد عليه
في تدبيره وكفالته فقام ميافارقين
واحسن السيره ثم توجه اتابك طغتكين
مع السلطان تاج الدولة وشهد الوقعة

التي قتل فيها تاج الدولة واسره اصحاب
السلطان بركيروق وحملوه اليه
فاعتقله مدة ثم خلص من الاسر وسار
الي دمشق فتلقاه الملك شمس الملوك
دقاق بعساكره واكرمه ورد اليه
الاسفهلارية الذي كان تولاها في حياة
والده واعتهد عليه في تدبير [illegible]
دلك علي سوبكين [illegible]
الي ان قتل الملك [illegible]
انفرد ابابك طعيا[illegible]
وتزوج بالخاتون [illegible]
وفي سنة تسع و[illegible] واربع ماية
خطب فخر الملك رضوان بن تاج الدولة
صاحب حلب للامام المستعلي صاحب
مصر ثم قطع خطبته وسببه ان دقاق
صاحب دمشق خرج بعساكره الي
بعض السواحل وخلت دمشق منهم
وبلغ اخاه الملك رضوان دلك فسار
مجدا الي دمشق بجمع عظيم وكان
دلك في سنة تسع وثمانين وزحف
لحصار دمشق فغلقت ابوابها وركب
الناس الاسوار وقاتلوا فوقع حجر
المنجنيق في راس صاحب الملك
رضوان فسكن الحرب واستغلوبه
وعادوا الي الخيم وجاء الملك دقاق
بجموعه الي دمشق فدخلها فرحل الملك
رضوان عنها ولم يظفر بمقصود وفي قلبه
من دمشق ما لا يمكن وصفه لانها
مرباه وقد علم منزهاتها التي تعجز عن
حقيقتها الافكار وتستوقف في روية
مدايحها الابصار في كل ناحية
منها ثم فكاتب الملك رضوان صاحب
مصر يخطب له بحلب ويساعده علي
اخذ دمشق من اخيه دقاق فاجابه
الي دلك وخطب الملك رضوان المستعلي
صاحب مصر فلم يجده ثم قطع
خطبته واعاد الخطبة لبني العباس ۞
وفي سنة اثني وتسعين واربع ماية
كان استيلا الفرنج علي القدس لانهم

ubi hic occiſus fuit, captivum prehenderunt milites Barkyaruci: hic vero, eum ad ſe adductũ in carcere aliquamdiu detinuit, ſed inde poſtea liberatus fuit, & Damaſcũ petiјt; obviamq́; ipſi proceſſit Rex Decacus Sjemſulmulucus una cum exercitu ſuo & honore illum affecit, reddiditq́; dignitatem cui præfuerat tẽpore patris, ita ut fidei ejus regni adminiſtrationem cõmitteret; quod Subekinus Elhadimus ægre ferens odio illũ proſecutus fuit, donec Rex Decacus Subekinũ vitâ privaret: atq; Ababecus Tabelinus omnibus negotijs præpoſitus fuit & uxorem duxit Chatunim amicam Regis Decaci.

Anno 489 Roduwanus Fecharumelicus f. Tag juddaulæ Princeps Halebi inauguravit Pontificem Muſtalim Præfectum Aegypti; ſed poſtea abrogata ejus inauguratio fuit; ejuſque rei hac cauſa fuit, quod Decacus Princeps Damaſci ad loca quædam maritima cum exercitu ſuo egreſſus erat, ita ut Civitas inde deſerta relinqueretur, quod percipiens frater ejus Princeps Roduwanus, quâ potuit diligentiâ cum ingenti agmine Damaſcum contendit anno 489 applicans ſe ad obſidium Vrbis: ejus autem occluſis portis populus muros conſcendit propugnandi cauſa, ſaxumque è machina corruit in caput cujuſdam è comitatu Principis Roduwani, atque ita ſedatum fuit bellum & vincendi cupido, ipſis ad tentoria revertentibus. cumque Rex Decacus veniſſet cum copijs ſuis Damaſcum eamque ingreſſus eſſet, caſtra inde movit Princeps Roduwanus cũ propoſiti haud compos fieret. tantum autem de Damaſco conceperat, ut dici haud poſſit: in hac enim Vrbe educatus erat, ejuſque amœnitates cognoverat, quarum veritatem cogitationes haud aſſequũtur, defixiq́; in contemplatione rerum in ea laudabilium oculi undiq́; præſtringuntur. Scripſerat autem Princeps Roduwanus ad Præfectum Aegypti, quod in Halebi regnum ſufficeret ipſum, ſi auxilio veniret ad eripiendã fratri ſuo Damaſcum, quã conditionẽ ille accepit. atque ita Princeps Roduwanus ad Muſtalim Præfectum Aegypti imperiũ tranſtulit, qui tamen auxiliũ non præſtitit; ideoq; & inauguratio illius revocata fuit, redijtque ad Abbaſidarum familiam: Cœpit 31 Decemb. A.C.1095

Anno 492 occuparunt Franci Hieroſolymam ad oras Muſlimorum cum maximis Cœpit 28 Novemb. A.C.1098

copijs

Franci expugnant Hieroſolymam.

copijs egreſſi. potiti ſunt Antiochia & invaſerunt Maarrannaamam regemque ejus occiderunt. manſitque in poteſtate eorum uſque ad annum 526, quando eandem eripuit illis Ababakus Elſjahydus, cujus miſereatur Deus. Inde progreſſi ſunt Ramlam, eamque ſubjugarunt. hanc autem expeditionem ſuſceperunt anno 491 contendentes Hieroſolymam, cujus incolas peſſimâ clade oppugnarunt; cumque eam occupaſſent, Iudæos, qui ibi erant, in templo ſuo congregatos cremarunt. Muſlimorum autem ſupra ſeptuaginta millia mactarunt & diripuerunt ex Sachra ultra quadraginta lampades argenteas, quarum ſingulæ pendebant ter mille ſexcentas drachmas, præterea furnum argenteum quadraginta librarum, & ſupra viginti lampades aureas. permanſitque Hieroſolyma ſubjecta illis, uſque dum in libertatem vindicavit eandem Rex Ioſephus Nazirus Saladinus f. Iobi cujus miſereatur Deus: idque anno 583 ita ut in illorum poteſtate ſubſtiterit per 91 annos.

Initium Imperij Regis Muhammedis Ghayatuddini filij Regis Melicsjahi f. Barſelani Salghucidæ.

Ad Hiſtoriam ejus quod ſpectat, ipſe & Sangjarus fratres fuerunt germani; cū vero Gjelaluddaulas obijſſet, egreſſus fuit Muhammedus cum fratre ſuo Rege Mahmudo, & poſt pugnam inter hunc & Barkyarucum cum eo trajecit Hamcham ejuſque ditiones. ſed cum Barkyarucus Bagdadum ingreſſus eſſet, redijt Muhammedus Hamcham, ejuſque territorij potitus fuit, magnâ ad ipſum multitudine confluente: & regnum ambiēs, ſe ipſum inauguravit: rebuſque ejus floreſcentibus exercitus Barkyaruci ad eum egreſſus una cum eo proceſſit: quod cum Barkyarucus percepiſſet, ad fratrem ſuum Muhammedum oppugnandū exivit. Sed Rex Muhammedus legatum Bagdadum miſit obtinendæ inaugurationis ergo, quam conſecutus fuit menſe Dulhigja; præliaque illi cum Barkyaruco fuerunt, quæ Volente Deo commemorabimus.

Muhammedus regnum Bagdadi obtinet.

Cœpit 17 Novemb. A.C.1099

Anno 493 venit Barkyarucus Bagdadum ad præcidendum fratris ſui Muhammedi imperium & conſcriptis collectiſque copijs

خرجوا في جموع عظيمة وملكوا انطاكية وهجموا معرة النعمان وقتلوا ملكها ولم تزل بايديهم الي سنة ست وعشرين وخمساية فاستنقذها من ايديهم اتابك الشهيد رحمه الله ثم ساروا الى رملة فملكوها وكان ابتدا خروجهم سنة احدي وتسعين واربع ماية وانتقلوا الي بيت المقدس وقاتلوا اهله اشر قتل ثم ملكوه وجمعوا من فيه من اليهود في كنيسة اليهود فاحرقوهم فيها وقتلوا من المسلمين ما يزيد عن سبعين الف واخذوا من الصخرة نيف واربعين قنديل فضة وزن كل قنديل ثلاثة الف وستماية درهم واخذوا تنور فضة وزنه اربعون رطل ونيف عشرين قنديل ذهب ولم تزل القدس بايديهم الي ان استنقذها منهم الملك الناصر صلاح الدين يوسف ابن ايوب رحمه الله في سنة ثلاث وثمانين وخمساية فكان مدة مقامها بايديهم احدي وتسعين سنة ۞

ابتدا امر السلطان غياث الدين محمد بن السلطان ملكشاه بن برسلان السلجوقي *

وكان من خبره ان السلطان محمد وسنجر كانا اخوين لام واب فلما توفي جلال الدولة خرج محمد مع اخيه السلطان محمود فلما قاتل محمود فاقطعه بركياروق كنجة واعمالها ولما دخل السلطان بركياروق الى بغداد وملكها توجه محمد الي كنجة فاستولي علي اقليمها واجتمع عليه خلق عظيم وخطب لنفسه فطمع في السلطنة وعظم شانه وخرج اليه عسكر بركياروق فصاروا معه فلما بلغ بركياروق ذلك خرج لقتال اخيه محمد وبعث السلطان محمد رسولا الى بغداد للخطبة فخطب له في ذي الحجة وجرت له مع بركياروق لاخيه وقايع نذكرها ان شا الله تعلي ۞

وفي سنة ثلاث وتسعين واربع ماية قدم بركياروق بغداد لقطع خطبة اخيه محمد واحتشد وجمع جموعا كبيرة

وخرج للقا اخيه محمد فالتقيا وكان
قريب من همدان فكان الظفر لمحمد
وانهزم بركيارق في خمسين فارسا
وقطعت خطبته واعيدت خطبة محمد
في رابع عشر رجب ثم اجتمع الى
بركيارق خلق كبير ف
سنجر بعساكره فانهزم س
بركيارق ام محمد وس
وكان سنجر قد اسر جماعة م
بركيارق فقال بركيارق
اخويه انما اسرتك ليطلق اخي سنجر ممن
عنده من اصحابي فاطلق سنجر من كان
عنده واطلق بركيارق ام سنجر ۞

وفي سنة اربع وتسعين واربع ماية
تسلمت الفرنج حيفا بالسيف وارسوف
بالامان وصارت بايديهم اكثر البلاد
الساحلية ۞

وفي سنة خمس وتسعين واربع ماية
كانت وفاة المستعلي بالله صاحب
مصر يوم سابع عشر صفر وكانت مدة
مملكته سبع سنين وشهرين ولما توفي
المستعلي هرب اخوه ابو منصور نزار بن
المستنصر بالله الى ثغر الاسكندرية
وواليها يومئذ افتكين مملوك الافضل
امير الجيوش فادعى نزار الامامة
بالاسكندرية وتلقب المصطفى لدين
الله وبايعه افتكين على ذلك
فتوجه الافضل اليه وحاصره الى ان فتح
الاسكندرية وحبس نزار وافتكين
ولم يظهر لهما خبر بعد ذلك وبويع
على ابو المنصور بن المستعلي بن المستنصر
بن ظاهر بن الحاكم بالخلافة بمصر
يوم توفي والده المستعلي وعمره يومئذ خمس
سنين والقيم بامره ووليه الافضل امير
الجيوش وواليه الحربه والاموال
وتدبير الممالك ۞

وفي هذه السنة نازلت الفرنج طرابلس
وحاصروها اشد حصار وصاحبها
يومئذ فخر الملك بن عمار فاستصرخ
بالمسلمين فنهض اليه عسكر من
دمشق من عند شمس الملوك دقاق

magnis contra fratrem proceſsit, obviíque invicem facti ſunt prope Mahdanum. & victoriâ Muhammedo obtingente Barkyarucus cum 50 equitibus fugam cepit: ita ut regnum ipſi abrogatum ad Mahummedum redierit 14 die Ragjabi. Deinde cum Barkyaruco magna turba ſe adjunxiſſet, cõtra eum exercitum adduxit frater ipſius Sangjarus: quo in fugam conjecto, Barkyarucus matrem fratrum ſuorum Muhammedi & Sangjari captivã cepit. Sed Sangjarus complures Barkyaruci milites jam captivos tenebat. Dixit itaque Barkyarucus novercæ ſuæ, ego te captivam abduxi ut frater meus, quos detinet, dimittat, quod fecit Sangjarus; atque ita Barkyarucus libertati reſtituit matrem illius.

Muhammedus Barkyarucum ſuperat.

Anno 494 Franci Hijfam armis, Arſufam vero pactâ ſecuritate occuparunt, potiorque pars maritimi tractus in poteſtatem illorum venit.

Cœpit 6 Novemb. A. C. 1100

Anno quadringenteſimo nonageſimo quinto vita defunctus fuit Muſtalis Billa Princeps Aegypti die decimo ſeptimo Safari, duravitque imperium ejus ſeptem annos & duos menſes. Mortuo autem Muſtali fugit frater ejus Berarus Abulmanſor f. Muſtanſiri Billæ ad Arcem Alexandrinam, cui tum præerat Aſtekinus ſervus Afdali Stratiarchæ: Berarus autem ſecuritatem Alexandriæ promulgavit, unde & Muſtafidinus cognominatus fuit: qua de cauſa eum Aſtekinus inauguravit. Afdalus autem ad obſidendum eum ſe convertit, uſque dum Alexandriæ potiretur, & Berarũ cum Aſtekino prehenderet, de quibus poſtea nihil perceptũ fuit. Inauguratus vero in Chalifatu fuit Alis Abulmãſor f. Muſtalis f. Muſtanſiri f. Thahiri, f. Hakimi in Aegypto, eodem die quo pater ejus è vivis exceſſit, ætas illius tunc temporis erat 5 annorum. Afdalus vero Stratiarcha præpoſitus imperio ejus & præfecturæ fuit, bello, opibus & regnorum gubernatione ipſi commiſſis.

Cœpit 26 Octobris. A. C. 1101

Berarus frater Muſtalis imperium ambiens præhẽditur.

Prehenditur ab Afdalo Stratiarcha.

Alis Abulmãſor poſt mortem patris Muſtalis Chalifatum obtinet.

Hoc eodem anno pervenerunt Franci Tripolim, eamque obſederunt quam arctiſſimè, ejuſque tum Princeps erat Fecharummelicus fil. Amari; cui, Muſlimis ab eo in auxilium vocatis, exercitus à Damaſco ſuccurrit nomine Decaci

Franci Tripolim obſident.

Sjem-

Sjemſummelici & Huſeini Henahuddaulæ Domini Emeſſæ; ſed ut cum Francis congreſſi ſunt, in fugam abacti fuerunt.

Cœpit 15 Octob. A.C.1102

Muhammedus profligatur à fratre Barkyaruco.

Anno 496 caſtra promovit Rex Barkyarucus in fratrem ſuum Regem Muhammedum qui Iſfehanæ erat, ibique eundem obſedit; ſed ob pabuli & commeatus penuriam inde receſſit. Rex autem Muhammedus digreſſus militem collegit. Vt tamen cum Rege Barkyaruco prælio certavit verſus Armeniam fugatus fuit, Regique Barkyaruco manſit imperiũ Bagdadi. Eodem anno occupavit Decacus Sjemſuddaulas Emeſſam, idque hac de cauſa; quia Dominus ejus Huſeinus Hanahuddaulas Fecharmuluci Roduwani amicus defecerat ad Decacũ. Vt vero Roduwani legibus valedixerat, ad eum tres à Batyna tranſierũt, qui in templo ipſum die Veneris interemerunt. Cumque mors ejus Ababeco Tagtakino & principi Decaco nunciata eſſet; contenderunt ambo Emeſſam, eamq; ingreſſi ſunt & Arcem invaſerunt: quod eodẽ tempore contigit, quo Franci pervenerant Ruſtenum, hoc agitantes uti Emeſſam occuparent, ſed cum intellexiſſent principem Decacum eò veniſſe, veſtigia repetentes reverſi fuerunt.

Decacus potitur Emeſſa.

Franci Ruſteno diſcedunt ob adventum Decaci.

Cœpit 5 Octobris. A.C.1103

Decacus ex toxico moritur.

Anno 497 diem obiit Decacus Sjemſummulucus: rumor erat à matre ejus Ababaci Tagtakini uxore ancillam quandam miniſterio ipſius adjunctam fuiſſe, quæ toxicum illi præbuiſſet in racemo uvarum, quem ex vite pendulum acu veneno infectâ transfixerat. cumque inde comediſſet, interaneis corroſis, mortuũ fuiſſe. Poſt obitum vero Decaci regnum ditioneſque Damaſci conſecutus fuit Ababacus Tagtakinus cognomento Tahiruddinus.

Poſt eum Damaſco imperat Ababacus.

Franci Accam expugnant.

Eodem anno Franci ſubjugarunt Accam. etenim Balduinus qui Hieroſolyma potiebatur eo copias adduxerat ſuas: unà vero cum eo aderant Genuenſes Franci navibus inſtructi, ita ut terrâ marique quam proximè ad Vrbem acceſſerint: erant enim ibidem ſupra nonaginta naves. atque ita undique eam obſeſſam gladio tandem expugnarunt, cui tunc temporis præerat Zahruddaulas Habaſæus nomine præfecti Aegypti; ſed egreſſus urbe fugit Damaſcum atque inde in Aegyptum.

وجناح الدولة حسين صاحب حمص فالتقوا بالفرنج وانهزموا المسلمون ۞

قال وفي سنة ست وتسعين واربع ماية نازل السلطان بركيارق اخاه السلطان محمد باصفهان وحاصرها ثم رحل عنها لقلة العلف والميرة ومضي السلطان محمد وجمع ثم كانت وقعة بينه وبين السلطان بركيارق فانهزم محمد الي بلاد ارمينية واستمرت الخطبة ببغداد للسلطان بركيارق * وفي هذه السنة استولي شمس الدولة دقاق علي حمص وسببه ان صاحبها جناح الدولة حسين كان من اصحاب فخر الملوك رضوان فصار مع ملك دقاق وخلع طاعة رضوان فندب اليه ثلاثة من الباطنية قتلوه يوم الجمعة في الجامع ولما قتل بلغ الخبر الي اتابك طغتكين والملك دقاق فسارا الي حمص ودخلاها وتسلما قلعتها ووافق ذلك وصول الفرنج الي الرستن قاصدين اخذ حمص فلما بلغهم وصول الملك دقاق الي حمص رجعوا ناكصين علي اعقابهم ۞

وفي سنة سبع وتسعين واربع ماية كانت وفاة شمس الملوك دقاق قيل ان امه زوجة اتابك طغتكين رتبت له جارية سمته في عنقود عنب معلق في شجرته فثقبته بابرة مسمومة فلما اكله تهرا جوفه ومات ولما توفي دقاق غلب علي الملك بدمشق واعمالها اتابك طغتكين الملقب ظهير الدين ۞

وفي هذه السنة كان استيلا الفرنج علي عكا وذلك ان بادوين الذي تغلب علي القدس الشريف سار بجموعه الي عكا وكان معه الجنويون من الفرنج في المراكب فاخذ قرابها برا وبحرا فكانوا في نيف وتسعين مركبا فحاصروها من جميع جهاتها وملكوها بالسيف وكان متوليها يومئذ زهر الدولة الجيوشي من جهة صاحب مصر فخرج منها وهرب الي دمشق ثم الي مصر ۞

Anno

قـــال وفي سنة ثمان وتسعين واربع
ماية كانت وفاة السلطان بركيارق
بن ملكشـــاه بن البرسلان بن داود بن
ميكايبل بن سلجوق صاحب العراق
وبلاد العجم وكان عمره اربع وثلاثين
سنة بعد ان عهد بـــالسلطنة الى ولده
جلال الدولة وكان عمره اربع عشرة
سنة واقام اياد مملوك ابيه بتدبير ملكه
ولمـــا بلغ السلطـــان محمد وفاة اخيه
بركيارق قدم طالبا بغداد فتجمع اياد
في خمسة وعشرين الف فارس للقـــايه
فـــاشير عليهم بالصلح فصالح السلطان
غيات الدين محمدا على امور تقررت بينهما
ودخل السلطان محمد الى بغداد واستقرت
له بهـــا السلطنة فلما استتبت امره قبض
اياد فقتل وصفت له الدنيـــا ولم يبق له
منازع وخلع عليه امير المومنين المستظهر
بالله خلع السلطنة فولاه على ما وراء بابه ۞

وفي سنة احدي وخمس ماية التقي
السلطان غيات الدين محمد بن ملكشاه
والامير سيف الدين صدقة دبيس بن
علي بن يزيد الاسدي صـــاحب الحلة
فقتل بن دبيس وانهزمت اصحـــابه
وكانت مدة امرته اثني وعشرين سنة
وكان عمره ستة وخمسين سنة ۞

وفي سنة اثني وخمساية كان استيلا
الفرنج على طرابلس بالامان وكـــان
مدة حصارهم لهـــا سبعة سنين وذلك
بعد ان فني من فيهـــا من شدة الضـــايقة
والجوع والقتل وكـــان مدينة عظيمة
ممتلية من المسلمين والعلمـــا ۞

وفي سنة ثلاث وخمس مـــاية استولا
الفرنج على حصن عكـــاد وحصن
المنطرة وتقرر ان يحمل اهل حصـــن
مصياف وحصن الاكراد للفرنج قطيعة
مقررة معينة في كل سنة واقـــام الفرنج
على هذا مدة ثم نكثوا وغدروا ۞
وفيها تسلمت الفرنج بيروت وملكوها
بعد حصار شديد ۞
وفيهـــا توفي قراجا صاحب حمص فملكها بعده صمصام حرحان ولد قراجـــا ۞
وفي سنة اربع وخمســـاية تسلمت الفرنج صيدا وبرديا واستفحل امرهم ببلاد الشام ۞

Anno quadringenteſimo nonageſimo octavo obyt Rex Barkyarucus fil. Melicsjahi f. Berſelani fil. Davidis f. Michaëlis Salghucides, cui parebat Iraca & terra Barbarorum, poſtquam vixiſſet annos 34 filioque ſuo Gjelaluddaulæ regnum aſſignaſſet, cujus tum ætas erat 14 annorum; regnique gubernationi præfectus fuit Eyadus patris ſervus. ſed cum Muhammedus obitum fratris ſui Barkyaruci percepiſſet, venit petiturus Bagdadum. ſed Eyadus 25 equitum millia contra coëgit; ita ut conſultum ipſis viſum fuerit inire pacem, quæ certis conditionibus inter ambos ſtabilita fuit. Ingreſſuſque Rex Muhammedus Bagdadum fuit, ubi cum imperium ipſi confirmatum foret, Eyadum prehendit atque interemit. atque ita ipſi ſubditi paruerunt nemine adverſante, eumque inauguravit Imperator fidelium ſolennitate regali & aulæ eundē præfecit ſuæ.

Cœpit 23 Septemb. A. C. 1104
Barkyarucus moritur.
Succedit filius Gjelaluddaulas.
Muhammedus regno potitur.

Anno 501 Rex Muhammedus Gayatuddinus fil. Melicsjahi congreſſus fuit cum principe Sadeca Seifuddino f. Deniſi f. Alis f. Ieridi Elaſdæo, qui imperabat Hellæ. ſed ut interfectus fuit, ſocÿ ejus fugam cepere: ſubſtitit autem imperium ejus 22 annos, ejuſque vita 56 annos.

Cœpit 22 Augusti. A. C. 1107
Rex Muhammedus cędit Principem Sadecam.

Anno 502 Franci urbis Tripoli, promiſsâ incolis ſalute, potiti ſunt, poſt ſeptennÿ obſidionē, propterea quod perÿſſent, qui in ea fuerant, præ nimia anguſtatione, fame, atque internecione. Erat autē urbs magna & referta Muſliminis & viris eruditis.

Cœpit 11 Auguſti A. C. 1108
Franci Tripolim ſubjugant.

Anno 503 Franci arces occuparunt Acadū & Minattaram, pactumque fuit ut incolæ arcium Meſijafæ, & Acradi Francis quotannis tributum certum corā afferrent. in eoque Franci aliquandiu cum ſubſtitiſſent fœdus ruperunt circumventione utentes.

Cœpit 31 Iulij A. C. 1109.
Franci arcibus quibuſdam tributum imponunt.

Eodem anno poſt arctum obſidium Franci ſubjugarunt Berytum.

Berytum capiunt.

Eodem anno è vita exceſſit Coragja Princeps Emeſſanus, cujus imperio ſucceſſit Samſon Harhanus filius ipſius.

Coragja princeps Emeſſæ obit.

Anno 504 expugnarunt Franci Sidona, & Rardijam iiſque regnū in Syria feliciter proceſ-

Cœpit 20 Iulij. A. C. 1110.
Francorū in Syria regnum floret.

proceſſit, univerſus enim littoris tractus in poteſtate illorum erat, quam ob rem Rex Muhāmed Gaÿatuddinus virum quendam nomine Mududum, ad bellum ijs inferendum excitavit; qui cum Damaſco appropinquaret Batÿna eundē obrutum ſuperavit & interemit, quod accidit anno 505.

Cœpit 17 Iunij. A. C. 1113.
Roduwano mortuo ſuccedit fil. Tagjuddaulas.

Anno 507 è vita migravit Rex Roduwanus Fecharmuluci f: Regis Tagjuddaulæ f. Niſi f. Barſelani f. Davidis f. Michaëlis f. Salghuci Princeps Halebi. ceſſitque deinde imperium filio ipſius Tagjuddaulæ, qui cognominatus erat Ahraſus. quo anno 508 occiſo arcem Halebi, atque urbem occupavit Lulus famulus Tagjurruwouſæ f. Gjelali, dediditque imperium Rex Sjahus fil. Rodowani.

Lulus Bagdadum occupat.

Cœpit 27 Maij. A. C. 1115.
Ababacus Bagdadum venit.

Anno 509 Ababacus Tagtakinus Dominus Damaſci petÿt Bagdadum, ut ſervitium offerret Chalifæ Muſtadiro Billæ, & Regi Muhammedi Gaÿattuddino, qui poſtquam eum honore & dignitate affecerunt anno 510 Damaſcum reverſus fuit.

occiditur Lulus.

Eodem anno vita privatus fuit Lulus Princeps Halebi prope Baliſum; diſceſſerat autem Halebo, qui arcis Gjafari compos fieret: poſt eum vero arcem Halebi tenuit ſcriba exercitus Abumëalis f. Melehi.

Cœpit 5 Maij A. C. 1117.

Anno 511 venit Halebum in poteſtatem Principis Bulgāri f. Aryci, qui imperio ejus per quinquennium præfuit.

Obit Gaijatuddinus

In eundem annum incidit obitus Regis Muhammedis Gaÿattuddini f. Melicsjahi Salghucidæ, idque isfehanæ menſe Dulhagja, poſtquam ad 37 annos ejus vita duraſſet, filioque ſuo Mahmudo Abulcaſemo regnum conſignaſſet, relinquens in theſauris 11000000 aureos & tantundem ex ſuppellectile & mundo. Oratumque pro filio ejus Bagdadi fuit die Veneris, qui erat 25 Muharrami, anni 512.

ſuccedit fil Mahmud.

Cœpit 24 Aprilis A. C. 1118.
Obit Chalifa Muſtadirus Billa.

Anno 512 mortuus fuit Muſtadirus Billa Imperator fidelium, idque 23 Rabÿ poſterioris, poſtquam Chalifatui ad 24 annos & tres menſes præfuiſſet, & 41 annos cum aliquot menſibus vixiſſet. ita ut inter mortem Regis Muhammedi & Chalifæ

وصارت جميع سواحل بلايدهم فجهد السلطان غياث الدين محمد لحربهم رجلا يقال له مودود فلما وصل الي دمشق وثب عليه الباطينة فقتله وكانت مقتله في سنة خمس وخمساية ۞

وفي سنة سبع وخمساية كانت وفاة الملك فخر الملوك رضوان بن الملك تاج الدولة تيس بن البرسلان بن داود بن ميكاييل بن سلجوق صاحب حلب فملكها بعده ولده تاج الدولة المعروف بالاخرس وقتل في سنة ثمان وخمساية فتسلم قلعة حلب والمدينة لولو خادم تاج الروسا بن الجلال واسم المملكه السلطان شاه بن رضوان ۞

وفي سنة تسع وخمساية سار ظهير الدين اتابك طغتكين صاحب دمشق الي بغداد لخدمة الخليفة المستظهر بالله والسلطان غياث الدين محمد فاكرماه واخلعا عليه ثم رجع الي دمشق في سنة عشرة وخمساية ۞

وفيها قتل لولو صاحب حلب قريبا من بالس وكان قد توجه من حلب مريدا قلعة جعفر فجلس بقلعة حلب بعده كاتب الجيش ابو معالي بن المحلي ۞

وفي سنة احد عشر وخمساية سلمت حلب للامير بلغاري بن اريق فاقام متملكا لها خمس سنين ۞

قال وفي هذه السنة كانت وفاة السلطان غياث الدين محمد بن ملكشاه السلجوقي وذلك باصفهان في ذي الحجة وعمره سبعة وثلاثين سنة بعد ان عهد بالسلطنه لولده ابو القاسم محمود بن محمد وخلف في خزاينه احد عشر الف الف دينار ومن العروض مثلها فخطب لابنه السلطان محمود ببغداد يوم الجمعة لسبع بقين من المحرم سنة اثني عشر وخمس ماية ۞

قال وفي سنة اثني عشر وخمساية كانت وفاة المستظهر بالله امير المومنين وذلك لسبع بقين من ربيع الاخر وكانت مدة خلافته اربعة وعشرين سنة وثلاثة اشهر وكان عمره احد واربعين سنة وشهور وكان بين وفاة السلطان محمد وبين وفاة الخليفة

Muſta-

المستظهر بالله اربعة اشهر وايام سيرته رضي الله عنه كريم الاخلاق لين الجانب سخي النفس محب للعلما منكرا للظلم فصيح اللسان وكثير الصدقات ۞

قال المورخ ان مدة خلافته خمسة وعشرين سنة وثلاث اشهر وسبعة ايام اولها يوم السبت واخرها يوم الاثنين لتمة خمس مايه واحد عشر سنة وسبعة اشهر ويومين للهجرة ولتمة سنة الف ستماية تسعة وستين سنة واحد عشر شهر وتسعة عشر يوما شمسية للعالم ۞

والذي ورد تواريخ النصاري ان قدم لهم بطركا اسمه مقاري على الاسكندرية لليعاقبة في السنة الثانية من خلافة الامر بالله صاحب مصر وكانت تقدمته بدير ابي مقار يوم الاحد ثالث عشر هتور سنة ثمان مايه وتسعه عشر للشهدا الموافقه لسنه ست تسعين واربع مايه للهجرة وكمل بالاسكندريه يوم الاحد حادي عشر كهيك وعاد الي مصر يوم السبت الرابع والعشرين منه ولم يقدس بها ثم عاد الي دير ابي مقار وقدس فيه يوم الاحد ثالث وعشرين طوبة ثم عاد الي مصر وقدس في كنيسه المعلقة يوم الاحد اخر طوبة ۞

قال وحدث بمصر زلزلة عظيمة يوم الجمعة ثالث طوبة سنة ثمان مايه وثمانيه وعشرين للشهدا في الثالثه من النهار وفي تلك الليل هدم الافضل امير الجيوش كنيسة بالجزيرة وادعي ان الزلزله هدمتها واقام البطرك مقاري ستة وعشرين سنه واحد واربعين يوما ومات في ليلة الثالث والعشرين من كهيك سنة خمس واربعين وثمان مايه للشهدا وخلي الكرسي بعده سنتين وشهرين وهذا البطرك ابطل عوايد كثيرة منها البخور وجعله في الكنيسة ساعه الاهليل وكان يقال التهليل في القداس بعد قراة الابركسيس فاذا حضر الشماس صاحب القداس قبل ذلك ترك الشماس المقدس وكمل صاحب القداس قداسه فجعل التهليل قبل قراة الكتب ويكون الشماس المبتدي بالقداس مستمر الي كماله.

Muſtadiri Billæ interceſſerint 4 menſes & aliquot dies. quantum ad mores ejus ſpectat, erat inſignis animi dotibus, comis in converſatione, inque liberalitatem naturâ propenſus, viros eruditos diligebat, & iniquitates prohibebat, linguâ diſertus erat, & multus in eleemoſynis. — mores ejus.

Inquit Chronologus Chalifatum ejus duraviſſe 25 annos, 3 menſes, & 7 dies: quorum primus erat dies Sabbathi, & ultimus Lunæ, ad complendos annos ſolares ab Hegira 511 menſes 7 & 2 dies: à mundo verò condito annos ſolares 6669, menſes 11 cum diebus 19.

Prout autem referunt Chronica Chriſtianorum, Iacobitis Alexandriæ præfectus fuit Patriarcha Macarius anno 2 imperij Amri Billæ Principis Aegypti, collata illi præfectura fuit in Monaſterio Abulmacari, die Solis 13 Haturi: anno 819 Martyrum; qui convenit cum anno 496 Hegiræ. Alexandriæ vero confirmatus fuit die Solis 11 Cahyli; reverſusque fuit Miſram die Sabbathi 24 ejuſdem menſis, neque tamen ibi ſacra fecit: redijtque in monaſterium Abulmacari, ubi ſacris functus fuit die Solis 13 Tubæ. dein ſe iterum recepit Miſram, ubi rem ſacram adminiſtravit in templo Muallacano die Solis ultimo Tubæ. — Macarius Alexandriæ fit Iacobitarum Patriarcha.

Contigit in Aegypto terræmotus ingens die Veneris 3 Tuti anno 828 horâ diei 3. Ea nocte Afdalus Stratiarcha deſtruxit templum Harijræ & divulgavit id ex terræmotu accidiſſe. Subſtitit vero Macarius 26 annos, & 41 dies, diem obiens ſuum noctu 23 Cahyli anno 845 Martyrum: & vacavit poſt eum Patriarchatus annos 2, & totidem menſes. Hic vero Patriarcha multos abrogavit in Eccleſia ritus, quemadmodum ſuffitus, & poſitam in Eccleſia horam Alleluijæ, quæ dicebatur in rei ſacræ adminiſtratione poſt lectionem Actorum; ita ut cum Miniſter Sacrificio adeſſet antè intermitteret ſacra, quæ Sacrificus abſolvebat. ordinavit itaque Alleluijam ante lectionem librorum, & Miniſter rem divinam exorſus eidē ad finem uſque inſiſtebat: — Terræmotus in Aegypto. — Macarius ritus eccleſiaſticos mutat.

qui

at qui oblatione fungebantur non inclinabant ſeſe; ille verò, ut fieret, præcipiebat.

Chriſtiani cujuſdam Mercatoris Hiſtoria.

Tempore Amri Biamrillæ venit è Tecrita Chriſtianus quidam Mercator Syrus, cui nomen Tybo erat fil. Ioſephi, qui ſarcinas ſecum advexit veſtium Attalicarum, ſtolaſque ſericas confectionis indicæ atque arabicæ, eaſque diverſorum generum; & Chaliſæ ex optimis obtulit, quæ illius ſimiles decebant, qui propterea honore eum & beneficentia compenſavit: illumque ut coram ſe venire juſſit, oratione ipſius & doctrina multum delectatus fuit: ita ut locum illi in Aegypto imperaverit, ubi commercium ejus à tributis immune foret. ideoque illi benevolè conceſſit pagum quendam è ditione Huſæ vicinum Dimaſo, cui Buhidæ nomen erat. Tybus autem Elcahiræ commoratus fuit uſque ad obitum Chaliſæ Amri Billæ. unde commigrans Sanmutiæ ſedem fixit, atque ex incolis ejus uxorem duxit, ex qua filium ſuſcepit cui Carwyjnæ nomen indidit; diemque ut obijt ſuum in templo Sanmutiæ ſepultus fuit. filius vero illius adoleſcens notariatus ſtuduit arti & Curiæ operam locavit ſuam, filiumque genuit, quem de Avi nomine Abultybum appellavit, qui Notarius quoque induſtrius evaſit & gnarus; ita ut Elcahiram ſe ad Proceres reciperet, quibus inſerviebat frequens: cum vero ingenium ejus & præſtantiam operæ perſpexiſſent, in ſervitium Senatus Arabici eum adſcivere; ad quem ut venit, 7 annos & aliquot menſes ibidem verſatus fuit, agriculturæ tamen & pecuariæ incumbens; ita ut conditio & res ejus conſpicua celebriſque evaderet, nam opes illius erant 20000 aureorum, vendiditque omnia quæ in pecore, alijs poſſeſſionibus & muneribus tenebat, & ſummam inde provenientem ſecum tranſportavit. eâ ſententiâ, ne officio Curiæ incumberet, neque etiam docuit liberos artem notariatus. Etenim erant illi quinque filij, ex quibus 4 Epiſcopatu functi ſunt; natu vero minimus Abulmecarimus pecoribus gaudebat, ſementibus & apiarijs, & quidem alveorum numerus millenarium excedebat. duxit autem uxorem ſororem Simeonis Macyjni f. Calyjli f. Macaræ è familia Michaëlis Basjuvi: quia pagus ille antiquitus Basjuva dicebatur, eratque in eo templum cognomine Michaëlis:

وكان الابرسفارين لا يطوي فامر ان يطوى ۞

قال وفي ايام الامر بالله قدم من تكريت رجل نصراني سرياني تاجر اسمه طيب بن يوسف ومعه احمال كثيرة من الثياب العتابي والابراد الحرير عمل الهند واليمن واصناف كثيرة فقدم للخليفة من اجودها ما يصلح لمثله فخلع عليه واحسن عليه وعوضه عن تقدمته واستحضره فاعجبه كلامه وادبه فامره بالمقام بمصر ورسم بان يسامح بها على متاجره من الحقوق وانعم عليه بقرية من اعمال الحوف اسمها بهيدة مجاورة لدماص فاقام الشيخ طيب بالقاهرة المحروسة الي ان مات الخليفة الامر بالله فانتقل وسكن سنهوطية وتزوج من اهلها ورزق ولدا سماه قروينة ومات الشيخ طيب ودفن بكنيسة سنهوطية وانتشا ولده قروينة واشتغل بصناعة الكتابة وتصرف في الخدم الديوانية ورزق ولدا سماه ابو الطيب باسم جده وكان كاتبا حاذقا لبيبا ورحل الي القاهرة واجتمع بالاكابر وخدمهم وتردد اليهم فلما راو عقله وحذقه وحسن تصرفه استخدموه صاحب ديوان العربية فخرج اليها واقام بها سبع سنين واشهرا ورغب في الزراعات وكثرة المواشي وظهر حاله واشتهر امره وماله عشرين الف دينار فاباع جميع ما يملكه من المواشي والاملاك والادوات وحمل المبلغ والزم ابنه لا يتصرف في الخدم الديوانية ولا يعلم اولاده صناعة الكتابة وكان له خمسة اولاد فصار منهم اربعة اساقفة واصغرهم ابو المكارم كانت له مواشي وزراعات وخلايا نحل تزيد علي الف خلية وتزوج اخت المكين سمعان ابن كليل ابن مقارة من اهل ميكاييل بشو لان اسم القرية قديم بشو وكانت بها كنيسة علي اسم ملاك ميكاييل

وكانت جماعه النصاري المجا
المترددين اليها ويقولون نروح
ميكاييل بشي فاشتهرت القريه
الاسم وكان سمعان كاتبا
وتقلبت به الخدم فخدم بديوان الجيش
في ايام الناصر صلاح الدين يوسف بن
ايوب في سنة تسع وستين وخمسة مايه
وتمير عنده واعطاه اقطاعا في حجروان
واستمر بديوان الجيش سنه ثلاث وترك
الخدمة في الدوله العادليه وترهب بدير
ابو يحنس القصير ببريه الاسقيط بوادي
هبيب وحبس نفسه في موضعه بناها
في وسط الدير مدة تزيد عن ثلاثين سنة
وكانت سيرته فاضله وامره مشهور
واولد ابو المكارم المذكور بن بو
طيب ثلاثه اولاد المنجب ابو الفضل
والعميد بو الياسر والد المورخ والمخلص
ابو الزهر وتوفيت زوجته فترهب وتوفي
في سنه ست وستمايه واستخدم العميد بو
الياسر في ديوان الجيش موضع خاله
المكين سمعان وكانت سيرته بين
العالم مثل سيرة الرهبان القديسين الذي
في البراري وكان اكثر ايامه صايما
وصلواته لا يقطعها في اوقاتها وهو مباشر
شغله في الديوان وكان يتصدق بها
ويفضل من ضروراته ولا يدخر شيا وتمير
عند الملك العادل سيف الدين ابو بكر
بن ايوب بالريانه والامانه حتي ان شاهد
الحرانه بن سني الدوله مرض وانقطع وقال
الملك العادل ان يكون العميد عوضه
حتي يتعافا واقام بديوان الجيش خمسه
واربعين سنه ومات في صفر سنة ست
وثلاثين وستمايه نيح الله انفسهم الجميع
وهذا اورد علي حكم التاريخ لا علي
حكم الافتخار فان الكتاب يقول
من افتخر فليفتخر بالرب ۞

quod Chriſtianorum qui vicini erant cœtus frequenter adibant, dicentium, contendamus ad Michaëlem; eoque nomine inclaruit pagus ille. Erat autem Simeon Notarius induſtrius, quo miniſtri familiariter utebantur; nam & ipſe miniſterio Senatus bellici operam navabat, & quidem tempore Ioſephi Saladini f. Iobi, anno 569. à quo ſuſtentatus fuit & donatus tributis quibuſdam in Hagirawana. ſubſtititque per triennium in Senatu bellico, & miniſterio familiæ Adalijorum valedixit, & religionē ſuſcepit in Monaſterio Iohannis Cazÿri in deſerto Askÿto nempe in valle Habÿba, ſeque ipſum loco cuidam incluſit, quem in medio monaſterÿ conſtruxerat, per ſpatium 30 annorum & amplius: vitam autem inſignem egerat, & præclara in re fuerat. Genuit autem Macarimus ille f. Tÿbi 3 filios Abulfadlum Elbuchidum, Abuljaſirum Elaamidum patrem Chronologi, & Abulzahrum Elmuchaliſum; mortua autē uxore vitam religioſam egit, mortuuſque eſt anno 606. Abuljaſirus autem Elaamidus in miniſterium Senatus bellici loco avunculi ſui Simeonis Elmacÿni, cum monachalem ordinem ingreſſus eſſet, ſuffectus fuit, vitamq; in mundo duxit Heremitarum more: potioremque temporis partem jejunando & ſtatis precibus intentus exegit. Curiæ autem operam impendebat ſuam, quò eleemoſynā inde exerceret, & partis benè mereretur, neque enim reponebat quidquam in theſaurum, vitamq; toleravit apud Regem Abubecrum Elaadilum Seÿfuddinum f. Iobi; donec præſente Harano f. Senÿddaulæ morbo correptus & extinctus fuit: dixitque Rex Elaadilus ſe retributione ab Elaamÿdo affectum fuiſſe, quamdiu benefeciſſet ipſi. in Senatu autem bellico per 45 annos verſatus fuit, mortuuſque menſe Safaro anni 636: eorum omnium animas quiete Deus beare velit, & hoc quidem relatum eſt, prout Chronologiæ ratio poſtulat non autem jactantiæ ergò. dictat enim nobis liber, quicunque gloriatur, glorietur in Domino.

FINIS.

RODERICI

RODERICI XIMENEZ
ARCHIEPISCOPI
TOLETANI
Hiſtoria Arabum.

Incipit prologus in Hiſtoriam Arabum.

QVAE calamitatum hactenus Hiſpania diſpendia ſit perpeſſa, in ſuperioribus, vt licuit, explicaui. Nunc de excidijs Arabum; quæ vtinam ſint poſtrema, à quibus nihil fuit in Hiſpanijs intentatum, finem imponere dignum duxi, ſi diuina potentia velit de cætero à gladiatorum diſſecationibus cuſtodire: quæ iam à quingentis triginta duobus annis & vltra, repetito gladio diſſecata, nec à filijs euaſit viſcerum ſectionem: nunc v^{e} videlicet regibus diſpertita, ab eis & transfugis ad Sarracenos inteſtini vulneris ſupplicia non euaſit. Verum Diuina clementia miſerante, à tempore nobilis Aldefonſi, qui prope Bulche Amiramomininum cum Arabibus campeſtri prælio effugauit, & Arabum gladius hebetatus, & Gothorum ſtrenuitas reſtituta, talionis ſemitas aperuit, & ſicut à principio Chriſtianos incolas ſub tributi onere coëgerunt, ſic modo reſtitutis munitionibus principibus Chriſtianis, degunt ſeruitute ſolita ſub tributo. Eorum itaque ſucceſſiones, & tempora volens poſteris conſeruare, eorum exordium à Mahometi tempore inchoaui; qui eorum ſectæ fuit conditor & inuentor, de eius origine, prædicatione, & regno, ex relatione fideli, & eorum ſcripturis, ad detegendam gentis illius ſæuitiam, & verſutiam, ſatis breuiter explicaui. Aduertat autem lectoris ſtudium, qualiter mentita reuelatio verſuti hominis Mahometi ex corde finxit virus peſtiferum, quo libidinoſas animas, quaſi nexibus colligauit: ut diſcant paruuli à fabulis abſtinere, & Adæ funiculis colligari, & trahi vinculis caritatis.

CAPVT PRIMVM.

De exordio & origine Mahometi.

ANNO *Leouegildi regis Gothorum nono, æra ſexcenteſima prima, in villa quæ Iatrib dicitur, prope Mecham, erat homo Ali nomine, filius Abdelmutalib, & vxor eius Emina: nomen Patris Eminæ Hayab, & matris eius Halima: quæ concepit & peperit filium, quem vocauit Mahomet. Et cum Arabia & Africa inter fidem Catholicam & hæreſim Arrianam, & perfidiam Iudaicam & Idololatriam diuerſis ſtudijs traheretur: Arabs prædictus Ali, familiaritate cuiuſdam Iudæi, qui erat geneaticus, inter fidem Catholicam, & Iudæorum perfidiam fluctuabat. Cumq́; Emina concepiſſet, facta eſt ſterilitas magna per totam Arabiam, adeò vt pane deficiente, herbis duntaxat ſylueſtribus veſcerentur. Cum autem tempus partus Eminæ aduenisset, Iudæus ille, vt erat geneaticus, captauit conſiſtentiam planetarum, & horam natiuitatis infantis. Ali autem in ſanctam Hieruſalem iuerat ad orandum, & rediens inuenit filium ſuum natum: & quicquid ille geneaticus de infante perceperat, reuelauit, & prædixit eum in regno & Lege mirabiliter exaltandum. Ali autem apud Iatrib poſt tempus modicum vitam finiuit. Cum autem eſſet infans annorum quatuor, vt ipſe mentitur venerunt duo Angeli, & ſiderunt cor eius, & extraxerunt inde coagulum ſanguinis denigrati, quod poſtea niuis lauacro abluerunt, & ponderauerunt cor eius cum decem cordibus gentis ſuæ. Poſt cum mille, & maioris ponderis eſt inuentum. Et vnus Angelus dixit alteri, ſi cum omnibus Arabibus in trutina poneretur, omnibus præualeret. Hæc mentitur ſe in viſione à Gabriele angelo audiuiſſe. Cum autem eſſet annorum quinque, mater ſua tradidit eum auiæ ſuæ Halimæ nutriendum.*

Mahomet naſcitur.

Grauitas cordis Mahometi.

CAPVT SECVNDVM.

De Inſtitutione, & prima oſtenſione Mahometi.

ANNO *ſeptimo mater ſua recepit eum, & ſe tranſtulit ad propinquos, & poſt paucos dies ibi mortua fuit Emina mater eius, & ſuſcepit eum alia mulier, quæ Daymen dicebatur, & tranſtulit eum in Mecham. Octauo anno mortuus eſt Abdelmutalib auus eius, & recepit eum Abutalib patruus eius in curam: & iſte tradidit eum prædicto geneatico inſtruendum, qui inſtruxit eum in Naturalibus ſcientijs, & lege Catholica, & Iudaicæ perfidiæ documentis: Vnde & ipſe poſtmodum aliquid de fide Catholica, aliquid de Lege veteri in ſuæ ſectæ ſubſidium vſurpauit. Cum autem eſſet Mahomet annorum tredecim, Abutalib duxit eum in Hieruſalem, eo quod templum ſanctimoniæ erat ibi. Mahomet autem cum ad annos adoleſcentiæ perueniſſet, & in doctrina Noui Teſtamenti ac Veteris, & Naturalis ſcientiæ profeciſſet; iterum fame Arabiam opprimente, ipſe ad cuiuſdam diuitis viduæ, quæ Adeya dicebatur, familiam ſe conuertit, & circa operationes domeſticas induſtrius eſt inuentus: & ea quæ vehiculi onere abducebat, reduci fœnore ſibi gratiam & viduæ diuitias cumulabat, & factus eſt in oculis viduæ gratioſus adeo, vt eum in filium adaptaret. Cum autem eſſet annorum viginti quinque,*

duxit

Mahomet vxores ducit.

duxit vxorem, quæ Abdiga dicitur, & demum etiam viduam, quæ eum exhibuerat, ſuperduxit, & procedente tempore alias cumulauit. Ita quod octodecim vxorum libidine, imo adulterio, fœdabatur. Prima autem cauſa ſuæ oſtenſionis in Arabia ſic euenit. Eccleſia nobilis apud Mecham inundatione fuit penitus diſſipata, in qua erant formæ argento, & auro & pretioſis lapidibus decoratæ, quam Seniores Mechæ cupientes vnanimiter reparare, nauem regis Aegypti Chriſtiani, qui in Aethiopia Eccleſiam cœperat ædificare, oneratam lignis in Arabiæ littore acceperunt, & ex iſtis lignis deiectam Eccleſiam repararunt, quæ Alcahaba dicebatur. Et cum eſſet Eccleſia conſummata, erat lapis niger angulo apponendus, quem etiam hodie Arabes ob reuerentiam oſculantur. Cumque maiores populi diſſiderent qui conſummationis lapidem adaptaret, vltimo conuenerunt, vt qui primus in porta quæ Bayſaba dicebatur, appareret, ille lapidem collocaret. Accidit autem Mahomet per portam prius cæteris aduenire, & conſenſerunt vt ipſe eſſet dicti lapidis coaptator, & ipſe extendens chlamidem texit petram, & vocatis ad ſe quatuor de Coraxinis tulerunt lapidem ad ſtructuram, & ipſe vt cæmentarius collocauit, & viderunt omnes, & miraculum reputarunt. Et cum omnes crederent eſſe Prophetam, inquit, quidam. Cum tot ſeniores & viri probabiles in veſtro Concilio habebantur, miror quare hunc ad hoc iuuenem omnibus prætuliſtis, & iurans, & interminans hic ſine dubio nos diſperdet. E contrario alij reſiſtebant, dicentes à diabolo ſic locutum. Viri autem ſeniores & populus reparatam Eccleſiam iuxta dignitatem priſtinam ornauerunt: & tunc Mahomet ſuaſit eis, vt ſemper verſus illam Eccleſiam adorarent. Erat autem Mahomet annorum triginta quinque. Poſt hæc Mahomet fecit moram per quinquennium apud Mecham, & ibi multis diſſenſionibus cum his qui erant de genere Coraxi, & idola adorabant frequentius concertabat, vnum Deum tantummodo prædicans adorandum. Sed quia illi potentia præminebant, eum à Mecha in Iatrib fugere compulerent.

Lapis niger à Mahomete reponitur.

Mahomet docere incipit.

CAPVT TERTIVM.

De prædicatione & rebellione Mahometi.

Mahometis fuga.

P*OST quinque autem annos, cum eſſet annorum quadraginta, Mecham intrauit, & ibi latuit per tres annos, volens ſe oſtendere prophetam, & ibi mentitur ſibi datum ab Angelo librum, qui dicitur Alcoranus. Et quia adhuc Mecha pro maiori parte à Coraxinis idolorum cultoribus tenebatur, ipſe quaſi humiliter cedens, in villam ſuam Iatrib declinauit, & poſtea reſumptis viribus, intrauit Mecham, & eos qui erant de genere Coraxi, & ei reſtiterant, vi & potentia captiuauit: & quaſi imperans dixit eis: Quid de vobis faciam? At illi dixerunt, Bene, quia eſtis largus & curialis. Et ipſe continuo dimiſit eos, & deinceps humiliter ſubfuerunt. Tunc præcepit vt in turribus, vbi conſueuerant campanæ pulſari, Sarracenus quiſpiam proclamaret: ſicut & adhuc hodie proclamatur à cultoribus ſectæ ſuæ. Præcepit etiam vt in menſe Ramadan ieiunarent triginta diebus, & alijs triginta diebus, in menſe qui dicitur Almoharram, & domum, in qua ipſe natus fuerat, fecerunt mezquitam.*

Lex.

Anno autem Imperatoris Heraclij ſeptimo, & Siſebuti regis Gothorum quinto, natiuitatis ſuæ quadrageſimo Mahomet vidualibus diuitijs inclitatus, & falſo miraculo lapidis à pluribus approbatus, cœpit grandia cogitare, & rebellia contra

Romanorum

Romanorum Imperium prædicare: & clanculis ſuaſionibus populos concitare, oſtendens eis qualiter ſeruitutis amaritudine premerentur, & exinaniti cenſibus, & tributis, paupertate continua vexarentur, & ſola ignauia tenebantur, cum vi & numero poſſent repellere potentiam Romanorum.

CAPVT QVARTVM.

De Victoria Mahometi contra Romanos.

CVMQVE *plurimis taliter ſuaſiſſet, accidit quod Heraclius Imperator mitteret nuntios pro tributis: ſed Mahomet cum ſuis complicibus hoc prænoſcens eis occurrit, & negatis tributis, fultus audacia, interfecit: & ſic aſſumptis viribus interdum furtim, interdum publicè, prout negotium exigebat, Syriam, Arabiam, & Meſopotamiam, fraude potius, quam virtute, ſuo propoſito inclinauit: & adeo ciuitates, & oppida ſtimulauit, vt iugo ſeruitutis abiecto, iam aperte inciperent rebellare. Eiſdem diebus Heraclius ſomniauit, quod mures è terra naſcentes, ſibi extrema veſtium corrodebant: & tunc miſit ampliorem exercitum cum Theodoro fratre ſuo: ſed victi ab exercitu Mahometi ad Heraclium redierunt, ampliorem exercitum collecturi. Tunc Heraclius fratri ſuo Theodoro viſionem murium reuelauit, & reſtaurata multitudine bellatorum, Romanorum exercitus cum Theodoro iuit contra exercitum Mahometi. Sed adeo inualuerat rebellium multitudo, quod Romanæ legiones verentes à facie Mahometi ad Gabatam oppidum ſeceſſerunt, rebellium exercitu ſubſequente, vbi pugnâ & periculo crebeſcente, ſuccubuit exercitus Romanorum, & Theodoro interfecto, cæteri ſtrage & gladio perierunt, præter pauciſſimos, qui fuga & latebris euaſerunt, & ex tunc fuit iugum Imperij Romanorum excuſſum à ceruicibus Sarracenorum.*

CAPVT QVINTVM.

De ſublimatione Mahometi in Regem, & de Iuſſionibus mendaciter excogitatis.

ET *continuo ſuperba victoria eleuati, Damaſcum adeunt nobiliſſimam, & regiam Syriæ ciuitatem, in qua attendentes, quam per eum fuerant adepti libertatem, eum in regem & principem elegerunt, & regni ſolium conceſſerunt. Quo adepto, verens Mahomet ne de populis ſibi ſubiectis, qui Chriſtianis legibus ſubiacebant, Romano Pontifici obedirent, & reconciliati Imperio adhærerent, legem ſtatuit inuenire, qua, quaſi funiculis, peccatorum damnandas animas colligaret, cæpitq; fabulis deteſtandis ſeducendas animas demulcere. In eius ſecundo libro reperitur inſcriptum, quod Mahomet inſidebat vni beſtiæ, quæ dicitur Alborach, & proponebat pedem poſteriorem ſuper pedem anteriorem, & talibus beſtijs prophetæ conſueuerunt inſidere: & in tali Mahomet Hieruſalem eſt profectus, Et, at ipſe in libro ſuo mentitur, inuenit ibi Abraham; Moyſen & Ieremiam, & Prophetas alios,*

Damaſcus capitur.

Mahomet Rex eligitur.

Mahometi fabulæ.

Iter Hieroſol.

alios, ex antiquis, qui inibi conuenerant ad orandum, & obtulerunt Mah tria vaſa, vnum lacte, aliud vino, aliud aqua plenum. Et audiuit vocem dicentem hæc: ſi vas aquæ acceperis, cum tuo populo ſubmergêris; ſi vas vini gente tua peribis; ſi vas lactis, tu cum tuo populo dirigêris. Et ipſe accipiens phum lactis, bibit ex eo. Tunc Gabriel Angelus, inquit, ei: Nunc es directus tu omnis qui crediderit Legi tuæ. Et oratione facta, cum ab Hieroſolymis receſſiſſet, quod viderat diſcipulis reuelauit, & addidit quæ ſequuntur. Cum vidi, inquit, Abraham, Moyſen, & Ieremiam, oculi corporis dormiebant, ſed cordis oculi vigilabant, & vidi quod Abraham ſimilis erat mihi: Moyſes autem erat rubeus atque criſpus: Ieſus autem Mariæ filius, erat flauus capillis, nec longus, nec paruus, ſed diſpoſitione, & ſtatura media coaptatus, & videbatur aqua ab eius capite proſilire, verumtamen aqua non erat ibi. Addidit etiam in hoc libro: ad primum cœlum Gabriel me perduxit, & me in iſto cœlo benigne Angeli receperunt, & cum riſu & gaudio reſpexerunt, bene orantes mihi proſpera & iucunda. Vnus ſolus inter Angelos conſiſtebat, qui nec mihi orauit proſpera, nec riſit: cumq; quæſiſſem ab Angelo quiſnam eſſet, reſpondit: nunquam riſit hic Angelus, nec ridebit, hic eſt Angelus cuſtos ignis: & dixi Angelo; eſt hic Angelus, qui à Deo dicitur nimis dilectus? Et ille reſpondit, Angelus hic eſt ille. Tunc dixi ei, præcipe, inquit, ut oſtendat mihi ignem. Iubente itaque Gabriele, remouit tegimen ollæ ignis; & ignis aſcendens, timui ne omnia quæcunque videram concremaret: & rogaui Gabrielem, vt ignis iterum tegeretur: & ignis rediuit in locum ſuum, & videbatur, vt Sol cum occidit in occaſu: & triſtis Angelus, vt prius fuerat, texit ignem. Similiter cum intraui cœlum, inueni hominem venerandum in ſede ſedentem, & oſtendebantur ei animæ omnium mortuorum: & cum videbat animas quæ ſibi non placebant, ab eis intuitum auertebat, imperans eis: peccatrix anima ab infelici corpore exiuiſti: & cum oſtendebatur ei anima, quæ placebat, applaudens animæ inquiebat: ô felix anima à bono corpore exiuiſti: & interrogaui Angelum de viro tantæ excellentiæ, & reuerentiæ, quiſnam eſſet: & Angelus dixit mihi, Adam eſſe, qui bonis ſui generis congaudebat, à malis faciem auertebat, & pœnas peccantium oſtendebat. Vidi in eodem cœlo, qui carnes pingues & optimas manducabant, & alios qui poſtpoſitis pinguibus de fœtidis comedebant. Cumque quæſiſſem, iſti homines quinam eſſent, reſpondit Angelus; primi ſunt, qui vxoribus legitimis adhæſerunt: alij qui legitimas non curantes, fœdis commercijs vtentes, mulieribus ſe dederunt. Poſtea duxit me Gabriel ad ſecundum cœlum, & inueni ibi Ieſum filium Mariæ, & Hyahyam (quem nos Ioannem dicimus) filium Zachariæ, qui erant conſobrini. Poſtea Gabriel in cœlum tertium me induxit, & inueni hominem, cuius forma erat vt plena lunæ, & Gabriel dixit mihi: Hic eſt Ioſeph filius Iacob Patriarchæ. Poſtea duxit me in cœlum quartum, ibi inueni hominem venerandum; & Gabriel dixit mihi: Hic eſt Aaron, & erat ibi cum eo Idriz, qui cœlum aſcendit. Poſt hæc duxit me Gabriel in quintum cœlum, & inueni ibi hominem ſenem, & pulcrum, & dixit mihi: hic eſt Aaron filius Abrahæ. Poſtea duxit me in ſextum cœlum, & inueni ibi hominem rubeum, & procerum, & dixit: hic eſt Moyſes. Poſtea fecit me aſcendere in ſeptimum cœlum, & inueni ibi hominem canum, ſedentem in ſede à parte domus, qui à pluribus Angelis comitabatur, & intrant in ea ſeptuaginta millia Angelorum, & non redeunt vſque ad diem iudicij. Et Angelus dixit mihi: hic eſt Abraham pater veſter. Poſt hoc introduxit me in Paradiſum, & inueni ibi puellam formoſam, quæ multum placuit oculis meis, & interrogaui eam, cuia eſſet, quæ reſpondit: hic ſeruor Zayth filio Hyarith. Et cum deſcendiſſem de paradiſo, nuntiaui hæc Zayth filio Hyarith, qui de meis conſortibus vnus erat. Et in omnibus cœlis ad quos aſcenderam, interrogabant Angeli Gabrielem, & ipſe dicebat eis:

Iter fabuloſum in cœlum.

hic

hic eſt Mahomet. Et interrogabant cum gaudio, eſt iam miſſus? & ipſe inquit: Iam eſt miſſus: & ipſi omnes orabant, vt Deus adderet mihi vitam, tanquam fratri ſuo, & amico. Poſtquam autem tranſieram ſeptem cœlos, Gabriel me propoſuit ante Deum, & mandauit mihi, vt quolibet die dicerem quinquaginta orationes. Ego autem conuerſus ad Moyſen amicum meum optimum, dixi ei, qualiter Deus mihi mandauerat, vt quolibet die dicerem quinquaginta orationes, ſed tot orationes graues eſſent ad dicendum, cum gens conuerſa nouiter non poſſet tantum onus quotidie tolerare. Et Moyſes conuerſus ad Deum obtinuit, vt decem orationes relaxarentur, & iterum à me rogatus, obtinuit alias decem: Et ſic paulatim deſcendens omnes abſtulit præter quinque: quicunque quolibet die quinque orationes fecerit, renumerabitur quaſi pro quinquaginta. Mahomet autem anno ætatis ſuæ quadrageſimo apud Mecham frequentius morabatur, & ibidem prædicta omnia, & multa alia ridicula, & nefanda ſibi dicta à Gabriele Angelo mentiebatur, vt populos quos ad rebellionem concitauerat, ſectæ ſuæ mortis funiculis colligaret: & vt virus ſuæ malitiæ occultaret, prædicabat omnibus vnum Deum. Mecha autem tenebatur cultu plurium idolorum. Cognatio autem Coraxi conuenerunt in domum Abutalib, qui erat patruus Mahometi, conquerentes de eo quod eorum legem, & Deos patrios aboleret: ſed quod ipſe, & ipſi in ſuis ritibus remanerent; & iam Mahomet habebat aliquos de ſuis conſanguineis conniuentes.

Capvt Sextvm.

De diſceptatione cum Coraxinis, & de morte eius.

PRAEDICTVS *autem Abutalib conuocauit Mahomet, & alios Coraxinos, ſuper lege, & idolis querelantes, & dixit ei Abutalib: Ecce iſti habent aliqua aduerſum te. Mahomet autem reſpondit ei, ſuſtine me modicum perorare. Tunc ille, non eſt, inquit, Deus alius præter vnum: & recedite ab idolis, quæ hactenus coluiſtis. Tunc, manus manibus collidentes, indignati animis, reſponderunt: cur Deos noſtros vis à patria exſtirpare? Et dixerunt: Iſte homo à propoſito non ceſſabit, ſed maneat in ſua lege, & nos ritus patrios obſeruemus, & tunc ab inuicem receſſerunt. Abutalib autem dixit Mahomet, bona videtur oratio, quam dixiſti. Tunc Mahomet: dic, inquit, verbum, quod prædicaui, & conuertere ad legem meam. Abutalib autem reſpondit ei: libenter facerem, ſed diceret genus noſtrum, quod metu tui aut timore mortis, talia proferebam: nec volo perdere gratiam propinquorum. Ex tunc Mahomet cœpit ſectam ſuam publice prædicare, & ad rebellionem populos concitare, & aliquos ſeducebat, quia vnum Deum tantummodo prædicabat: & mentiens Gabrielem Angelum ad ſe miſſum; quæ deceptis populis prædicabat, dicta ſibi ab Angelo aſſerebat; & frequenter in contemplationem inuiſibilium ſe rapi ſimulans, quaſi deſtitutus ſenſibus, ſe in terram, vt exanimem proſternebat: & ſtulti populi loqui cum Angelo æſtimabant. Demum autem quaſi reſtituto ſpiritu præcepta aliqua proferebat, quæ ſub vno compacta capitulo Zohara appellabat, & per tales Zoharas diſtinguitur liber eius, qui dicitur Alcoranus: in quo tot ignominioſas Zoharas prædicauit, quod pudebit dicere, nedum ſequi: quas tamen viru diabolico debriati, & libidine dulcorati, infelices populi receperunt, & adhuc in ſua perfidia permanent obſtinati; nec legem vitæ & diſciplina*

plinæ deſinunt infeſtare. Mahomet itaque fraudibus & incurſibus & infami doctrina corda gentium ſua pertinacia ſolidauit. Annis autem decem expletis, ex quo apud Damaſcum regni ſuſceperat principatum, moritur, & ſepultus eſt in inferno. Æra ſexageſima ſexta, anno Heraclij XVII, & Suintille regis Gothorum VII.

Mahomet moritur.

Capvt Septimvm.

De Abubacar, & Omar Moabia & eorum prælijs.

Subjugatur Perſis.

MOrtvo *Mahomet, Abubacar eius gener & contribulis in regni ſolio ſubrogatur. Huius tempore Romani Perſidem reliquerunt, quam Abubacar bellis indeſinentibus occupauit, Æra ſexcenteſima nona, anno Heraclij viceſimo, anno Arabum decimo quarto. Mortuo Abubacar, Omar in ſolio regni collocatur Arabum, & decem annis regnauit. Hic fuit rigidus & in prælijs valde conſtans: hic obſedit Alexandriam in Ægypto, & captam conſtituit ſub tributo, & totam Ægyptum ditioni ſuæ, & ſectæ ſubdidit Mahometi: & tam de partibus Orientis, quam de partibus Africanis triumphum victoriæ reportauit. Sed dum quodam die orationi inſtaret, à quodam ſuo clientulo fuit interfectus. Poſt mortem Omar, Autuman ſucceſſit in regno, & regnauit annis duodecim. Hic Libim, Marmorichim, Pentapolin, Gazamam, & Æthiopiam, quæ ſupra Ægyptum plagis adiacerent, Sarracenorum ſectæ, & ſuæ ſubdidit ditioni. Plurimas etiam ciuitates Perſarum, quas Omar non potuit obtinere, obtinuit, & poſuit ſub tributo, demum à ſuis eſt interfectus. Mortuo Autuman Moabia, qui & Maula, ſucceſſit in regno, anno trigeſimo quinto Arabum, & regnauit annis viginti quinque. Sed quinque annis, quia regnum eius turbatio variauit, contra ſuos prælia multa geſſit: poſt quinquennium ſuis ſedatis, feliciter regnum rexit. Sed aduerſus eum Conſtans Auguſtus, pluſquam mille naues aggregans, infeliciter transfretauit. Cum enim bellatorum diſcrimina inchoaſſent, Moabia præcedente quodam Abdali nomine, qui in exercitum Arabum principatum militiæ tunc tenebat, ceperunt acriter decertare, ſed victus Auguſtus, vix cum paucis per æquor aufugiens, læſus euaſit, & plures de ſuis captiuitate & gladio ceciderunt: & Moabiæ, & Abdallæ nomen, & gloria accreuerunt. Abdalla autem volens victoriam ampliare, Tripolim Ægypti venit, & eam & Cidanis ſuæ victoriæ ſubiugauit: & poſt deſolationes plurimas, diuerſis patrijs ſubiugatis, multis prouincijs domitis, & vaſtatis, & cæteruis plurimis in fide deceptis, Africam attentauit, cum multis phalangibus bellatorum. Cumque ex aduerſo Comes Gregorius aduenisſet, vtrimque fuit prælium inchoatum, ſed pars Afrorum morti & fugæ penitus derelicta, infeliciter eſt deleta, & ſic omnis decor Eccleſiæ Africanæ in Arabes eſt tranſlatus. Abdalla itaque ſpolijs & diuitijs inclytus, cum ſuis cohortibus reuerſus eſt in Ægyptum. Moabia autem peragebat decimum regni annum, qui cum vidiſſet in Africa ſibi proſpera ſuccesſiſſe, centum millia bellatorum in obſequium Izit filio ſuo dedit, vt cum eis Conſtantinopolim feſtinaret: qui illam adiens parauit obſidionem; & per totum vernum tempus bellis indeſinentibus infeſtauit: ſed quia vrbis magnificentia obſiſtebat, & fames, & peſtis laborem impugnantium fatigabat, vrbe relicta, oppida plurima occuparunt & adiacentem patriam deuaſtarunt, & onuſti prædis & diuitijs, poſt biennium Damaſcum vrbem regiam redierunt. Poſtea autem partes Orientales bellis indeſinentibus ſuæ ſectæ, & dominio ſubiecerunt: & expletis viginti quinque annis in regno, naturæ debitum ſoluit.*

Ægyptus.

Africa.

Conſtantinopolis fruſtra obſidetur.

CAPVT OCTAVVM.

Izit & Maula & Abdelmelic filio eius & victorijs eorum.

ANNO Imperij Arabum ſexageſimo primo, Izit natus Moabiæ obtinuit patris regnum, & regnauit iucundiſſime tribus annis. Hic ſubdidit ſectæ ſuæ vicinas vndique nationes, eoque cunctis gratiſſimus habebatur; nunquam enim, vt moris eſt hominum, regalis faſtigij gloriam appetiuit; ſed ciuiliter cum omnibus conuiuebat, & expleto regni triennio vitam finiuit, & reliquit Maulam filium ſucceſſorem, anno imperij Arabum ſexageſimo ſecundo. Hic paternis moribus ſimilis, cum ad regni faſtigium perueniſſet, tertiam partem tributi omnibus condonauit: qui anno dimidio in regno expleto vitam finiuit. Poſt cuius mortem exercitus Arabum fere per quatuor annos bifarie fuerunt diuiſi, & innumerabiles cædes Arabibus prouenerunt: alij enim Maldan, alij Abdallam ſequebantur, ſed Maldan Conſtantino Cæſari mille ſolidos auri probati, & variam ſupellectilem annis ſingulis impendebat, vt ei adiutor fieret, aut ſaltem non impediret: & quæ Arabes à Romanis euicerant, fuit præteritorum temporum captiuitas relaxata. Hoc tempore Eruigius præficitur regno Gothorum. Cumque inter Maldan, & Abdallam longa concertatio incidiſſet, tandem Abdalla, qui fuerat princeps militiæ regis Moabiæ, & multis diuitijs, quas ab Africa tulerat, abundaret, eiecto Maldan ſolus obtinuit principatum: anno imperij Arabum ſexageſimo ſexto: & quatuor annis regnauit. Poſt quos Abdelmelic iunioris Maulæ filius, contra Abdallam Arabum regnum intentat, & fauore patris ad ſucceſſionem debitam eleuatur, Anno imperij Arabum LXX. regnauit annis XXI. Hic Abdallam æmulum ſuum perſequens, apud Mecham Abrahæ domum, vt ipſi autumant, quæ eſt inter Archas & Sarram Meſopotamiæ, interfecit: poſt quod ſapientiſſime bella ciuilia compreſſit. Huius anno quinto ad regnum Gothorum Ægica ſublimatur, & iterum eius decimo ſexto anno Vitiza in regno ſubſtituitur Ægicæ patri ſuo. Abdelmelic autem conſummatis in regno annis viginti & vno, vitam finiuit.

Eruigius. Vitiza.

CAPVT NONVM.

De Vlit.

ANNO autem Imperij Arabum nonageſimo primo, Vlit filius eius ad regnum Arabum ſublimatur. Huius quinto anno Rodericus ſeditionibus procreatis regnum Gothorum inuaſit. Vlit autem per quatuor annos bella peragens, imperium Arabum mirabiliter dilatauit: erat enim vir magnæ prudentiæ, & in diſponendis exercitibus valde cautus: & quia futurus erat virga furoris Domini, in populos Hiſpaniæ peſtilentes, diuino auxilio ferebatur, vt vicinas gentes ſuo imperio ſubiugaret. Romaniam quoque, & multas prouincias Romanorum, vaſtatione aſſidua conuulcauit. Inſulas etiam & fines Indiæ domuit, deuaſtando ciuitates, plurimas, oppida, & caſtella obſedit, & occupauit. In Lybiæ anfractibus omnem maritimam ſubiugauit, in occiduis partibus regnum Gothorum antiqua ſoliditate firmatum obtinuit, & afflixit: quod à tempore Leouegildi per annos centum quadraginta pace continua fuit lætum. Hic per ducem exercitus ſui Muzam Hiſpanias domuit,

Sarraceni Hiſpaniam occupant.

Primus Sarracenorum in Hiſpania Rex Muza.

Secundus Abdulazis.

Tertius Ayub.

muit, & regni abſtulit dignitatem, & conſtituit vectigalia. Anno Imperij Vlit quarto, Muza Abennocayr princeps militiæ Vlit regis, miſit Tharic Abenzarca, cum exercitu citra mare, qui & Rodericum vltimum regem Gothorum bello fugauit, & Hiſpanias ſubiugauit. Demum Muza veniens in Hiſpaniam ciuitates plurimas occupauit, & infinitas diuitias congregauit, inter quas menſam lapideam, coloris viridis, immenſæ magnitudinis, adinuenit, quæ habebat trecentos ſexaginta quinque pedes, & menſa & pedes ex vno lapide erant. Hæc menſa dicitur inuenta in villa quadam, quæ Arabicè dicitur مدينة المايدة Medinat almeyda: *Latinè autem interpretatur* ciuitas menſæ: *& erat iuxta montem qui adhuc hodie dicitur, Gibel Zuleman, & imminet burgo ſancti Iuſti: hanc Tharic cum multis alijs diuitijs dedit Muzæ. Muza itaque Tharic, & Mogeit Hiſpanias deuaſtantibus, ab Hiſpanijs reuocantur, præcepto Vlit. Cumq; oporteret eos ad edictum principis feſtinare, Muſa dimiſit filium ſuum Abdulazis, principem citra mare, qui apud Hiſpalim conſtituit ſedem ſuam, & fertur vxorem regis Roderici nomine Egibonem ſibi in coniugem aſſumpſiſſe, & ab vxore ſuaſus, more regum Gothorum, ſibi impoſuit diadema; vnde & Arabes Chriſtianum putantes, conſilio Ayub Aben Halib, dum in oratione perſiſteret, occiderunt. Regnauerat autem tribus annis, & Ayub, eo quod erat in ſecta Mahometi prudentiſſimus, in regni ſolio ſubrogarunt, & ab iſto dicitur Calatayub fuiſſe ædificata, & iſte curiam Arabum ab Hiſpali tranſtulit, & Cordubæ inſtaurauit.*

CAPVT DECIMVM.

De morte Muzæ & Vlit, & regno Zulemæ.

Quartus Alabor.

Zulema Chalifa.

Pergamus inceditur.

Corduba capitur.

MVZA *autem cum Tharic, & Mogeit, ducens ſecum infinitam pecuniam, & ex Chriſtianis triginta millia captiuorum, & menſam viridem, & plurimos lapides pretioſos, peruenit in Syriam ad regem, vbi Vlit tunc temporis reſidebat. Sed Tharic, qui odium conceperat contra Muzam, præuenit Muzam & ſe regis conſpectui præſentauit, accuſans Muzam eo quod de diuitijs Hiſpaniæ plurima occultaret, & modica deferebat. Cumq; Muza ſe regis conſpectui præſentaſſet, male receptus cum ignominia eſt eiectus priuatus potentia & honore. Demum condemnatus in mille millibus, & in decies centum millibus ſolidorum, & dolore vario circumſeptus, vitam finiuit, anno Arabum nonageſimo ſeptimo. Et quia Ayub, de quo diximus, Muzam conſanguinitate aliqua attingebat, Amiramomeni fecit eum à regno Hiſpaniæ remoueri, & Alabor filium Abderramen in regno Hiſpaniæ ſubrogauit: qui duos annos & nouem menſes in regno expleuit. Vlit autem omnia proſpere gerens, receptis copijs vniuerſarum gentium, & diuitijs, quas gens miſera, vomuerat Hiſpanorum, vitæ termino conſummato, cum regnaſſet annis vndecim, vitam finiuit. Mortuo Vlit Zulema frater eius ſucceſſit in regno, anno Arabum nonageſimo octauo, & tribus annis regnauit. Hic miſſo exercitu Arabum, Romaniam grauiter deuaſtauit. Pergamum antiquiſſimam & florentiſſimam minoris Aſiæ ciuitatem, vltrici incendio concremauit. Miſit & Alabor quem Hiſpaniæ præfecerat, vt Narbonenſem Galliam deuaſtaret, & citeriorem Hiſpaniam, in qua Chriſtiani aliqui rebellauerant ſubiugaret, qui & prædictam Galliam, & vtramque Hiſpaniam, vi fraude, & deditione receptans, vectigali ſubdidit ſeruituti. Zulema autem filios Abdemelic nepotes ſuos, filios Vlit ſcilicet, Omar & Izit, ſibi ad regni regimen ſociauit. Inter hæc Alabor Cordubam attentauit, & Chriſtianos ibidem degentes,*

emunctos

emunctos vſque ad exinanitionem extremæ virtutis, tyrannide coarctauit. Arabes autem qui fuerant primæ vaſtationi, carceris ergaſtulo, & ciliciorum aſperitate, & fame & inedia macerauit, adeo vt vermes ſiue pediculi in ciliciјs ſcaturirent, & quæſtionibus eos afflixit, vt theſauros abſconditos reuelarent. Hoc tempore Eclipſis ſolis ab hora ſexta vſque ad horam nonam durauit, & ſtellæ, vt in tenebris apparebant. Verum quia Izit ob ſanctimoniam ſuæ ſectæ ab omnibus amabatur, & ſanctiſſimus habebatur, Omar frater eius eum in tutelam regni adſciuit: Omar autem præditus benignitate nimia, à prælijs, quantum poterat, abſtinebat. Tantæ enim dulcedinis & patientiæ fuit in regno, vt tantus honor ei exhiberetur, & tantæ laudis præconio efflореret: quod non ſolum à ſuis, ſed etiam ab exteris præ cunctis principibus amaretur. Tanta etiam ſanctimonia ei adſcribitur, quanta nunquam vlli Arabum fama veridica recognouit, qui & princeps paucorum dierum vitam finiuit. Eclipſis.

CAPVT VNDECIMVM.

De Izit & Izit, & Obſidione Toloſæ, & principatu Ambizæ.

OMAR mortuo *Izit regni gubernacula cepit ſolus; tunc quidam alius Izit nomine, qui de genere ſuo erat, & apud Perſas tutelam gerebat, rebellionem molitus, bella ciuilia procurauit. Sed Izit miſit quendam Muzillima nomine cum infinito exercitu, vt rebellionis iniuriam edomaret, & in campis Babylonicis, ſupra Tigrim rebellantium turba dilabitur fuga magna, & auctor ſceleris comprehenſus veniæ reſeruatur. Tunc etiam in occidentis partibus multa illi proſpera prouenerunt, nam Zama, qui tribus annis ducatum tenuit in Hiſpanijs, proprio ſtylo deſcripſit vectigalia Hiſpanorum, & quod prius indiuiſum ab Arabibus habebatur, ipſe partem reliquit militibus diuidendam, partem fiſco de mobilibus, & immobilibus aſſignauit, & Galliam Narbonenſem diuiſione ſimili ordinauit, & Francorum gentem bellis frequentibus ſtimulauit, & Narbonæ ob tuitionem patriæ electos milites collocauit. Ipſe autem bellis plurimis Toloſam veniens, obſidionis ambitu circuiuit, & cœpit eam varijs machinis impugnare. Gens autem Francorum cum Eudone exercitus ſui duce in obſeſſorum auxilium ſuperuenit. Cumque vterque exercitus cœpiſſet acriter dimicare, Franci Zamam ducem Arabum cum parte multitudinis peremerunt: reliqui, obſidione relicta, ſe fugæ patrocinio commiſerunt, & qui euaſerant, Abderramen ſibi principem elegerunt, donec principalia iuſſa venirent. Per idem tempus Frodoarius Auxitanæ ſedis Epiſcopus, & Vrbanus Toletanæ ſedis, Veteranus Melodius & Euancius eiuſdem Toletanæ ſedis Archidiaconus, doctrina, ſapientia, ſpe, caritate, fide & ſanctitate ad confirmandam captiuam Dei Eccleſiam clari habentur. Izit autem miſit præfectum in Hiſpanias Azam filium Melich, & præcepit ei, vt ciuitates, oppida, & caſtella, quæ per vim Arabes expugnauerant, ſubijceret ſub tributo, videlicet vt quintam partem omnium prouentuum fiſco regio ſoluerent annuatim: quæ verò ſponte ſe reddiderant, decimum tantum ſoluerent pro tributo, & hi & illi in ſuis poſſeſſionibus liberi remanerent. Iſte Azam pontem Cordubæ fecit fieri, anno Imperij Arabum centeſimo ſecundo. Azam cum duobus annis & dimidio in Hiſpanijs præfuiſſet, & à vaſtatione Tiraſone rediret, fuit à ſuis proditionaliter interfectus, & Izit Amiramomeni præfecit Hiſpaniæ quendam qui dicebatur Ambiza anno regni Arabum centeſimo tertio, & quatuor annis & dimidio principatum Hiſpaniæ apte rexit, & gentes Francorum prælia meditando ſæpius intentauit, & per directos Satrapas inſequendo, infeliciter decertauit, nihilominus tamen*

Izit Chalifa. 5 Zama. Toloſa obſidetur. 6 Azam. 7 Ambiza.

tamen furtiuis obreptionibus nonnullas eorum ciuitates, & oppida ſtimulauit, & pro huiuſmodi infeſtationibus Gallicorum ſcilicet, Chriſtianis vectigalia duplicauit. Cumque honoris faſcibus in Hiſpaniјs triumpharet, poſtremo per ſe expeditionem ingeminat contra Francos, & incurſionem in eos, aſſumpta audacia, meditatur. Sed cum cœpiſſet cum exercitu proficiſci, propria morte vitam finiuit: ipſe autem Ambiza in vltimo conſtitutus quendam qui Odra dicebatur, conſulem patriæ ſibi commiſſæ, & principem exercitus repedantis propria voluntate ordinauit. Sed Arabes in continenti Amiramomeni Ambizæ obitum nuntiarunt, & omnem pariter ſucceſſionem: Izit autem in continenti miſit eis quendam, qui Iahya dicebatur, & erat filius Zulemæ, anno regni Arabum centeſimo ſeptimo, & fuit terribilis poteſtator, & regnauit duobus annis & dimidio, homo acris ingenij, crudelis dominij, tamen iuſtitiæ intendebat, nam Arabes ſiue Mauros, qui res pacificas abſtulerant Chriſtianis, coëgit debite reſtaurare.

Obitus.

Capvt Dvodecimvm.

De Regno Hiſcam.

HVivs *temporibus Izit quarto regni ſui anno completo, vitam finiuit, & fratrem ſuum Hiſcam nomine inſtituit ſucceſſorem, tali pacto, vt filius eius proprij ſeminis, Abulit nomine, fratri ſuccederet in honorem. Hiſcam autem in ſuæ primordijs poteſtatis, anno regni Arabum centeſimo ſeptimo ſatis modeſtum, & pacificum ſe oſtendit, & regnauit annis viginti & vno. In Romania & in partibus Orientis proſpere multa geſſit, non præſentialiter, ſed per duces terra & pelago deſtinatos, & in Occidentis partibus nil egit præclarum. Demum tanta cupiditate fuit illectus, vt de nullo niſi de collectione pecuniæ cogitaret, adeovt omnes reges qui eum præceſſerant, præcelleret in diuitijs congregatis; verum quia emunctionis iniurias non poterant tolerare, multæ prouinciæ ſibi ſubditæ vota ſua ab eius propoſito fere per annos quatuor retraxerunt, ſtrage plurima ſubſequente, nec diſceſſum huiuſmodi potuit reformare: Prouinciæ autem eius dominio ſubditæ, & ſecta Mahometi inquinatæ, neceſſe eſt vt proprijs nominibus exprimantur, videlicet Iconia, cuius metropolis Iconium; Lyſtria, cuius metropolis Lyſtris, Alapia cuius metropolis ciuitas eiuſdem nominis; Chaldæa cuius metropolis Babylon deſtructa: Aſſyria, cuius metropolis Niniue: Medea, cuius metropolis Hecbatanis: Hyrcania, cuius metropolis Antiolos: Perſis, cuius metropolis Suſa: Meſopotamia, cuius metropolis Aram, ſiue Sarra: Syria ſuperior, cuius metropolis Damaſcus: Celeſyria, ſiue Phœnicia, cuius metropolis Tyrus: Syria inferior; cuius metropolis Antiochia: Iudæa, cuius metropolis Hieruſalem: Aegyptus, cuius metropolis Alexandria: Arabia maior, cuius metropolis Baldac: Aethiopia, cuius metropolis Nadauer: Africa cuius metropolis Carthago: Hiſpania cuius metropolis Toletum. Has omnes prouincias ſubiugauit ſecta & gladius Mahometi. Aliquando etiam Siciliam cuius metropolis Panormum, & Calabriam, cuius antiqua Metropolis Rhegium, & partem Apuliæ, & Galliam Gothicam; cuius metropolis Narbona, & Vaſconias cuius metropolis Auxis, & Burdigaliam ſuæ potentiæ ſubiugauit.*

Regna Saraceni ſubiecta.

Anno itaque regni Arabum centeſimo vndecimo, Hiſcam vero ſexto, ſuſcepit regnum Arabum in Hiſpanijs Odoyſa Alcayci auctoritate, à duce Africano recepta.

Odoyſa.

Hic

Hic fuit vir leuitate plenus, & vacuus grauitate, præ paucitate autem temporis nil dignum memoria legitur peregiſſe: iſto à regno repulſo Hiſcam Amiramomeni Temenſ fil. Abinazæ ad regimen Hiſpaniæ deſtinauit, anno regni Arabum centeſimo vndecimo, Hiſcam vero ſexto. Hic quinque menſibus Hiſpanias gubernauit; poſt quos vitam finiuit, & miſſus fuit alius Autuman nomine, hic per quatuor menſis rexit terram; poſt quem Hiſcam ſubſtituit, alium nomine Alhaytam filium Obeit, qui veniens in Hiſpaniam ſigillum, & auctoritatem principis quam deferebat, patenter, & ſtrenue demonſtrauit, & per decem menſes turbidus terram rexit, & intellexit aliquos de Arabibus in depoſitionem eius colloquio clandeſtino conſpirare: vnde & eos capiens conſpirationis propoſitum flagellis exterſit, & demum iuſſus ab æmulis tranſmarinis quos pœnis afflixerat, capitibus detruncauit. Inter quos Zath Sarracenum ſanguine nobilem, facundia clarum, diuerſis rebus & diuitijs opulentum, pœna afflictum, flagris illuſum, colaphis cæſum, inhumaniter flagellauit. 10 Yemen. 11 Autuman. 12 Alhaytam.

Capvt XIII.

De Zath & Abdalla, & Abderramen, & eius victorijs.

Ath *autem manus eius euadens ad petitionem gentis, eorum quorum ſanguinem effuderat inhumane, Amiramomeni ſe conſpectibus præſentauit: & cum eo Mahimen mittitur Sarracenus cum relatione auctoritatis abſconſa, vt abſque cunctatione aliqua Abderramen, Alhaytam eiecto, ad regni regimen ſubleuetur. Sed cum Mahimen Cordubam perueniſſet, Abderramen non potuit inuenire, & ſtatim Mahimen Alhaytam captum carceri mancipauit, nec mora fortiter flagellatum, turpiter iudicatum, capite decaluatum, poſt terga manibus colligatum, catenis ferreis alligatum, ab aſino deportatum, per ciuitatem attractum, tantis ludibrijs reſeruatum, iterum carcerali cuſtodiæ mancipauit, & ibi vitam finiuit; poſt quem regnauit Mahomet Abenabdalla duobus menſibus, quibus completis Abderramen inuenitur.* 13 Mahomet Abenabdalla.

Anno Imperij Arabum centeſimo decimo tertio, Hiſcam autem nono, Abderramen vir belliger ad poteſtatem eligitur Hiſpanorum, & regnauit fere tribus annis. 14 Abderramen. *Cumq; de animoſitate, & gloria ſuperbiret, vnus ex Mauris Muniz nomine audiens ſuos temeritate iudicium indebite aggrauari, pacem cum Francis illico procurauit, & rebellionem aduerſus Arabes præparauit, & cum eſſet in prælijs expeditus, multi eius deſiderio paruerunt; vnde & fuit ſtatus palatij conturbatus, & non multis diebus interpoſitis, Abderramen expeditionem agitans rebellem inſequitur, conturbatus, & in Cerritaniæ oppido concluſit obſeſſum. Hic multorum Chriſtianorum effuderat ſanguinem innocentem, & Anambaldum Epiſcopum illuſtrem, virum floridæ iuuentutis incendio concremauit, & ſic Sanctorum ſanguine crapulatus, ſiti meruit laborare. Nam quamuis oppidum Cerritaniæ affluentis aquæ abundantia rigaretur, Muniz vndique circumcluſus ſitis ardore præuentus, non inuenit quo aufugeret moriturus, ſed vt manus euaderet perſequentium, deſperatam animam morti offert, & dum per anfractus rupium conaretur aufugere, manus perſequentium non effugit, nam dum in ſciſſuris petrarum latebras quærebat, præcipitio animam exhalauit, ne viuus odioſo principi traderetur. Nuper etiam Eudo propoſitus Gallicorum huic Muniz filiam ſuam cauſa fœderis in coniugio copulauit, & ad ſuos libitus tradidit inclinandam, ob perſecutionem Arabum differendam*

rendam, quæ ſimul cum oppido Cerritaniæ fuit capta. Viri autem exercitus caput Muniz præcipitio iam colliſum cæde ſecunda detruncant, & cum filia Eudonis regi ſuo læti præſentant. Abderramen autem de rebellium interitu iucundatus, eius vxorem, cum eſſet pulcherrima, ſummo Regi trans maria honorifice deſtinauit. Tunc Abderramen victoriæ gloriam proſequi non deſiſtens, cum videret terram ſuam multitudine eſſe repletam, fretoſa diſſecans, & montana procalcans, Rhodanum etiam diſſulcauit: verum cum Arelatum in multitudine exercitus obſediſſet, inferioris fortunæ Gallici ſunt inuenti, nam fugati periculo ſe vouentes ſequaci victoria ſunt præuenti, quorum cadauera vorax Rhodanus occultauit, & terra ſuſcipiens reuelauit, & eorum tumuli adhuc hodie in Arelatenſi cœmiterio oſtenduntur.

CAPVT XIV.

De morte Abderramen, & Fuga ſuorum, & Carolo Martello.

ABDERRAMEN *autem lætus victoria, elatus potentia, ratus eſt Francorum patrias deuaſtare; cumque amnes Garumnæ, & Dordoniæ pertranſiſſet, Eudonem, de quo diximus, inuenit ad prælium præparatum, ſed infelicitate præterita comitatus, in fugam dilabitur fugitiuus; & tot ibi de eius exercitu ceciderunt, quod eius numerus omni humanæ ſcientiæ occultatur. Sed cum Deus concluſerit oſtijs mare, & ei dixerit, huc uſque venies, & vndas fluctuum hic confringes, Abderramen non à Deo, ſed à ſua potentia æſtimans prouenire, propoſuit interiorem Galliam penetrare, & Eudonem ducem perſequi non deſiſtens, per Petragoneam, & Sanctoniam & Pictauiam ciuitates, oppida & Eccleſias deuaſtando, & igne continuo conſumendo, etiam Turonis ciuitatem, Eccleſiam & palatia vaſtatione, & incendio ſimili diruit, & conſumpſit. Eudo autem, de quo diximus, ad Conſulem Franciæ, & Germaniæ Carolum, virum belligerum, & rei militaris expertum fugit, infelicitatis Francorum excidia relaturus. Carolus autem dictus Martellus, Germanos & Gepidas ſecum ducens cum Francis qui remanſerant, Abderramen ſe obtulit deuaſtanti: cumque per ſeptem dies bellis particularibus ſeſe impeterent, demum diſpoſitis aciebus generali prælio dimicantes alternis cædibus ſe læſerunt; ſed gens Auſtriæ membrorum præeminentia valida, & gens Germana corde & corpore præſtantiſſima, quaſi in ictu oculi manu ferrea, & pectore arduo Arabes extinxerunt; & ipſum gladio peremerunt, ſicque nocte prælium dirimente ad caſtra ſua exercitus redierunt: mane autem diluculo apparente viderunt Germani Arabum tentoria, vt heri fuerant ordinata, & putauerunt Arabes velle prælium reſtaurare, & cum exploratoris officio vacua percepiſſent, iuerunt ad ſpolia, & manubia diuidenda, & verentes ne forte Arabes in ſtratis, vel ſemitis inſidias procurarent, Germani, & Franci in patrias redierunt: Arabes autem, qui euaſerant, per compendia ad Galliam Gothicam reuerſi ſunt.*

CAPVT XV.

De Abdelmelic & Ocha.

ANNO *Arabum centeſimo decimo ſexto, Hiſcam Amiramomeni miſit quen-
dam Abdelmelic nomine de nobili genere, qui dum in Hiſpaniam per-* 15 Abdelmelic.
*ueniſſet, poſt tot clades & pericula, inuenit eam opulentiæ non oblitam,
& bonis omnibus abundantem, & quaſi malogranatum auguſtalibus delicijs efflo-
rentem. Ipſe autem quatuor annis regnans qui diſpenſator eſſe debuerat, inuentus
eſt diſſipator diſcolus & petulans, & proſperitatem patriæ reputans, inopinam fla-
grantis petulantiæ malitiam propalauit, & patriæ iudices blandiendo, pro iure
iniurias, pro pace angarias, pro regimine nocua cœpit in Hiſpania exercere, vt
rediuiuæ plagæ anguſtias reparatas mordaci tyrannide renouaret, nec aliquid vti-
le, aliquid ſtrenuum exercuit in patriæ vaſtatores. Vnde cum relatione ſummi
principis accepiſſet, vt Francorum inſultibus obuiaret, volens iuga Pyrenæa pene-
trare, multis ſuorum perditis in planis Celtiberiæ refugus ſe recepit: vox enim
Chriſtianorum quæ ad aures Domini aſcendebat, contra tyrannum diuini iudicij
ſententiam impetrauit, moxque Amiramomeni remouetur edicto, & ſucceſſor ei
mittitur Aucupa, ſiue Ocha, anno Arabum centeſimo decimo nono, Hiſcam vero,* 16 Aucupa.
*anno decimoquinto, & quinque annis regnauit. Hic poteſtate præcelſa, genealo-
gia, & legis ſuæ cuſtodia ab omnibus timebatur, & Abdelmelic, qui ante eum
regnauerat, vinculis alligauit, iudices & præpoſitos, quos ille inſtituerat, condemna-
uit, ſectæ ſuæ ceremonias cogebat Arabes exactè ſeruare, & tributa ardua exige-
bat, fiſcum diuerſis occaſionibus augmentauit, & peruerſos Hiſpaniæ, & diuerſis
vitijs implicatos, ratibus impoſitos coëgit ab Hiſpania exulare: neminem niſi per
iuſtitiam legis propriæ condemnauit: expeditionem Francorum cum multitudine
exercitus attentauit: deinde ad Cæſarauguſtam claſſe peruenit, vbi recepit epiſto-
las à partibus Africanis, quod Mauri Hiſpaniæ ei reſiſtere intentabant, quibus
perlectis, quanta potuit velocitate Cordubam remeauit, & in tranſductiuis pro-
montorijs ſe recepit, ibique naues ab Africa præſtolatur, quibus receptis in Afri-
cam transfretauit, & aſſumptis auxilijs continuo cisfretauit, & contradictores bi-
farios, & rebelles quos reperit interfecit, ſicque omnia diſponendo, ſedi propriæ
inclytus redonatur, qui poſt paululum peracto quinquennio, infirmitate correptus
Abdelmelic, quem raptum tenebat, conſenſu omnium reſtituit in regni* 17 Abdelmelic.
*ſedem, infirmitate eius vitalia penetrante vitam finiuit, & regnauit
ſecundo Abdelmelic, anno Arabum centeſimo
vigeſimo quarto, Hiſcam
vigeſimo.*

CAPVT

CAPVT XVI.

De inſolentijs Hiſcam, & infelicitate eius, & de Belgi, & morte Abdelmelic.

IGITVR Hiſcam iniquitatem, & rabiem diu conceptam & cupiditatis termino relaxato cæpit in ſuos plus debito debacchari, & inſolentius ſe habere; vnde & gens ſuæ ſubdita poteſtati in bellum proſilijt inteſtinum, nam & illa vaſta ſolitudo, vnde Arabia oritur, & Occidentalis plaga, & ea quæ ad meridiem extat zona, impietatem iudicum non ferentes, ad inuicem colligati, à ſuis ceruicibus iugum Arabum excuſſerunt: ſed vt rumor ad aures Hiſcam peruenit, miſit Cultum cum centum millibus bellatorum, quem præfecit exercitui Orientis, cum quo veniens in Africam ſe recepit, & definito conſilio ſtatuerunt, vt Maurorum patrias diſcurſando, & gladio feriendo ad Tingitanum pelagus properarent; ſed vt Maurorum rebellio hoc percepit, pannis circumpendentibus duntaxat pudendis obtectis, nudi proſiliunt à montanis, nigri ſpecie, criſpi crine, albi dentes; cumque ad fluuium qui Maſan dicitur adueniſſent, vtroque exercitu ex oppoſito collocato, Mauri tetrum colorem equis pulcrioribus venuſtantes, & albis dentibus ſubridendo, aduerſi exercitus multitudinem deterrebant. Vnde & pars Cultum & Arabici equites, & equi Aegyptij, cum ſua & aſcenſorum internecione ſubito terga vertunt, & dum per deuia, & fretoſa curſitant, transfretando abſque retinaculo, vel reparatione virium, multitudo illa deperijt, in eremi vaſtitate: ſicq; omnis illa collectio Orientis & Occidentis per fugam dilapſa vndique diſſipatur, dum dux exercitus, Cultus nomine, cum ſocijs territus iugulatur, & pars vna fugientium perſequentium gladio perimitur, & pars alia vagabunda per viam, qua venerat, redire cogitans trucidatur, & tertia pars quo deuenerit ignoratur. Exercitus itaque rebellantium habebat ſuper ſe ducem Belgi Abenben, & tribus annis regnauit, homo magni generis, & armis exercitatus. Iſte in Hiſpanias, proh dolor, cisfretauit, cumque præſenſiſſet Abdelmelic, de quo dixeram, iuit vt portum nauibus impediret, ſed vbi Mauri Hiſpaniæ cognouerunt, Belgi volentes auxiliari contra Abdelmelic, ad prælium conuenerunt, & in tres partes diuiſi, vnam mittunt contra Toletum, aliam Cordubam, vt Abdelmelic interficerent in eadem, tertiam ad portum dirigunt Septitanum, vt reciperent nauigantes, quos Belgi in Hiſpaniam deſtinabat, vel ſi forte de Arabibus qui è prælio euaſerant, inuenirent, in eos acriter deſæuirent. Sed Abdelmelic contra procedens partem illam quæ Toletum per viginti ſex dies obſederat, exſtinctiuo gladio diſſecauit: aliam partem per Almuzahor Arabem, licet cum magna exercitus internecione, enſe belligero refrenauit, & pars iſta ad partem aliam declinauit, quæ ad portam iuerat: tertiam partem ſimili excidio diſſipauit. Tunc Abdelmelic de tantis ſucceſſibus glorioſus, epiſtolari alloquio Belgi monuit, vt in priſtinam inſulam ſe reciperet: Belgi autem audiens, indignanter miſit Abderramen principem militiæ, vt coërceat obſiſtentem, qui Cordubam veniens penetrauit ciuitatem, & Abdelmelic captum grauibus iudicijs & ſudibus arundinum cruciatum, demum gladio interfecit: & tanta in Oriente & Occidente ab vtriſque prælia ſunt peracta, quod vix lingua ſufficit enarrare.

CAPVT XVII.

De Alulith pulchro & Abulcatar & Thobam.

ANNO *Arabum centeſimo vigeſimo quinto Africani & Arabes concorditer conſenſerunt, vt Alulith Pulcher filius Izit, ſobrinus Hyſcam, in eius ſolio* Alulith Chalifa.
locaretur, qui regnauit annis duobus: nec mora Doran rebellia ſuadente omnis Hiſpania conturbatur. Anno primo Alulith Abulcatar mittitur in Hiſpa- 18 Abulcatar.
niam ad iuſſa principalia exequenda, qui veniens extinxit ſcandala & ſedauit: & ſollicite commiſſam patriam gubernauit, & omnes ſuperbos Hiſpaniæ, ſub ſpecie exercitus in Africam deſtinauit. Sed Hiſpani Arabes per Zimaël virum gentis ſuæ auctoritate præditum Abulcatar, à regni ſolio remouerunt; cumque congredi voluiſſent, Zimaël, cælatam poſuit in occulto, & dum Abulcatar fugientem ſequeretur Zimaëlem, incidit in cælatam, & hi qui cum eo erant fuerant Zimaëli coniuratione clandeſtina obligati. Cumque eum in periculo reliquiſſent, victus ſuccubuit, & occiſus, & Toban qui valida adiutoria præbuerat Zimaëli, ad regni ſolium ſublima- 19 Toban.
tur Iſte diuerſa prælia attentauit, ad quæ ſe & ſuos infeliciter præparauit, demum dura internecione ſuccubuit cum multitudine occiſorum. Alulith autem defuncto, omnes homines patriæ, Ibrahem fratrem eius in Amiramomeninum, & domi- Ibrahem Chalifa.
num receperunt, anno Arabum centeſimo vigeſimo ſeptimo. Sed Maruan vnus ex Arabibus in ſcandalum ſuſcitatus, dum eum cum paucis in palatio reperiſſet, gladio interfecit; ſicq́ rei huius cauſa inteſtinum diſſidium ſuſcitatur, & quinquennio perdurauit, Azali quodam Arabe diſſenſionis ſcandalum procurante. Anno Arabum Maruan Chalifa.
centeſimo vigeſimo octauo, Maruan ſecundo, qui cum Ibrahem regnauerat duobus annis, Thoaba in Hiſpaniis præfecit regnans, anno vno; hic fuit vir belliger, & magni generis, ſed annus vnus vitam eius & regnum finiuit. Quo defuncto ab omni 20 Thoaba.
ſenatu palatij Arabum Iuceph in Hiſpaniam mittitur ad regni regimen ſublimatus, 21 Iuceph.
Anno Arabum centeſimo vigeſimo nono, ſeu incipiente trigeſimo, Maruan vero tertio, Iuceph vt ſenior, & longæuus, ad regimen Hiſpaniæ ſublimatur, cui non poſt multos dies diuerſa rebellia Arabes per Hiſpaniam molientes plurimos occiderunt. Iſte ad ſuggeſtionem reſidui populi qui mortem euaſerant deſcriptionem publici codicis innouauit, & quos de Chriſtianis vectigalibus depreſſerat gladius vaſtatorum à fiſci codice demerentur. Hic licet petulcus tamen ſollicite rexit regnum.
Sexto anno regni iſtius hora prima, ſecunda, & tertia, omnes Cordubæ habitantes, Tres ſoles viſi.
tres ſoles lucis mirificæ conſpexerunt, & quaſi pſallentes cum facibus igneis & Smaragdineis prædicebant, ex quorum ortu Angli deuaſtantes Hiſpaniæ fines nutu Dei fame intolerabili affecerunt.

CAPVT XVIII.

De Abdalla Benallabeci, & Abderramen.

Familia Allabeci, Chalifatum inuadit. Abdalla Chalifa.

HOC tempore anno Arabum centeſimo trigeſimo quarto Abdalla Benallabeci Maruan, qui tumultuoſe, vt diximus, Imperium Arabum occuparat, manu valida attentauit: quod Maruan cum præſenſit, tumultu gentium animo minoratus, cum theſauris publicis è palatio fugiens, ire in Lybiam meditatur, vt ibi prælium repararet: ſed Abdalla nihil veritus, ſeniorum inſtinctu, in ſede regia ſe collocauit, & ſtatim poſt Maruan cum infinito exercitu Arabum, & Perſarum ſuum patruum zali nomine deſtinauit, qui Maruan de loco in locum inſequebatur. Tot enim mala intulerat Sarracenis, quod nuſquam receptaculum inueniret, & Nilo traiecto cum ad locum, qui lingua eorum Azumum dicitur, perueniſſet, inſecutores cum Maruan ſeſe adeo valide iacularunt, vt binos per dies ex vtraque parte plurimi cæderentur: & die tertio Maruan victo, & interfecto, inſequentes à gladio ceſſauerunt. Tunc capita magnatum ad Abdallam dirigunt, quaſi Xenia pretioſa, & de reſiduo ſpoliorum remunerauit bellatores, digna pace patriæ terminos diſponentes, & à Mahomet vſq; ad hæc tempora ciſmarini, & vltramarini Arabes vnius Amiramomeni dominio regebantur, & qui de Benallabeci progenie deſcendebant, eos qui de Abenhumeia deſcenderant à ſede imperij expulerunt, cognationem eorum ad necem vbique inueſtigantes. Humeia autem, & Abenallabeci ex duabus conſiliationibus Mahometi proceſſerant; vnde & inter domos eorum diu contentio perdurauit. Alij dicunt, quod Mahomet non niſi vnam filiam reliquiſſet, quæ Fatima dicebatur, & nupſit. Alij Abentalep, qui ſcriptor fuerat Mahometi, & poſt Mahomet, quartus regnauit, annis quatuor, & diebus octo, & ab iſto & Fatima duæ domus concertantium proceſſerunt, & poſt Mahomet Abenallabeci, ciſmarini ab Africano Imperio diſceſſerunt, & ſedem regni Cordubæ ſtatuerunt: deinde particularibus dominijs excidia patrauerunt, vſque ad tempora Almorauidum, qui ſibi Hiſpanias ſubiecerunt, & fuit Monarchiæ vnitas reſtituta. Sed & Almoades tam ab Africa, quam ab Hiſpanijs Almorauides eiecerunt, & ſibi regnum totaliter ſubiecerunt, vſque ad tempora regis Fernandi, ſub quo Abenſut Almoades ab Hiſpanijs effugauit, & fere monarchiam obtinuit citra mare. Vnus autem Abderramen Abenmeya, qui Abderramen Adahal poſtea fuit dictus, clanculo in Hiſpanias ciſfretauit, & miſit quendam de clientulis, vt voluntates omnium exploraret, & inuenit quamplurimos Abderramen beneplacito inclinatos: quod cum ad Abderramen notitiam perueniſſet, ſtatim ad Hiſpanias cisfretauit, & continuo Malaca, Aſſidona, & Hiſpalis eius dominio ſe dederunt; & Hiſpalim fere de omnibus Hiſpaniæ partibus aduenerunt, eius dominio ſe ſpondentes, & inde exercitu congregato proceſſit contra Iuceph Alaci, qui Cordubæ erat pugnaturus, & prælio inito fugit Iuceph ad præſidium Toletanum, & Abderramen interim Veiam obſedit. Tunc Iuceph furtim ingreſſus eſt præſidium Cordubenſe, & inde dominas tres educens in Granatæ confugio ſe recepit, quem Abderramen inſecutus tandem in deditionem eum recepit, & cum Abderramen Cordubam inde venit, ſed culpæ conſcius, ſibi timens, Emeritam adijt fugitiuus: vbi fere viginti millibus hominum congregatus, terram Abderramen cœpit vaſtationibus laceſſere, & dum incurſibus deſeuiret, bellatores de Hiſpali, & eius partibus venientes continuo fugauerunt, & ipſe credens Toleti, vt in præſidio liberari, à quibus vitam ſperauerat, eſt occiſus, & incontinenti Abderramen dominio ſe dederunt, & tunc regno in Hiſpanijs confirmato Amiramomeni ſtatuit ſe

Corduba regia Arabum.

22 Abderramen.

vocare, anno Arabum centeſimo quadrageſimo ſecundo. Et tunc fecit obfirmari præſidium Cordubenſe, & Hortum nobilem, qui Razapha Arabice nuncupatur. Tunc vnus qui Girat Albadra, & alius qui Beie, & multi alij contra eum in vnum factitij ſurrexerunt, ſed omnes cæde, & prælio ſubiugauit, & vrbes rebelles diſpendio ſimili coarctauit, & multos ſuſpendio, multos nece, multos gladio eliminauit.

Templum Cordubenci ædificatur.

Anno autem Arabum centeſimo quadrageſimo nono cœpit Cordubenſem Mezquitam ædificare, vt prærogatiuo opere omnes Mezquitas Arabum ſuperaret: regnauit autem annis triginta tribus, & mortuus eſt anno Arabum centeſimo ſeptuageſimo primo, & ſepultus eſt in præſidio Cordubenſi. Reliquit autem vndecim filios, & nouem filias. Vnus ex filijs Iſen nomine, ſucceſſit in regno. Frater autem eius Zulema, 23 Iſen. qui à patre ſucceſſor fuerat inſtitutus, præerat principatui Toletano. Hic cum audiſſet, quod eum Pater inſtituerat ſucceſſorem, contra fratrem exercitum congregauit, & ſibi mutuo occurrentes apud caſtrum, quod Bulche dicitur, acriter dimicarunt, ſed Zulema inferior eſt inuentus: & Iſen victoria animoſus, Toletum adijt, & obſeſſam poſt modicum occupauit. Zulema autem victus, & fugitiuus Murciæ ſe recepit anno Arabum centeſimo ſeptuageſimo quarto. Poſt hæc Iſen emit à Zulema quicquid in Hiſpanijs poſſidebat pro ſeptuaginta millibus aureorum, & Zulema relictis Hiſpanijs mare tranſiens iuit in Barbariam: & quieuit Iſen ab eo, & obtinuit Iſen Toletum, & cætera loca, quæ Zulema conſueuerat poſſidere. Similiter cum altero fratre Abdalla, interpoſito diſſidio aliquanto, demum concorditer conuenerunt, vt relictis Hiſpanijs in Africam transfretaret: & ſic duobus fratribus effugatis, ab eorum ſcandalo regnum Hiſpaniæ conquieuit, & totam terram iuſtitia, & dilectione pacifice gubernauit, & à ſuis plurimum amabatur.

CAPVT XIX.

De Actibus Iſen.

ANNO autem Arabum centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, miſit quendam à ſuis qui Abdelmelic dicebatur, cum magno exercitu, vt Chriſtianorum patriam deuaſtaret. Hic Narbonam, & Girundam, & loca interpoſita cœpit, & ſubiugauit, & tot ſpolia ſecum duxit, vt in quinta parte Iſen ſuo principi Morabetinorum quadraginta quinque millia peruenirent, ex quibus Mezquitam Cordubæ, quam pater ſuus inceperat, conſummauit. Narbonenſes autem & cæteri Chriſtiani tanto exterminio ferebantur, quod pactis concordiæ interiectis, vt à Narbona vſque Cordubdm, humeris, & vehiculis terram ferrent, ex qua in ſuo præſidio Mezquitam ædificauit. Conſtruxit etiam Mezquitas alias, & veteres renouauit. Quicquid autem acquirere poterat, liberaliter diuidebat: & ita viriliter reſtitit Chriſtianis, vt cum quadam vice diues quiſpiam pro redemptione Maurorum, magnam ſummam pecuniæ diuiſiſſet, vix potuit inueniri quem redemptio liberaret. Et cum ſuorum aliquis morte propria vitam, aut gladio finiebat, paternum ſtipendium filio quantumlibet paruulo, erogabat, donec ætate perfectus, militiæ adſcriberetur. Hic conſtituit pontem qui Cordubæ adhuc exſtat: fuerat enim ibi pons alius, qui ſub iſto, inferior ſubſiſtebat, & eſt in directum portæ maioris, prope præſidium, quod in lingua ſua dicitur القصر Alcazar: & tanta diligentia pontis fabricam procurauit, quod ipſe perſonaliter operantibus aſſiſtebat, & fabricæ ordinem dirigebat.

Pons Cordubẽſis.

CAPVT XX.

De Prognoſtico mortis eius.

TANDEM *aduocauit quendam in arte Aſtronomiæ valde peritum, & quæſiuit ab eo, quid de regno, vita, vel eius operibus ſuæ artis indicio perceperiſſet, at ille licet timidus, minis territus, quæ perceperat reuelauit, dicens ei, Eris præ regibus Fortunatus, & manus tua opprimet inimicos, ſed in regno octo annorum numerum non complebis. Quod Rex audiens, diu tacuit, Aſtronomum autem remunerauit. Exinde autem cœpit ſe virtutibus politicis exercere, & ſe omnibus beneficum exhibere, & pauperibus iuſtitiam conſeruare. Hic Galleciam deuaſtauit, anno Arabum centeſimo ſeptuageſimo quinto; & in reditu obuium habuit Veremudum. Deinde, vt diximus, Narbonam obtinuit, & Gerundam, anno Arabum centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo: & plurima bella exercuit cum rege Galleciæ Aldefonſo: & cum quadam vice Galleciam introiſſet, anno Arabum centeſimo ſeptuageſimo nono, Chriſtiani in montanis loca deuia ſeruauerunt, & tranſitu occurrentes, pluribus captis, ex Arabibus, plurimos occiderunt.*

CAPVT XXI.

De morte Iſen, & regno Alhacam.

24 Alhacam. ISEN *autem cum regnaſſet annis ſeptem, menſibus ſeptem, diebus ſeptem, vitam finiuit, & filium ſuum Alhacam nomine, regni ſubſtituit ſucceſſorem, anno Arabum centeſimo ſeptuageſimo nono; & regnauit viginti ſex annis, menſibus decem, diebus viginti. Hic fuit ſapiens, & ſtrenuus in agendis, & vt legis eorum ratio aſſerit, Fortunatus; & ſeruorum quinque millia ad ſui cuſtodiam deputauit: tria millia de apoſtatis Chriſtianis, & duo millia de eunuchis, quorum aliqui ſecum ibant, alij præſidium obſeruabant: & ipſe etiam perſonaliter pauperes iudicabat, & maleficos inquirebat, vt compeſceret delinquentes: &, quod gentis illius impietas vix admittit, eleemoſynas liberaliter erogabat. Cum autem fratres Iſen Zulema & Abdalla, qui à facie fratris, vt diximus, fugerant vltra mare, audiſſent Iſen mortuum, & Alhacam filium eius in regni regimine ſubſtitutum, conati ſunt regna perturbare, & fugæ infamiam feſtino reditu palliare, & contra nepotem vela reducia erexerunt, & in Hiſpaniam cisfretantes, regnum nepotis inuadere præſumpſerunt, & Abdalla, agnomine Valentinus, cum barbaris Valentiæ rebellauit, & Zuleman fratrem ſuum Tangiâ accerſiuit, & ambo à Valentia nepotem ſuum, Alhacam nomine, bellis indeſinentibus impetebant, demum collatis vexillis ad inuicum dimicarunt; & Zulema ibi interfecto, Abdalla, fugæ opprobrio derelictus Valentiam eſt reuerſus.*

Hoc fuit anno Arabum centeſimo octuageſimo quarto, anno regni Alhacam quinto. Manſit autem Abdalla Valentiæ prælio refrænatus, & auxilio deſtitutus: Nepoti autem per nuntios ſupplicauit, vt ſecuritatem, & victualia indulgeret:

Alhacam

Alhacam autem malitiæ iam oblitus, conceſſit ei vt Valentiæ moraretur, & mille aureos menſe quolibet, & per annum quinque millia ſibi dabat: Abdalla autem, iam pacificus, filios ſuos miſit Regi, & Rex eos benigne recipiens, eorum vni ſororem ſuam matrimonio copulauit, & ſic terra à prælijs conquieuit.

Caput XXII.

De rebellione Toletanorum.

Anno autem regni Arabum centeſimo nonageſimo, regni autem eius decimo ſeptimo, populus Toletanus, confidens de fortitudine ciuitatis, & multitudine incolarum, & copia victualium, rebellauit, & ei iura regalia negauerunt, quos copia, otium, & ſecuritas fecit à dominio aberrare. Rex autem licet familiari ſtimulo arctaretur, ſuſtinuit patienter, & ſcelus ſcelere ſtuduit callide vindicare; & vocauit Ambroz, quem Oſcæ præfecerat, & Cæſarauguſtæ, & erat carus, & fauorabilis Toletanis: regi autem Alhacam ſemper extiterat vtilis, & fidelis: Hunc miſit Toletum cum epiſtolis ſuaſorijs, quæ talia continebant: Cum miſiſſem aliquos qui mea negotia procurarent, & vos in deuotione regia conſeruarent, intellexi eos vos ſtultis operibus prouocaſſe, & regia negotia minorata; nunc autem mitto vobis Ambroz, qui veſtris beneplacitis condeſcendet: cum ſit veſter amicus, & contribulus. Quem ipſi cum gaudio receperunt, & ad ſua conſilia admiſerunt, & diebus aliquot interiectis, promiſit eis rebellionis participem velle eſſe, & præter regium præſidium, aliud in ciuitatis medio ſe facturum, vt ibi regis familiares ſecum haberet, ne poſſent in populum malignari: & ſtatuerunt ei locum in monte, vbi Eccleſia ſancti Chriſtophori nunc eſt ſita, & præcepit ſuis, vt domos circa idem præſidium fabricarent, & eductione terræ ad parietes erigendos, & induſtria in medio præſidij profunda voragine foueam dilatauit, & omiſſis alijs præſidijs ciuitatis, in iſto ſtatuit manſionem, & placuit regi, ſcienti hoc ex induſtria procuratum.

Caput XXIII.

De Cæde Toletanorum.

Tunc Rex Alhacam mandauit his, qui in tabernaculorum caſtris vel ciuitatibus morabantur, vt à Rege auxilia implorarent, quia Chriſtianorum incurſibus grauabantur, & per ſe vel per alios ſuccurreret impugnatis. Et hæc relatio venit Toletum, & ad cunctas ciuitates. Rex autem præcepit exercitus vndique congregari, & miſit cum eis filium ſuum Abderramen, & etiam de maioribus ſeniorum, vt adoleſcentem qui decimum quartum agebat annum, in conſilijs cuſtodirent. Cumque veniſſent Toletum, caſtrametati ſunt ab Oriente, & continuo venit nuntius, quod treugam firmauerat cum Chriſtianis, & demiſſo exercitu, quod redirent. Ambroz autem vt fuerant facta cuncta percipiens, Toletanis ſuaſit quod Abderramen inſtantiſſime ſupplicarent, vt eorum ciuitatem ingredi dignaretur; qui tandem precibus vix coactus, annuit poſtulatis. Ingreſſus

autem

autem in Ambroz præſidio voluit hoſpitari, vt inueniretur quaſi in medio ciuitatis, & vt apud eos gratioſior haberetur. De conſilio Ambroz de potioribus vrbis fecit ad conuiuium inuitari, & ſolennibus epulis inſtauratis, cum veniſſent qui fuerant inuitati, ſpeculatores cum enſibus præparati ingredientes, hoſpites capitibus mutilabant, & retentis capitibus, equitaturas per oppoſitum hoſtium dimittebant, ſanguine in voragine foueæ eliquato. Cumque quiſpiam vaporem ſanguinis aſcendentem odoratu narium percepiſſet, & non ex carnium, vel ex vapore conuiuij inualere, quæſiuit de his qui introierant, quidnam eſſet: & reſponſo accepto, quod in epularum ſedibus diſcumbebant, odore ſanguinis ſtimulatus, factionis interitum promulgauit, quia fere ſuccubuerant quinque millia occiſorum. Populus autem deiectis animis conſternatus Alhacam, & Abderramen ſeruituti capita ſubiecerunt, & rebellionis opprobrium confuſione debita ſuſtulerunt, & hoc fuit anno Arabum centeſimo nonageſimo.

CAPVT XXIV.

De victorijs Alhacam, & morte eius.

POST hæc actis felicibus eleuatus, miſit quendam de ſuis magnatibus, Abdelcarim nomine, cum ſuo exercitu Calaguriam. Abdelcarim autem cum obſediſſet aliquamdiu Calaguriam, & etiam vſque ad mare phalangibus emiſſarijs plurima vaſtaſſet, cum prædæ gloria copioſa mittentis in dominium eſt reuerſus, anno Arabum ducenteſimo, regni Alhacam decimo nono. Poſtea anno Arabum ducenteſimo ſecundo Arabes de ſuburbio Cordubenſi niſi ſunt contra Alhacam dominum rebellare, quia diuitijs, & delicijs eleuati, iugum dominij abhorrebant. Alhacam autem rebellioni adueniens, cum Abdelcarim, qui ſtrenuitate militiæ erat clarus, per portam quæ noua dicitur, ciuitatem ingreſſus eſt Cordubenſem, & rebellium indebitam factionem cade, & ſuſpendio domuit, & ſedauit, & iuxta portam quæ pontis dicitur, in ripa fluminis, trecentos & amplius infurcauit: qui autem potuerunt euadere fugæ ſubſidium elegerunt. Rex autem ſolita pietate decreuit rebus, paruulis, & mulieribus indulgendum. Hic Alhacam fuit ſtrenuus in agendis, & rebelles compeſcuit vi bellorum. Dum autem bella cum ſuis patruis exerceret, Chriſtiani Barchinonam acquiſiuerunt, & Arabes vaſtationes, & incendia ſunt perpeſſi. Cumque Alhacam, ſedatis ſuorum diſſidijs, ad recuperandas terras quas amiſerat, ſe pararet, mortis Imperio eſt præuentus, anno Arabum ducenteſimo ſexto, regni ſui vigeſimo ſeptimo, qui reliquit nouemdecim filios, filias autem viginti & vnam.

CAPVT XXV.

De regno Abderramen, & nauibus aduentitijs.

POST Albacam regnauit filius eius Abderramen: quadraginta & vnius annorum erat cum regnare cœpiſſet, & triginta & vno annis regnauit: & ſeniores Curiæ fratres Abderramen, & conſanguineos conuocauit, qui venientes libenter noui regis dominium receperunt. Abdalla autem, qui, vt diximus, Valentiæ morabatur, vt olim fecerat rebellauit: ſed Abderramen continuo exercitum congregauit, Abdalla verò fugam inijt, veritus exſpectare, & poſt fugam, paucis diebus interpoſitis, exſpirauit. Tunc Abderramen vxores, & filios Abdallæ fecit ad ſe adduci, & eis in neceſſarijs liberaliter prouideri, & ex tunc apud Arabes parentibus filij ſucceſſerunt: nam antea fratres, conſanguinei, vel propinqui, & etiam de alio genere ſuccedebant. Et fuit Abderramen plurimum fortunatus, vt genitis eius geneatici dogmatizant. Hic Barchinonam nuper à Chriſtianis obtentam, per Abdelcarim ſuum principem ſubiugauit, & terras alias, quas Chriſtiani tempore ſchiſmatis occuparant. Ipſe etiam per ſe plurima bella geſſit. 25 Abderramen.

Anno autem Arabum ducenteſimo vigeſimo nono, regni autem eius vigeſimo tertio, nuntiatum eſt ei quinquaginta quatuor naues, & quinquaginta quatuor galeas in Vlixbone littore applicaſſe, & Abderramen reſcripſit eis, vt prout poſſent ſuæ cuſtodiæ prouiderent. Sequenti anno plures naues, & maior potentia Hiſpalenſi littori aduenerunt, & diebus tredecim Hiſpalim obſederunt, & congreſſus cum Arabibus habuerunt, & pluribus interfectis, captiuos, & ſpolia plurima abduxerunt: inde Gelzirat Cadiz, & Aſſidonam cum ſuis claſſibus adierunt, & confectis prælijs, pluries cum Arabibus pugnauerunt, & terras eorum cæde, & incendio vaſtauerunt, & prædas multiplices abduxerunt, & iterum Hiſpalim ſunt reuerſi, & tranſierunt in Gelzira Captel, & impugnatam tribus diebus eductis ſpolijs incenderunt. Deinde per hortos & vineas & terminos Hiſpalis tranſeuntes, omnia vaſtauerunt, Arabes occidentes, & quæq; vtilia ſecum ferentes, deinde mane Hiſpalim venientes congreſſum cum Arabibus habuerunt, in quo tot de Arabibus ceciderunt, quot vix poſſet induſtrius numerare, & Arabes ab vtraque facie vrbis fugati, vix vita relicti, ad muri ambitum confugerunt: gentes autem quæ nauigio venerant, per diem, & noctem ciuitatem grauiter afflixerunt, & ſequenti die ad ſtationem nauium redierunt, cum multitudine ſpoliorum, quæ à ſuburbio & ſuburbanis, iuxta votum, quilibet abducebat. Cumque ad Abderramen rumor huius perueniſſet, fecit magnum exercitum congregari, quem in auxilium Hiſpalenſium deſtinauit, & venientes cum gentibus nauium prælium commiſerunt: ſed nec hi, nec illi vincere potuerunt. Gentes autem in villa quæ Tablata dicitur prope Hiſpalim intrauerunt, & Arabes eos machinis impugnantes à Tablata egredi compulerunt, & in conflictu vſque ad quadringentos amiſerunt. Ipſi autem diebus aliquot ibi morantes, confinia Hiſpalis vaſtauerunt, & cum audiſſent quod Abderramen naues quindecim, & exercitum alium in eorum exterminium deſtinaret, reuerſi ſunt Vlixbonam, & exinde cum alijs qui illuc aduenerant, ad propria remearunt.

CAPVT XXVI.

De morte Abderramen, & regno Mahom.

ANNO *Arabum ducenteſimo trigeſimo ſexto, regni autem ſui trigeſimo, præcepit plateas Cordubæ pauimento lapideo ſolidari, & aquam à montanis, plumbeis fiſtulis deriuari, & fontes iuxta Mezquitam, & iuxta præſidium, & in alijs locis eductione nobili emanare. Et cum hoc feciſſet, mortuus eſt Abderramen, anno Arabum ducenteſimo trigeſimo octauo, incipiente anno regni ſui trigeſimo ſecundo, & reliquit quadraginta quinque filios, & filias quadraginta duas.*

26 Mahomet. *Anno Arabum ducenteſimo trigeſimo octauo Mahomet filius Abderramen filij Alhacam ſucceſſit in regno. Eo anno mortuus eſt Ranimirus filius Veremundi Rex Galleciæ, & filius eius Ordonius ſucceſsit in regno, & regnauit annis triginta quinque. Anno Arabum ducenteſimo quadrageſimo, regni autem Mahomet ſecundo, Toletani contra Mahomet dominium rebellarunt, & Ordonium, qui in Aſturijs, & Gallecia tunc regnabat, in adiutorium vocauerunt, qui miſit eis germanum ſuum cum multitudine Aſturum, & Nauarrorum. Tunc Mahomet collecto exercitu iuit Toletum, & cum propior eſſet vrbi in alueo, qui Celet dicitur, inſidias occultauit, & cum ad ciuitatem propius acceſſiſſet, ſpeculatores exterius poſiti venire cum paucis bellatoribus exiſtimarunt. Quod cum Chriſtianis, & ciuibus intimaſſent, contra eum volentes congredi, exierunt, & cum prælium inchoaſſent, inſidiæ quæ latuerant, accurrerunt, & ſuccubuerunt, cum ſuis complicibus Toletani, & de Chriſtianis vſque ad octo millia, Toletani vſque ad ſeptem millia perierunt, & fecit Rex Mahomet, multa capita detruncari, quæ Cordubam, & ad maritima, & in Africam pro victrici gloria deſtinauit. Sequenti anno Calatrauam, Talaueram, & Curitam multis militibus ſtabiliuit, vt Toletum, & eius confinia infeſtarent; & tertio anno miſit Almundar germanum ſuum cum exercitu copioſo, qui circa Toletum reſidens, meſſes, & fructus, & vindemias penitus deuaſtauit. Poſt cuius diſceſſum Toletani Talaueram inuadere præſumpſerunt; ſed egreſſus princeps, qui præerat Talaueræ, venientes congreſſu obuio debellauit, & pluribus captis, & interfectis vſq; ad ſeptingenta capita occiſorum Regi Cordubam deſtinauit. Sequenti anno Rex perſonaliter ſuper Toletum exercitum congregauit, & eam obſidens pontem præcipitauit, & multi de ciuibus, qui pontem aſcenderant, defenſuri cum pontis præcipitio corruerunt; ex quo fuit Toletanus populus valde animo conſternatus. Anno autem ſeptimo regni ſui cum iterum exercitum congregaſſet, Toletani incolæ Mahomet regis potentiam non ferentes, ſe eius dominio reddiderunt, qui eos benigne recipiens pacem dedit, anno Arabum ducenteſimo quadrageſimo quinto, anno ſeptimo regni eius.*

Toletani rebellant.

CAPVT

Capvt xxvii.

De nauibus Normannorum.

Eodem *anno ſexaginta naues à Normannia aduenerunt, & Gelzirat, Alhadra, & Mezquitas, vndique deductis ſpolijs, cæde, & incendio conſumpſerunt: deinde in Africam proceſſerunt, vbi exterminia grauia exercuerunt, & reuerſi in maritimis Hiſpaniæ hyemarunt, & in vere ad propria redierunt. Sequenti anno Rex Mahomet contra Nauarros exercitum adunauit, & circa Pampilonam meſſes, & vindemias deuaſtauit: & obtinuit tria caſtra, in quorum vno inuenit militem qui Fortunius dicebatur, quem captum Cordubam ſecum duxit, & elapſis viginti annis ſuæ domui reſtituit, cum multis muneribus liberatum, & vixit hic Fortunius centum viginti ſex annis. Sequenti anno filium ſuum Almundir cum exercitu contra Alauam deſtinauit, qui Chriſtianos crudeliter debellauit, & multa eorum capita Cordubam deportauit. Sequenti anno Emerita rebellauit, cui aduenienſ fecit deſtrui arcum pontis, & ciues deditioni ſe offerentes, milites cum filijs, & vxoribus obtulerunt, vt obſides Cordubam ducerentur: quod Rex annuens fecit deſtrui muros vrbis: præter præſidium, quod ſuis bellatoribus inueſtiuit.* Fortunius longæuus.

Capvt xxviii.

De rebellione Toletanorum, & morte Mahomet, & regno Almundir.

Anno *Arabum ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, regni eius decimo nono, Toletani iterum rebellarunt, & quendam, qui Mahomet Abenlop dicebatur, ſuper ſe regem ſtatuerunt, & rex Mahomet filius Abderrahmen duxit exercitum ſuper eos: ſed ipſi animis minorati ſe mandatis eius, datis obſidibus, obtulerunt. Quod Rex acceptans præcepit obſides Cordubæ cuſtodiri, & hic ſecundo accepit obſides à Toletanis. Anno ducenteſimo ſexageſimo ſexto, præcepit Rex naues fieri Cordubæ, Hiſpali, & in alijs locis vbi lignorum materies abundat. Audierat enim eſſe in Gallecia ciuitates, & oppida, pagos, & villas, quæ nullo murorum ambitu claudebantur: & nauigio inſtaurato præfecit eis quendam, qui Abdelhamit dicebatur; ſed fractis nauibus in contraria tempeſtate, naues & homines totaliter perierunt, Abdelhamit cum pauciſſimis vix euaſit. Anno ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo, fuit terræ motus in tota Hiſpania generalis, & cum rex Mahomet ſederet in Mezquita Cordubæ, & oraret, fulmen cecidit iuxta eum, & duos homines interfecit ſtonitrua, coruſcationes, & lampades turbatum populum deterrebant. Anno autem Arabum ducenteſimo ſeptuageſimo tertio mortuus eſt Mahomet, anno ætatis ſuæ ſexageſimo, regni autem trigeſimo quinto, qui regnum ſuum habuerat, & prouide gubernauit. Et dum quadam die per regale viridarium deambularet, miles quiſpiam de aſtantibus dixit ei, Quam pulchrum viridarium, quam pulchra dies, quam dulce ſæculum, ſi mortis ſententia non veniret. Tunc Rex inquit, Erras in verbo, quia ſi mors non eſſet, ego nullatenus hic regnarem. Reliquit autem triginta quatuor filios, & viginti filias. Eo mortuo anno Arabum quo ſupra, filius eius Almundir apud Alhamam degebat, quæ Almeriæ balnea nuncupatur, & audito patris deceſſu Cordubam* 27 Almundir.

dubam feſtinauit, & mox eum ad regni ſolium ſublimarunt, anno ætatis ſuæ quadrageſimo tertio. Et cum eſſet liberalis in principio regni ſui, Cordubenſibus decimas relaxauit: ſed immemores beneficij, contra eum continuo rebellarunt; ipſe autem agens exercitum contra eos, vitam finiuit, cum regnaſſet fere duobus annis; reliquit ſex filios, & ſeptem filias.

CAPVT XXIX.

De regno Abdallæ.

28 Abdalla. ANNO *Arabum ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, exercitus germanum ſuum Abdallam fratri mortuo ſubrogauit, qui noua gloria inclitatus, ab omnibus, etiam Cordubenſibus, eſt receptus, & fratrem ſuum Cordubæ honorifice ſepeliuit, regnauit autem viginti quinque annis, diebus quindecim.* Rebellio. *Sequenti anno contra eum Homar Habenhazon vnus de principibus rebellauit, & cum eo, contra regem gentes plurimæ ſurrexerunt. Stepa, & Vlixbona, & alia multa caſtra ſimiliter rebellarunt. Rex autem ſuper eum exercitum congregauit. Homar autem ea facilitate, qua rebellauerat, inclinauit, & Rex Abdalla petenti veniam conceſſit. Hiſpalis autem quæ ſimiliter rebellarat in ſe bellis ciuilibus concitatis ſe mutuo ſanguine cruentarunt; & qui ſuperiores in effuſione ſanguinis ſunt inuenti, regis Abdallæ dominio ſe dederunt, & ſic in Hiſpali totale dominium eſt adeptus. Homar autem Habenhazon pro facilitate veniæ eleuatus, iterum rebellauit, & Giennium veniens præſidij principem interfecit, & procedens per oppida, & caſtella, eiuſdem officij principes factione ſimili decollauit. Et rex Abdalla adeo fuit eum varijs incurſibus inſecutus, quod coactus fuit, etſi non animo, ficte ſaltem ad Chriſtiani nominis gratiam ſe transferre, & Baptiſmum ſuſcipere, & fidem Catholicam profiteri. Rex autem Abdalla præcepit Loxæ præſidium obfirmari, & cum magnis, & minoribus æquo iudicio iuſtitiam exhibere; apud Cordubam vitam finiuit anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſecundo, regni autem vigeſimo quinto. Sepultus eſt autem in præſidio Cordubenſi, & filios vndecim, & tredecim filias reliquit.*

CAPVT XXX.

De regno Abderramen, & Alhacan.

29 Abderramen. MORTVO *Abdalla nepos eius Abderramen filius Mahomet filij Abdallæ ſucceſſit in regno, & non ſucceſſit aliquis filiorum, quod in præteritis non inuenitur. Viginti trium annorum, & quinque menſium erat cum regnare cœpiſſet, anno Arabum trecenteſimo: & quinquaginta annis regnauit, & fecit mutato nomine ſe vocari* المنصر لدين الله Almunacer Ledinellæ, *quod interpretatur* defenſor legis Dei, *& fecit ſe communi nomine appellari* امير للومنين Amiramomeni, *quod* Rex credentium *interpretatur. Hic fuit Rex potens, & honoratus, & gentes ſuas iuſtitia, & iudicio gubernauit, & quia diſſenſio erat inter domum Abbenhumeye, & domum Abellabeci, qui nepotes fuerant Mahometi, vix erat locus quem Schiſmata non vexarent. Ipſe autem quoſdam pace, quoſdam terroribus reconcilians, vt pacifice viuerent procurauit, & quoſdam rebelles bellis, &*

incurſibus ſic afflixit, vt ſederent ſolitarij, & tacerent: & per viginti annorum ſpatium a bellis, & exercitibus non ceſſauit, donec totam terram ſub ſuo dominio complanauit, & omnes ei vnanimiter ſubfuerunt. Hic præcepit ædificari caſtrum prope Cordubam, quod hodie adhuc exſtat; & nauigio ſeptam veniens, obtinuit ciuitatem, & de ſuis in ea principem ſtabiliuit. Poſtea Cordubenſem Mezquitam, & multas alias adornauit, & opera regalia dilatauit. Mortuus eſt autem anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo quarto, regni vero quinquageſimo, anno Arabum trecenteſimo
quinquageſimo. Alhacam filius prædicti Abderramen patri ſuo ſucceſſit in regno, & 30 Alhacan.
impoſuerunt ei nomen المستقر بالله Almuztacarbille, quod interpretatur defendens ſe cum Deo, & regnauit annis ſexdecim, & duobus menſibus. Hic inuenit terram à patre ſuo pacifice complanatam, quam & ipſe paterno moderamine conſeruauit; nec neceſſe habuit bellis, vel exercitibus exerceri. Mortuus eſt autem anno ætatis ſuæ ſexageſimo quarto, regni autem decimo ſexto.

CAPVT XXXI.

De Iſen, & de eius Alhagib Almanzor, & Abdelmelic.

ANNO Arabum trecenteſimo ſexageſimo ſexto Iſen filius Alhacan Patri ſuo 31 Iſen.
ſucceſſit in regno; decem annorum erat, & octo menſium cum regnare cœpiſſet, & regnauit prima vice annis triginta tribus, & menſibus quatuor, & impoſuit ſibi nomen Almuhayatbille, quod interpretamur nitens cum Deo, & cum eſſet puer, datus eſt ei à ſuis principibus coadiutor, vir ſtrenuus, & induſtrius atque prudens qui Mahomet Ibne Abenhamir proprio nomine dicebatur: ex nunc autem dictus fuit الحاجب Alhagib, quod interpretatur Vice-rex. Poſtea autem quod ſemper in prælijs fuit victor المنصور Almanzor fuit appellatus, quod defenſor interpretatur, & licet multi pro hac potentia laboraſſent, ipſe conſe[illegible]u omnium, omnibus eſt prælatus, & ſic ad ſe totius regni negotia recollegit, vt rex Iſen tantum regali nomine præmineret, & nomen Iſen in moneta, & pannis, & epigrammatibus, & epitaphijs ponebatur: & fiebat oratio ſuper eum, & expers potentiæ agebatur, & quaſi clauſus in præſidio Cordubenſi, quidnam fieret ignorabat; nec acceſſum alicuius permittebant, niſi quod tantum omnibus dicebatur, iſta præcepit vobis Iſen, & talibus internuntijs credebatur; & cum Almanzor cum exercitu recedebat, cuſtodes regis cuſtodiæ deputati ſic eius exitum obſeruabant, vt cum ad regale viridarium equitaret, nullus eſſet eius auribus appropinquans, nec auſus cum clamore aliquo propulſare; & ſic vxoris contubernijs interceptus, reputabat ſibi pro regis dominio ſatisfactum. Et durauit Almanzor huius regiminis poteſtas annis viginti ſex, & in iſta annorum ſpacio quinquageſies, & bis exercitum Chriſtianorum finibus ſuperduxit, & eos multis afflictionibus coarctauit: & ſuis adeo fuit carus, quod ſæpe voluerunt ei concedere regni thronum: ſed ipſe nunquam voluit Iſen priuare. Et cum quadam vice Caſtellæ terminos deuaſtaſſet, & hyemali inſtantia proponeret remeare, Chriſtiani in montium tranſitu reſtiterunt, quos aſperitas niuium adiuuabat; & ipſe intelligens tranſitum præpeditum, in planitie caſtra fixit, & cum bobus prædæ, aratra inſtaurauit, ſemina terræ mandans. Interim autem tot incurſibus, & tot cædibus Chriſtianorum Patrias deuaſtauit, vt cogerent hoſtibus ſupplicare, & impeditum tranſitum expedire, vt Almanzor exercitus pertranſiret, & etiam pro agricultura, & ſemine pretium obtulerunt; quod Al-

manzor

manzor non neceſſitate, ſed pietatis clementia acceptauit, & ſic Cordubam eſt reuerſus. Cætera quæ in Chriſtianorum finibus perpetrauit, ſuperius in Hiſtoria Gothica diſſerui diligenter, ſub rubrica, de inſolentijs Veremudi, & Victorijs Almanzori. Fuit autem factus Alhagib, anno Arabum trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo, & præfuit annis viginti ſex, Mortuus eſt autem anno Arabum trecenteſimo nonageſimo tertio, prælationis ſuæ vigeſimo ſexto, cui ſucceſſit anno quo ſupra, filius eius Abdelmelic, cognominatus Almodofar, & ſex annis, & octo menſibus tenuit regiminis principatum, ſicut tenuerat Pater eius, & anno ſequenti cum ſuper Legionem exercitum congregaſſet, à Chriſtianis turpiter effugatus, turpiter eſt reuerſus, nec adiecit vltra inuadere Chriſtianos, ſed regni negotia vtiliter dirigebat: mortuus eſt autem anno Arabum quadringenteſimo, & ſui regiminis ſeptimo. Huic ſucceſſit frater eius Abderramen, qui deriſorie Sanciolus dicebatur: hic peſſimus, & peruerſus, fornicationibus & ebrietatibus inſiſtebat, & Iſen à regno expellere nitebatur, mortem minitans niſi eum regni inſtitueret ſucceſſorem: qui metuit, & annuit poſtulanti. Cum autem Abderramen quatuor menſibus & dimidio præfuiſſet, eum ob ſuam nequitiam peremerunt. Hucuſque Iſen regnauerat annis triginta tribus.

CAPVT XXXII.

De inteſtinis diſſidijs ſuper regimine principatus.

IGITVR Abderramen, vt diximus, interfecto, cœperunt vbique contra Iſen rebellia procurare primus autem fuit quidam, qui Mahomet Almahadi dicebatur, & Cordubæ cum duodecim complicibus inſurrexit, & ſumptis armis præſidium occupauit, & Iſen captum in domo cuiuſdam ſui complicis occultauit, & eum mortuum omnibus publicauit, & quendam Chriſtianum Iſen ſimillimum interfecit, quem mortuum ſenioribus, & alijs demonſtrauit, & decepti ſimilitudine, crediderunt, & ſtatim honore regio ſepelierunt. Mahomet autem Almahadi iniurioſe contra populum ſe gerebat, & eorum vxores ludibrijs prouocabat, & quia circa Iſen taliter ſe habuerat, eum odiſſe & perſequi incœperunt, & propter alia quæ ſubditis inferebat, vnde & ſeditiones vndique fuerunt ortæ. Surrexit quidam qui Iſen Arax dicebatur, & cum Almahadi quadam die cum ſuo exercitu Cordubam ingrederetur, illi qui erant in ciuitate cum prædicto Iſen Arax coniurarunt, & multos de fautoribus Almahadi occiderunt, & ianuas prope præſidium combuſſerunt. Sequenti die contra Almahadi egreſſi ſunt ciuitatem, & cum aliquamdiu conflixiſſent, obtinuit Almahadi, & multos ex eis cepit, & aliquos interfecit, & de proditione reputans, Iſen & multos alios capitali ſententia condemnauit. Tunc quidam de Barbaria nepotem Iſen, qui Zuleman dicebatur, ſuper ſe principem leuauerunt, & extra Cordubam peragrabant: verum quædam pars eorum de Barbaria niſi ſunt ſibi præficere Maruhan conſobrinum Zulemæ, & dederunt ei equum, & enſem, vt ſi Zuleman interficeret, ſtatim conſtituerent eum regem. Quod cum Zuleman per quempiam percepiſſet, illos barbaros fecit decapitari, & conſobrinum ſuum Maruhan in vinculis detineri: & treugam cum Sancio filio comitis Garciæ, Ferdinandi, Caſtellæ comite obfirmauit. Poſtmodum pecunia magna data eum contra Almahadi in adiutorium euocauit.

CAPVT XXXIII.

De aduentu Comitis Sancij in auxilium Zulemæ, & de victoria habita contra Almahadi.

COMES autem Sancius cum magno exercitu veniens, factus eſt Zulemæ in adiutorium. Almahadi autem cum audiſſet Zuleman cum Comite Sancio aduenire, de Medina-Cælym, & alijs locis quos potuit, conuocauit. Erat autem Alhagib Almahadi quidam, qui Alhameri vocabatur: qui autem erant in ciuitate contra venientem exercitum egredi propoſuere, vt faciliorem exitum vi pararent, foſſata in circuitu repleuerunt, quamuis Almahadi ne hoc facerent, prohiberet. Cumq́ extra vrbem veniente exercitu conueniſſent, Zuleman obtinuit, inſtante fortiter & viriliter exercitu Comitis Sancij, & cæſa fuerunt ex parte Almahadi vſque ad triginta ſex millia Sarracenorum, & Chriſtiani ſuburbium inuadentes, abductis ſpolijs, & interfectis plurimis, & pluribus captiuatis cætera vaſtauerunt. Et cum vidiſſet Alhagib Alhameri tantum excidium ſuæ partis, vocatis qui de Medina-Cælym aduenerant, in eadem Medina cum fuga comitibus ſe recepit. Almahadi autem fugit ad præſidium ciuitatis Zuleman, cum Chriſtianorum exercitu, vrbem exterius obſidente. Tunc Almahadi eduxit Iſen regem, quem olim mortuum ſimulauerat, & oſtendit eum, omnibus manifeſte ſuadens, vt eum in regem reciperent potius quam Zuleman: ſed tantus terror inuaſerat audientes, quod nulla ſuaſio poterat demulcere. Et Almahadi iam deſperans abſcondit ſe in domo cuiuſdam Arabis, qui Mahomet Toletanus dicebatur, & inde cum eodem Arabe Toletum fugit. Zuleman autem ingreſſus eſt Cordubam violenter, & præſidium occupauit, & in regali ſolio ſe locauit, & menſibus ſeptem regnauit. 19 Zuleman. *Hoc bellum fuit apud Arabes nominatum, & dicitur victoria de Cantiche. Zuleman autem de Cordubenſibus non confidens, egreſſus eſt ciuitatem, & in vicinis locis morabatur cum exercitu Chriſtiano. Cumq́ quadam die ſeniores Cordubæ ad regem exiuiſſent, Comes Sancius dixit eis: Quomodo huc exiſtis? tria enim ſigna ſtultitiæ in exitu prætendiſtis, vnum quia timidi, eo quod in primo congreſſu cum plures eſſetis, terga dediſtis: ſecundo quia ſecuritate non habita acceſſiſtis: tertio quia in Deum grauiter peccaſtis cum vxores veſtras, & filios, & homines legis veſtræ, quos gladio cepimus, in ſeruos emere voluiſtis. Et mirati ſunt vniuerſi ſuper verbis prudentiæ Comitis. Cumq́ Zuleman verbis & numeribus ciuium animos complanaſſet, & in ciuitate tutius reſideret, quidam barbarus ſuaſit ei vt permitteret eos occidere Chriſtianos, ne forte vt ei adhæſerant, alij regi adhærerent, & ei cederent in periculum, & iacturam: præſertim cum prædis Arabum locupletes, de cætero ſimilia aſſueſcerent. Cui Zuleman: In ſecuritate meæ fidei aduenerunt, & ideo nunquam hoc facinus perpetrabo: & timens Zuleman ne eis fieret quicquam mali, datis muneribus, licentiam tribuit redeundi: at illi cum multis diuitijs reuerſi ſunt in Caſtella.*

CAPVT

CAPVT XXXIV.

Quod Almahadi deuicit Zuleman.

PAVCIS *autem diebus interpoſitis, Alhagib Alhameri plures ex pluribus partibus congregauit, & etiam Chriſtianos, & duos magnates, quorum vnus Armengandus, alter dictus Veremudus; & veniens ad Almahadi qui tunc temporis Toleti degebat, & procurato exercitu ampliore, contra Cordubam proceſſerunt. Quod cum Zulemæ innotuiſſet Cordubenſes ſollicitauit, vt cum eo occurrerent venienti, ſed ipſi factionis ſolitæ non obliti, ſe cauſis friuolis excuſarunt. Barbari autem Regi dixerunt, Pro Cordubenſibus non formides, quia nos tibi vſque ad mortem ſtrenue aſſiſtemus. Tunc Zuleman de eorum promiſſione confiſus, occurrit Almahadi è contrario venienti, & procedens fixit tentoria in loco qui Actauatal bacar nominatur, qui diſtat à Corduba decem leucis, & antequam Almahadi exercitus reſediſſet in eum barbari irruperunt, & ex eis multa millia occiderunt, adeo quod ſuccubuiſſe Almahadi exercitus videretur, ſed reſumptis viribus, prælium reſtaurarunt, & inſtantibus Chriſtianis ſuccubuit pars Zuleman, & Zuleman cedens hoſtibus fugit ad Azafram, in qua fuerat aliquamdiu demoratus, & ſumpta ſuppellectili quæ potuit aſportari Citanam abijt fugitiuus. Cordubenſes autem Azafram communiter inuaſerunt, & eos qui non fugerant, peremerunt, & cætera rapuerunt, & ciuitatem, & quicquid barbarorum fuerat, occuparunt, & à Mezquita maiori lampades aureas, & coronas, & catenas, & omnia alia ornamenta, veſtes, & libros, quæ omnia Barbari demiſerant, abduxerunt; & hoc bellum apud Arabes adhuc hodie eſt famoſum, actum anno Arabum quadringenteſimo quarto: & fertur Almahadi in exercitu habuiſſe triginta millia Sarracenorum, & nouem millia Chriſtianorum, & inde Cordubam veniens in regem ab omnibus eſt receptus, & Iſen qui Rex fuerat ei etiam obediuit. Et quia Alhagib Alhameri felicitatem huius procurarat, ſuo officio reſtitutus omnia diſponebat, Almahadi autem ſolo nomine præſidebat.*

CAPVT XXXV.

De proditione Eunuchorum, & morte Almahadi.

ET *cum in regem fuiſſet ſuſceptus, recepit nuntios Arabum, & Eunuchorum, qui eius fierent, ſi vellet offenſas præteritas indulgere, & audita relatione hilarior eſt effectus, & datis muneribus, & petitione admiſſa, dimiſit eos. Qui poſt paucos dies Cordubam venientes, cœperunt turbare incolas ciuitatis: erat autem cum eo Raymundus quidam, Comes ex Chriſtianis, non ille qui fuit Pater Imperatoris, qui notans ſcandala, & quod Rex fretus barbaris, & Eunuchis ciuium pecunias auferebat, & quia erga ciues inſolentius ſe habebat, præſertim cùm à quopiam audiuiſſet, quod ſicut Cordubenſes barbaros exſtinxiſſent, ſic conaretur Chriſtianos & Comitem demoliri, & à rege accepta licentia, quia iam pacta inita compleuiſſet, licentiatus à rege, ad propria feliciter eſt reuerſus. Rex autem incœpit foſſatis circumdare ciuitatem, pacto cum ciuibus interpoſito, vt ipſe tertiam partem ciuitatis, ciues reſiduum conſummarent. Interim autem barbari, qui à cæde ſuperſtites remanſerunt, ciuitates & villas vndique infeſtabant, adeo quod plures fuerunt habitatoribus deſtitutæ Arabes autem & Eunuchi, qui à Citana venerant conſilium inierunt,*

vt Almahadi interficerent, & reſtituerent Iſen, olim regem; & hoc conſilium Alhagib Alhameri communicarunt. In die autem Paſchæ eorum, miſerunt quendam Eunuchum, Hambar nomine, & cum eo alios eunuchos, qui regale præſidum occuparunt, & captum Almahadi tenuerunt: & educentes Iſen, olim regem, in regali ſolio locauerunt, & ei Almahadi captum præſentarunt: & dixit ei; Tu es proditor Dei & mei, quia Sarracenos interfici procuraſti, & bona eorum amitti feciſti, & proditiones ſæpius iteraſtis & fecit eum per Alguazilum ſtatim decapitari, & reſeruato capite, mandauit corpus à muro in plateam præcipitari; & eunuchi, & alij fruſtratim dilacerantes, etiam in corpus exanime lanceas defigebant: caput autem fecit per totam ciuitatem in lancea deportari; quod erat iucundum fere omnibus intueri, eo quod eius iniurias recolebant: & poſt triduum quidam ſupplicarunt, vt infelix corpus ſepeliretur, quo obtento in Meſquitæ angulo eſt ſepultus. Caput autem miſit Iſen Zuleman, qui Citanæ morabatur, ſperans quod eo viſo ei fieret in vaſallum. Filius autem Almahadi, qui Obeydalla dicebatur, erat Toleti, & à Toletanis plurimum amabatur, cui Zuleman caput receptum miſit, cum mille morabetinis, quod & Toletani in Mezquita ſepelierunt.

CAPVT XXXVI.

Quod Iſen ſecundo regnauit, & de inſolentijs barbarorum.

ALMAHADI mortuo Iſen obtinuit regnum ſuum, & fecit Alhagib Alhameri, ſicut fuerat ante, tempore Alhamadi, & regnum pacifice ſtabiliuit, & milites per oppida, pagos & villas ſtatuit, vt introitus hoſtium obſeruarent, & ciuibus vt eſſent attenti cum clamorem inuadentium peraudirent, & equitabat per ciuitatem: cum omnibus erat carus, eo quod vice alia regni ſui, ad eum acceſſus hominum non patebat, & quia erat à regali genere habens ortum: ipſe autem ſic ſe omnibus exhibebat, vt ei obedirent, & ab omnibus amaretur. Et cum per præſidium deambularet, inſpiciebat loca regalium tumulorum, & cum vidiſſet tumulos Patris, & aui ſui, vidit tumulum in quo ſepultus fuerat, ille ſibi ſimillimus Chriſtianus; de quo ſuperius fecimus mentionem, & ait, Ego hic eligo ſepulturam. Barbari autem de quibus diximus non deſinebant confinia Cordubæ infeſtare, Ecigam, & Carmonam, & Bethis & ſocij incolas deuaſtare: nec Cordubenſes milites, vltra villam, quæ ſecunda dicitur, & alia loca, in quibus excubantium militiæ ſubſiſtebant, progredi præſumebant; & ſic barbari inſiſtebant, quod multa loca habitatoribus caruerunt, & relicta à profugis barbari occupabant, & vix aliqui victualia in ciuitatem inferebant: vnde fuit in vrbe grauis careſtia ſubſecuta, propter quam ciues apud Iſen dominum inſtiterunt, vt egrediens contra eos bello deijceret, quorum incurſus damnoſa patientia tolerabat: at ipſe Cordubenſium inconſtantiam iam expertus, fingebat ſe internuntijs detineri, per quos ſperauit eos ſuo dominio inclinari, & ſic eos blandis ſermonibus illudebat. Poſt hæc duo Eunuchi venerunt ad eum, & hi fuerant cum Zuleman, & dixerunt regi Iſen: Scias quod illi de genere tuo Zuleman, & barbari nuntiarunt, vt Cordubam aduenirent, quia eis procurantibus obtinerent, & Zuleman iterato regni dignitas perueniret. Et continuo Atamoribus propulſatis ciuium multitudinem conuocauit, & eos qui de Abenhumeye Mahometi maioris nepotis ſucceſſione proceſſerant, fecit capi, & vinculis colligari, & bona eorum à ciuibus occupari: & die qui ſibi fuerat aſſignatus, barbari venerunt, & quorum aduentu inter ciues magna turbatio fuit orta, & Rex armis viliter 32 Iſen.

riliter ſe accingens, cum ciuibus conſentientibus in id ipſum, egreſſus eſt in occurſum, vſque ad locum in quo barbari conſederunt, ſed regis aduentu territi abſceſſerunt. Rex autem milites miſit expeditos, qui eorum veſtigia obſeruarent, ſed nec conſequi potuerunt: barbari enim à bello profugi incurſibus inſtiterunt, nec à cædibus, & incendijs ceſſauerunt: Rex autem ſpeculatores, & inſidias in patriæ finibus ſtabiliuit.

Capvt xxxvii.

De confœderatione inter Iſen, & Comitem Sancium datis caſtris.

HIs *itaque ordinatis Rex egreſſus eſt ciuitatem, expeditionis effigie inſignitus ſi poſſet de aduerſarijs aliquid inuenire: omnes autem in eo belli inſtantiam mirabantur, quem olim viderant præſidio interclusum, nihilominus tamen fere quotidie barbaris nuntios deſtinabat, & dona plurima promittebat, ſi ſuo dominio obedirent. Sed ipſi Zuleman eius aduerſario fœderati petebant pacta grauia & inepta, propter quod elegit periculum potius, quam petita. Zuleman autem de pactionibus iam deſperans, ad Sancium Comitem ex Caſtella nuntios deſtinauit, ſpondens pecuniam, & honorem, ſi eum vellet contra Cordubam adiuuare: qui reſponſionis oraculum elongauit, donec Iſen petitionem Zuleman inſinuaret, addens ſeſe in Iſen auxilium libentius aduenturum, ſi pari remuneratione reſpiceret adiutorem: ita vt ſex Caſtella quæ Almanzor quondam abſtulerat, reſtitueret Chriſtianis. Et cum Iſen petitionem Comitis ſuis conſiliarijs intimaſſet, fuit petitio grauis viſa: ſed quia diſcriminis inſtantia perurgebat, viſum fuit caſtella cedere, eo quod nouiter acquiſita, & minus vtilitatis quam oneris ſecum ferrent, & Rex Iſen petitioni Comitis acquieuit, & præcepit caſtella protinus ſibi dari.*

Capvt xxxviii.

De rebellione Toletanorum, & diſcurſione Barbarorum.

INterea *Toletani filium Almahadi, qui Obeydalla dicebatur, regem ſuper ſe leuauerunt: quod cum ad Iſen notitiam perueneniſſet, miſit Alguazilum ſuum, vt Toletanos tamdiu obſideret, & impugnaret, donec ſibi redderent ciuitatem: qui veniens tamdiu eos cædibus, & impugnationibus infeſtauit, donec apertis ianuis eum cum exercitu ad præſidium admiſerunt, & occupata penitus ciuitate, Obeydalla regem cepit, quem regi Iſen Cordubæ viuum miſit, & Iſen capite mutilatum fecit in flumen præcipitari. Interim autem barbari Cordubam vndique infeſtabant: erat autem Cordubæ magna careſtia, adeo vt ſumma panis triginta aureis venderetur: inualuerat etiam grauis peſtis, ex qua plurimi moriebantur, vnde qui poterant ad montium ardua confugiebant. Albagib autem qui Hua de Albameri dicebatur, epiſtolari nuntio Zuleman & barbaris intimauit, ſe ad eos iturum cum omnibus quæ habebat: ſed hoc non latuit Iſen regem, qui miſſis apparitoribus fecit eum ſibi præſentari, & viſis epiſtolis quas receperat à Zuleman, iuſſit eum decapitari, & caput eius vndique circumferri, vt qui in proditionis armario proditionis iacula occultarat, eius iudicium ferret omnibus manifeſtum. Cum autem barbari*

Barbari terram cultoribus denudaſſent aqua penuria intrinſecos, & extrinſecos opprimebat, vnde & Barbari, relicta Corduba, Hiſpalim adierunt, & vias omnes vacuas viatoribus, & incolis inuenerunt: & intrantes loca arborum, quod Axaraf *dicitur, apud eos, vaſtationes, & incendia exercebant: demum Hiſpalim obſederunt. Tunc Rex Iſen miſit Zabor iuſtitiarium, qui apud eos dicitur,* الوزيل Alguazilus, *& quendam alium Hambar nomine, cum bellatoribus quos potuit congregare, vt fines Hiſpalis tuerentur. Et tunc Rex cum Barbaris, in aduentu iſtorum, relicta Hiſpali, in partes alias migrauerunt, & Calatrauam impetu inuadentes ibi victualia inuenerunt, & inde cædibus & incurſibus, & rapinis loca adiacentia infeſtabant.*

CAPVT XXXIX.

Quod Zuleman Cordubam acquiſiuit, & de fuga Iſen in Africam.

POST *hæc Zuleman vocauit Mundir, qui præerat Cæſarauguſtæ, & alium qui præerat Medinæ Alpharagel, quæ nunc dicitur Guadal-faſara, & Barbari quos poterant vndiq; inuitabant, vt Zuleman fierent in ſuccurſum, & tali pacto ad Zuleman omnes concorditer conuenerunt, vt ciuibus habita remanerent: & ſimul venientes contra Cordubam properarunt, & caſtrametati ſunt intra Azafra, & Cordubam obſederunt, & ciues monuit, vt ei traderent ciuitatem, qui acquieſcere noluerunt: & ipſi vrbem vndique impugnarunt. Barbari autem foſſata humo & lapidibus complanabant, & ibi ex vtraque parte plurimi ceciderunt, & tamen nihilominus impleuerunt. Et ſic partem vrbis quæ Xarquia dicitur, inuaſerunt, ſed etiam ciues protinus erumpentes, Barbaros repulerunt, & ex eis plurimos occiderunt. Et iterum ex alijs partibus impugnantes, quodam homine à portæ ſecundæ ianua proditionaliter reſerante, ingreſſi ſunt Barbari ciuitatem, & omnes ſtationes vendentium, & domos plurimas combuſſerunt, & ſine numero occiderunt, & pretioſa quælibet rapuerunt, & qui gladium euaſerunt, ſe in Xarquia poſt gladium receperunt, & per triduum infeſtati demum Zuleman dominio ſe dederunt. Tunc obtenta vndique ciuitate, Zuleman præſidium eſt adeptus, barbari autem domos vrbis ad libitum diuiſerunt. Ciues autem Iſen extra Cordubam deducentes abire libere permiſerunt, & ille fugiens in Africam transfretauit.*

CAPVT XL.

De regno Zuleman, & diſſidijs inteſtinis.

ZVLEMAN *autem regno potitus, fixit Cordubæ thronum ſuum, & regnauit hac vice annis tribus, & menſibus tribus, & manſit Cordubæ in delicijs, & honore, vſque ad diem interfectionis. Cordubenſes autem in miſeria, penuria & ærumnæ. Barbari à Zuleman concorditer poſtularunt, vt daret eis villas & oppida, quæ hæreditate perpetua poſſiderent; & cum eſſent ſex cognationes quas ipſi* القبيلة Alcauelas *dicunt, dedit vnicuique certa loca perpetuo poſſidenda. Eunuchi autem qui Iſen conſueuerant adhærere, dolebant quia Zuleman proſpera ſuccedebant, & ideo vnuſquiſque vbi potuit rebellauit: erat autem potentior inter eos quidam qui Hayran Alhemari dicebatur, & hic fugerat à facie Zuleman, quando* 35 Zuleman.

Cordubam

Cordubam occuparat, & dum fugeret fuit à barbaris grauiter vulneratus, & pro mortuo derelictus, ſed quidam ciuis eum in domo ſua clanculo occultauit, donec plenam obtinuit ſanitatem. Alij autem Eunuchi qui euaſerant obtinuerunt Oriolam quam venienti Hayran illico tradiderunt, & inde cœpit loca Zulemæ, prout poterat, infeſtare, & congregati ſunt ad eum plurimi bellatores, cum quibus à barbaris plurima obtinebat, & venit ad eum quidam ab Almaria, qui Abenhamit dicebatur, & ſe ei reddidit in vaſallum, cum magna multitudine pugnatorum: erat enim quidam Aſla nomine, qui contra Abenhamit rebellabat, in præſidio Almariæ, Venerunt itaque Alhayran, & Abenhamit pariter Almariam, & Hayran obtinuit ciuitatem; viginti autem diebus cum machinis præſidium impugnantes, quamuis fortiſſimum, expugnarunt, & Aſla cum filijs ſuis in maris voragine proiecerunt; & felicitate huiuſmodi procedente, expulit Hayran Barbaros à Giennio, Beatica, & Arxona. Hayran autem diligebat Iſen, & quicquid acquirebat, eius nomine acquirebat, & pro eo orationem quæ pro regibus ſolet fieri, faciebat, & intendebat eum à Zuleman iniurijs vindicare. Illi autem qui ab Iſen receperant villas, & ciuitates Hayran pro viribus adiuuabant.

CAPVT XLI.

De regno Aly, & morte Zuleman.

36 Ali. ERAT *quidam dictus Aly Abenhamit apud Septam, quem Iſen præpoſuerat ciuitatis & huic Hayran, nuntiauit vt Malacham adueniret; & vt ibi Rex fieret, procuraret: qui veniens Malacham, bene receptus, continuo Rex eſt factus. Hayran autem Granatenſes & Murcienſes, & villarum incolas aliarum, vt venirent, & Aly Abenhamit regi Malachæ obedirent nuntiauit: Aly vt venirent, quaſi de negotijs tractaturi: qui & venit, & conſilio habito diſceſſerunt. Congregati ſunt ſubditi & fautores, vt contra Cordubam dimicarent, & Hayran conuenit cum conſilijs Murciæ & Granatæ, vt ſtatuto die omnes concorditer conuenirent; & Haly ex Malacha, Hayran ex Almaria, Gidfeia ex Granata, & concilia ex Murcia, & locis alijs in campeſtribus Cordubæ conuenerunt; & egreſſi ſunt ad eos Zuleman cum Barbaris, & cæteri incolæ ciuitatis, & compeſtri prælio inchoato victi ſunt Cordubenſes, & captum Alguazilum Adub nomine decollarunt, & de Barbaris plurimos occiderunt. Zuleman autem cum Patre & fratre, Aly regis conſpectui præſentarunt: Alguazilus ſuus, qui proditionaliter eum ceperat, duxit eum. Rex autem Aly improperans ei proditionis culpam, eum cum Patre, & Fratre, manu propria interfecit. Erat tamen Pater Zulemæ homo innocens benignus, & eius anima non venerat in conſilium filiorum, & ideo dicitur perditus ſine citius Haly autem timebat, ſi Iſen viueret regno priuari, & ideo Zuleman culpa, interfecit, quia dixerat Iſen viuum, alij etiam qui ſciebant, Iſen viuere, dicere formidabant.*

Capvt XLII.

De rebellione Hayran, & Morte Aly.

His *igitur ita factis vocauit ad ſe omnes; & eos qui Zuleman adhæſerant dum viuebat, & hi & alij ei obedierunt, & ſic habuit totum regnum. Hayran autem verens ne Aly vellet in eum aliquid machinari, reuerſus eſt Almariam, & Ecigam, & Granatam. Poſt modicum autem, quia Aly non ſeruauerat pacta quædam, Hayran indignatus ſcripſit Mundir filio Hyahye domino Cæſarauguſtæ, vt ambo contra Cordubam aduenirent & Aly à regni ſolio remouerent: & apud Accium, quæ nunc Guadix dicitur, conuenerunt, & inde Cordubam adierunt. Barbari autem in occurſum eorum Cordubam exierunt, ſed in prælio ceciderunt, & plures ex ſuis gladio perierunt. Sed diſſenſione inter Hayran & Mundir filium Hyahye accidente, ab inuicem diſceſſerunt: Hayran autem quæſiuit ſi in genere Abenhumeye dignus regno poſſet quiſpiam reperiri, & inuenit quendam qui Abderramen Almortada dicebatur, cuius manſio erat Giennij; hic bonus, patiens, & quietus ab omnibus amabatur: hunc Hayran cogitauit ad regni faſtigium ſublimare. Quod cum ad Aly notitiam perueniſſet, de caſtro in caſtrum, de loco in locum Hayran ſequebatur, mala irrogans ſibi & ſuis: Hayran vt Abderramen præficeret laborabat, & Hayran dum eſſet Giennij nuntiatum eſt, quod Silſeia de quo ſupra fecimus mentionem, iuerat contra caſtra, quæ Hayran detinebat, & continuo Hayran inſequens procedentem fecit tranſitum per Guadix, & Silſeyæ cum ſuo exercitu obuiauit, & pugna commiſſa, Hayran exercitus fuit victus, & multi ex eis temulenta ignauia perierunt. Cumque de Hayran quid acciderat, neſciretur, & Almaria ciuitas turbaretur ſignificauit eis ſe eſſe in Canilibus Caſtrouaſtæ, & domum in qua latuerat nominauit. Tunc illi eum inſtantiſſime vocauerunt, & illis diebus quatuor Hayran fautoribus, in conflictibus male ceſſit: quod Aly factus hilarior cum audiſſet, falces & alia vaſtationis vaſa, fieri præcipiens iuit Giennium, anno Arabum quadringenteſimo octauo; & cum iam vexilla, & tubæ, & cæteri apparatus exiſſent extra vrbem, ipſe intrauit balneum, quod in præſidio habebatur, & intrarunt cum eo aliqui Eunuchi, qui eum in balneo occiderunt, & continuo receſſerunt.*

Capvt XLIII.

De regno Alcazim.

Cvmqve *exercitus foris exſpectans moræ diſpendium cauſaretur, aliqui ad præſidium redierunt, & cum eum quærerent, in balneo mortuum inuenerunt, capite conquaſſato. Tunc Concilium ciuitatis præſidium obſeruarunt, donec veniret Germanus eius Alcazim nomine, qui Hiſpali morabatur, quem in regem illico eleuarunt: de interfectoribus Eunuchis non niſi duos pueros inuenerunt,* 35 Alcazim.
quos protinus occiderunt. Regnauit autem Alcazim prima vice annis tribus, menſibus quatuor, diebus viginti ſex. Hayran autem ſemper inſtabat, vt Almortadam promoueret, & miſit nuntium Mundir principi Cæſarauguſtæ, & miſit Citanam, Valentiam, & Dertuſam vt venirent, & Abderramen Almortada obedirent,

qui

qui communiter conceſſerunt: & venientes Giennium, in regem pariter promouerunt, vinientes autem occiderunt quotquot de Barbaris inuenerunt: & Giennio proficiſcentes Murciam adierunt, quam Rex ſtatim acquiſiuit, & introiuit. Videns quod ſibi proſpera ſuccedebant, cepit Concilia ciuitatum diligere & fouere, & eos qui eum receperant honorare: ab Hayran autem, & Mundir oculos auertebat, nec ex corde recipiebat, nec vt conſueuerat honorabat: & cum quadam die cauſa videndi ad eius palatium acceſſiſſent, fecit eis introitum denegari, & diu exterius exſpectare, qui merito indignati ad inuicem loquebantur, Merito patimur, quia tanto ſtudio, vt Rex fieret, procurauimus: & ex tunc odium conceperunt. Rex autem Abderramen collecto exercitu iuit Granatam, & in monte, qui Secuſtar dicitur, fixit caſtra, qui diſtat ſex leucis à Granata: & cum Granatam appropinquaſſet, inter viros exercitus diſſenſio fuit orta, & vt dicitur, Hayran & Mundir cum Granatæ domino hoc tractarunt, propter iniuriam ſibi factam. Cumque Granatam Abderramen exercitus impugnaret, qui interius erant, extra congredi attentarunt, & quia diſſenſio exteriorum animos diuidebat, ſibi fugæ, aduerſarijs victoriæ cauſam dedit, & fuit ibi Abderramen Mortada interfectus, & ſic ingratitudinis pœnas luit: & Granatenſes prædæ copia occupata, cum capitibus occciſorum, Cazim regi Cordubæ pretioſa donaria tranſmiſerunt. Et hac victoria Cazim recuperauit de his quæ perdiderat, plures villas. Tunc Cazim Hiſpalim eſt profectus, & ſtatim ibi in regem eſt eleuatus.

CAPVT XLIV.

De regno Hyahye.

38 Hyahye. CORDVBENSES *autem nepotem Cazim Hyahye nomine in regem ſublimarunt, anno Arabum quadringenteſimo duodecimo: Hyahye autem blandiebatur omnibus, & ſe munificum oſtendebat. Exinde autem iuit Malacam vbi*

39 Cazim. *fuerat dominus, & morator: & dum eſſet ibi, Cazim pernoctauit ad Hiſpalim, & Cordubam veniens in regem iterum eſt receptus, & ſecunda vice regnauit, menſibus ſeptem, diebus tribus, anno Arabum quadringenteſimo decimo tertio. Verum quia Barbari à direptionibus, & rapinis & iniurijs quieſcere ignorabãt, & ſtationes vendentium euertebant, ciues conqueri non ceſſabant, ſed nec poterant tolerare: & quadam die dum ad orationem conſiſteret, in Mezquita, inſonuit vox clamoris, & ciues muro, & turribus occupatis, cum Barbaris vſque ad noctem congredi non ceſſarunt: & cum ciues præſidium inuaſiſſent, Cazim fugiens, in vrbis angulo cum Barbaris ſe recepit, vbi diebus aliquot reſtiterunt, donec ciues vniuerſaliter concurrentes, & plus mori, quam viuere iam optantes, inſultu acerrimo eos à loco refugij abegerunt, & eos obſtinatis animis inſequentes, pro magna parte cæde, & interitu exſtinxerunt. Cazim autem fugæ prodigus, filijs ſuis, qui erant Hiſpali, intimauit, vt prepararent Barbaris mille quingentas domos, de melioribus ciuitatis. Cumque Cazim Hiſpalim aduenisset, ciuitatis ei ianuas ſeruauerunt propter domos quas iuſſerat præparari: filij autem eius ad eum cum paucis complicibus exierunt: Cazim autem inde recedens, huc & illuc ferebatur incertus, donec cepit eum Hyahye filius Fratris ſui, & in caſtro quod Anax dicitur compediuit. Viri*

40 Mahomet. *autem Hiſpalis rogauerunt quendam iudicem Mahomet filium Habeth vt vrbi, & populo præſideret, & ille licet inuitus, eorum paruit voluntati, timens ne forte vrbi periculum immineret. Cordubenſes autem fecerunt regem quendam, qui*

Abderramen dicebatur, Germanum Mahomet filij Abdeliaber, qui olim regnauerat apud eos, & hic, quia erat de genere Abenhumeye, & priori ſtatui reſtitui cupiebant: ſed quia ante eum in regem elegerant Zuleman Almortada, nec tamen res peruenerat ad effectum, in ſua proditione Abderramen pepercit ſenioribus, qui conſenſerant in Zulemam; ſed ſecuritatis præſtitæ poſt oblitus, ſeniores cepit, & carceri mancipauit. Et cum ciues factum huiuſmodi percepiſſent, carcerem adierunt, & ſeniores effractis oſtijs eduxerunt, & inde ad præſidium aſcenderunt & ianuas confregerunt, ducentes ſecum quendam, qui dicebatur Mahomet, & præſidium perſcrutantes, inuenerunt Abderramen in furno balnei latitantem, repertum continuo occiderunt, & in quadam domo ſuburbij ſepelierunt, & hic tantum vno menſe, & diebus ſeptemdecim regnauit. 41 Abderramen.

Capvt xlv.

De regno Mahomet, & Hyahye, & eorum diſſidijs, & de Idriz.

Hoc extincto regnauit Mahomet vno anno menſibus quatuor, diebus viginti duobus, anno Arabum quadringenteſimo decimoquarto, & cum regni confinia peragraret, fama inſonuit apud ſuos, quod pecunias, & margaritas, & pretioſos lapides ſecum ferret, & vt hoc auferrent mortis poculo dominum occiderunt. Et cum mortem eius Cordubenſes audiuiſſent, Hyahye Aly filium regi mortuo ſubrogarunt, & regnauit Hyahye menſibus tribus, diebus viginti, & iuit Malacam, vbi quondam fuerat commorator: viri Malacæ ſe protinus ei reddiderunt. Abuz autem Granatæ dominus Hyram, & Muzeit de ſuorum maioribus Cordubam deſtinauit; & cum eorum aduentum viri Cordubæ prænouiſſent, de his qui in vrbe remanſerant, vſque ad mille Barbaros occiderunt, & venientes principes admiſerunt, & Alguazilus, & ſcriptor, & familia Hyahye prorſus Malacam confugerunt, & breui termino vix incepto, Hizmael filius Habeth Hyahyam interfecit, & caput eius Iſen, qui erat Hiſpali, deſtinauit. Cum autem audiſſet Idriz frater Aly, de quo diximus, qui Septæ dominabatur, fratris interitum, & regni mutationem, Malacham cisfretauit, & obtento præſidio regem ſtatuit ſe vocari; & ibi venit ad eum Habriz, qui Granatæ dominabatur, & Idriz vt regi, & Principi obediuit, & ſampta ſecum multitudine armatorum, iuit Carmonam, & inde Hiſpalim, vt eos Idriz dominio inclinaret, & in Alcala iuxta Hiſpalim reſederunt, & ſequenti die Trianum, quæ eſt quaſi ſuburbium Hiſpalis, combuſſerunt; & in caſtro præſidij viri Hiſpalis Chirographum obedientiæ conſcripſerunt, quo Idriz in dominum receperunt; eodem modo ſe ei ſubdidit Almaria.

42 Mahomet.

44 Idriz.

Capvt

CAPVT XLVI.

De Schiſmatibus, & diſſidijs citra mare.

NVNC *ad hiſtoriam Cordubæ reuertamur; Cum Iram, & Mogeit occiſis Barbaris Cordubam intrauiſſent, zelus incidit inter eos, & vterque ab alio mortem metuens præueniri, ambo Cordubam exierunt, & ab inuicem diſceſſerunt. Cordubenſis autem quidam, qui Iſen dicebatur, non ille quem quondam, ad culmen regiminis eleuarunt, & regnauit Cordubæ annis duobus, diebus quatuor: in Frontaria autem annis duobus, menſibus ſeptem, diebus octo. Cordubenſes autem eum pro cauſa huiuſmodi remouerunt. Habebat Albagib qui plus domino potens erat, & hic erga ciues crudeliſſime ſe habebat, & cum eſſet vilis genere, vilitatem in potentia oſtendebat, eo quod conditionis non immemor in omnibus excedebat, & cum nemine concordabat, & falſis accuſationibus immeritos offendebat, & bona ciuium Barbaris erogabat; vnde & ciues Albagib occiderunt, & regem à regni ſolio expulerunt. Quidam autem Hymeya nomine, aſſumpto ſecum iuuenum comitatu, præſidium eſt ingreſſus, & vt ſe regem facerent, poſtulabat, & dixerunt ei: vides quod ciuitas iam turbatur, & quod te interficient formidamus: at ille reſpondit, Mihi hodie obedite, & me in craſtino interficite, Ecce quanta eſt ambitio dominandi. Ciues autem Iſen, & iſti ſub interminatione periculi præceperunt, vt præſidium relinquentes ſe reciperent quocunque vellent, & ciues ad inuicem condixerunt, vt nemo de genere Abenhumeye Cordubæ remaneret; Iſen autem valedicens filijs & amicis, iuit ad quoddam caſtrum, quod in montanis Cordubæ erat ſitum: Cordubenſes vero caſtrum poſt modicum temporis obſederunt, & Iſen captum cuſtodiæ tradiderunt: ſed inde ſubiugali vehiculo noctu fugiens, Zuleman Abenhut regem Cæſarauguſtæ in auxilium ſui periculi prælegit, qui ſuſcipiens liberaliter, & benigne, dedit ei caſtrum quod dicitur Alzuhela, in quo degit, quoad vixit.*

45 Iſen.

CAPVT XLVII.

De regno Almorauidum in Hiſpania, & de morte Abenhabeth.

ET *illis diebus non fuit Rex in Hiſpania de genere Abenhumeye, ſed vnuſquiſque in loco cui præerat, rebellabat: Cordubenſes autem cum regem alium non haberent, Monetæ, pannorum, & gramatum literas ſub Iſen nomine conſcribebant, & hic finis regni Cordubæ; quia fere in ſingulis locis qui potuit dominium vſurpauit, donec Monarcha Africæ, qui erat ex Almorauidis omnia occupauit. Cordubæ inſurrexit Alguazilus, nomine Iahuar filius Mahomet, poſt eum filius eius Mahomet: Hiſpali inſurrexit iudex quidam qui Abulcazim dicebatur, & obijt anno Arabum quadringenteſimo trigeſimo tertio: poſt eum filius eius Habeth, & obijt anno Arabum quadringenteſimo ſexageſimo primo: poſt hunc filius eius Mahomet Abenhabeth, hic obtinuit Cordubam, & alia loca plurima, &*

Confuſio Regni Hiſpanici.

Iahuar. Mahomet. Abulçazim. Habeth. Mahomet.

ſatis proſpere rexit terram. Poſtea Almorauidi qui ſunt ex Barbaris de Luminia, huic dominium abſtulerunt, cum in dominio duraſſet annis triginta tribus; & hoc fuit anno Arabum quadringenteſimo octuageſimo quarto. Erat autem Rex Almorauidum Iuceph filius Teſſephin, & hic prædictum Mahomet tamdiu captum tenuit, donec in vinculis vitam finiuit. Hic Mahomet Abenhabeth Aldefonſi regis, qui Toletum ceperat, anno Arabum quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, timore turbatus, contra eum Iuceph Abenteſſeſin in auxilium vocauit, ſed veniens ipſum primitus captiuauit, deinde in campo Zalla quæ prope Badalloz cum Aldefonſo rege acriter dimicauit: quod prælium hic omittimus, quia in hiſtoria Gothica eſt deſcriptum.

Almorauides Hiſpaniam occupant.

Iuceph Primus Almorauidum in Hiſp. Rex.

CAPVT XLVIII.

De Monarchia Iuceph citra mare, & vltra mare.

IVCEPH *autem Abenteſſephin, adeptus victoriam, in Africam eſt reuerſus, & quia intellexit Vandalos Arabes multis diſſenſionibus minoratos, aſſumpta maiori multitudine tranſfretauit, & totam terram Vandaliæ occupauit, & fuit Monarcha vltramarinus, & ciſmarinus, & durauit ſibi huiuſmodi Monarchia annis quinquaginta quinque, ab anno Arabum quadringenteſimo octuageſimo quarto, vſque ad quingenteſimum trigeſimum nonum annum, quando per Almohades dominium perdiderunt, vt ſuperius in hiſtoria Gothica eſt expreſſum. Hic rex Iuceph terram, & populos cuſtodiuit, & omnibus iuſtitiam conſeruabat, & eos qui in particularibus præſidijs rebellarunt, tamdiu infeſtauit, donec ſuo dominio ſubiugauit. Hyahye autem dictus Alcadirbille poſtquam Toletum perdiderat, iuit Valentiam, quæ ad ſuum dominum pertinebat, & annis octo vixit ibidem, & interfecit eum iudex quidam, qui Abeiaphat dicebatur. Poſtea cepit eam Rodericus Didaci campiator, & eo mortuo eam Almorauides occuparunt: Cæſarauguſtæ autem inſurrexit Mundir filius Hyahye, & poſt eum filius eius Hyahya Almundafar: demum tota terra illa contermina Chriſtianis, ſe reddidit Zuleman filio Hamat qui Abenhut dicebatur. *Hic Zuleman fuerat Alcaydus Mundir filius Hyahye, de quo diximus. Poſt Zuleman filius eius Hamat ſucceſſit: poſt eum filius eius Iuceph: poſt eum filius eius Hamat cognomine Almuztaim: poſt eum filius eius Abdelmelic: poſt eum filius eius Hamat, cognomine Almutazit; hic amiſit Cæſarauguſtam, & confinia quæ habebat, & Almorauides omnia occuparunt, & in locis alijs alij rebellarunt, quos omnes Almorauides ſubiecerunt. Inſurrexit Murciæ quidam Abderramen Abentaxet, & tenuit eam donec venientes Almorauides eiecerunt: Inſurrexit Almariæ Mohez Abdalla: quatuordecim annorum erat cum inſurrexit, & totam terram perdidit, præter Almariam, ſed & eum Almorauides obſederunt: & inſurrexit Granatæ Abdalla, ſed eam poſt modicum temporis Almorauides occuparunt, & ita dicitur quod eam vltimo acquiſierunt.*

Poſt [illegible] Iuceph Abenteſſephin reuerſus eſt in Maroqquos, quam Barbari Almor[illegible] in vrbem regiam dilatauerant, & ibi ſtatuerant caput regni. Iſto mortuo A[illegible] filius eius ſucceſſit in regno, & fuit iuuentus debilis & ignauus, nec regni confinia defendebat: poſt eum regnauit filius eius Teſſephin vilis animo, & virtute,

2. Aly

3 & vltimus Teſſephin.

virtute; & plus iniurijs quam defenſione Patriæ inſiſtebat, & quia viderunt à regalibus actibus alienum, in eum vbilibet inſurgebant; & vbique, & quilibet rebellabant, & guerris indeſinentibus infeſtabant, & fere perdidit totum regnum, & hoc fuit anno Arabum quingenteſimo trigeſimo nono: & regnum Vandaliæ quinquaginta tribus annis poſſederant citra mare. Erat autem inter Vandalos ciſmarinos vir prudentia præditus, liberalis, ſtrenuus, & benignus, qui Mahomet Abenzahat, & Rex lupus poſtea fuit dictus: hic obtinuit regnum Valentiæ, & Murciæ, & quæ ad ea confinia pertinebant. Lorcam, Vaſtam, & Guadix & loca plurima, circà iſta. Chriſtiani etiam plurima, occupabant, donec venientes Almoades ab Africa, & Vandalia, Almorauides exſtirparunt.

Sed quia de Aduentu eorum in hiſtoria Gothica fuimus proſecuti, hic nolumus iterare.

FINIS.

00056301

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016